





Google

Dr. Martin Luther's Briefwechsel.




1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

Dr. Martin Luther's
sämmtliche Werke

in beiden Originalsprachen

nach den ältesten Ausgaben kritisch und historisch bearbeitet.

Herausgegeben von

J. K. Irmischer, Chr. S. Th. Elsperger, H. Schmid,
H. Schmidt und E. L. Enders.

Briefwechsel.

Zweiter Band.

Calw & Stuttgart.
Verlag der Vereinsbuchhandlung.
1887.

Dr. Martin Luther's

Briefwechsel.

Bearbeitet und mit Erläuterungen versehen

von

Dr. th. Ernst Ludwig Enders,
Pfarrer zu Oberrad bei Frankfurt am Main.

Zweiter Band.

Briefe vom April 1519 bis November 1520.



Calw & Stuttgart.
Verlag der Vereinsbuchhandlung.
1887.

Vorrede.

Die Aufnahme, welche dem ersten Bande dieses Briefwechsels von Seiten der Kritik zu Theil geworden ist, hat mich ermuntert, für die nachfolgenden Bände in der begonnenen Weise fortzufahren. Für einzelne Berichtigungen, die mir theils auf privatem Wege, theils aus den öffentlichen Besprechungen zugingen, sage ich Allen meinen aufrichtigen Dank und bitte zugleich, auch bei den künftigen Bänden mir solche zukommen zu lassen. Sie werden dann am Schluß des Werkes in den Nachträgen ihre Stelle finden; am Schluß der einzelnen Bände sollen nur bemerkenswerthe Druckfehler berichtigt werden. Zugleich wiederhole ich die schon anderwärts ausgesprochene Bitte, von neuen Funden oder Veröffentlichungen von Briefen in Zeitschriften mich freundlich in Kenntniß setzen zu wollen, da es für einen Einzelnen wohl unmöglich ist, die gesammte historische und theologische Zeitschriftenliteratur sich zugänglich zu machen.

Die Fortsetzung der Arbeit wird mit Gottes Hülfe ungestört von statten gehen, und hoffe ich, den dritten Band in kürzerer Frist, als zwischen dem ersten und zweiten aus verschiedenen Ursachen verstreichen mußte, fertig stellen zu können.

Oberrad, am 18. November 1886.

Dr. th. E. L. Enders.

Briefregister zu Band II.

(Die erste fette Zahl zeigt die Briefnummer, die zweite Zahl in Klammern die Seite an.)

I. Briefe Luthers an:

II. Briefe an Luther von:

III. Fremde Briefe von:

IV. Sonstige Aktenstücke:



1519.

Nr. 169.

(Wittenberg.) (nach 24. Februar 1519[1].)

Luther an Spalatin.

L. sucht Sp., welcher über die bevorstehende Leipziger Disputation in Sorgen ist, zu beruhigen; Nachrichten aus Rom; über die 13. These vom Primat des Papstes.

Handschriftlich: 1. Cod. Dresd. R. 96 (früher 139v/.); 2. Cod. Jen. a. f. 8 u. 309; — Drucke: 3. Aurif. I, 168; 4. Seckendorf, hist. Lutheran. lb. I. §. 52 (unvollständig); 5. Löscher III, 975; 6. de Wette I, 260 (im Mai). — Deutsch: Frick's Uebersetzung von Seckend. S. 187; Walch XV, 982.

Wir geben den Text nach 6.

Optimo et erudito viro Georgio Spalatino, ducali librario, suo in Domino.

Jhesus.

Salutem. Obsecro te, mi Spalatine, noli nimio timere nec humanis cogitationibus totum cor caedere. Scis, quod nisi Christus me et mea ageret, jamdiu prima disputatione indulgentiarum, deinde vulgari sermone[2], tandem Resolutionibus[3] et Responsione mea ad Silvestrum[4], novissime Actis meis[5] me perdideram, maxime profectione Augustana. Quis enim mortalium horum singulum non timebat, aut sperabat mihi excidium allaturum? Denique nuper

ex Urbe scripsit Olsnitzer Cancellario Ducis Pomerani nostri[6], me adeo conturbasse totam Romam Resolutionibus et Dialogo[7], ut nesciant, quomodo compescant; esse tamen illis propositum, non scientia juris, sed Italicis subtilitatibus (haec enim verba ejus sunt) me aggrediendi; has autem ego intelligo venena, vel mortem insidiarum.

Multa ego premo et causa Principis et Universitatis nostrae cohibeo, quae (si alibi essem) evomerem in vastatricem Scripturae et ecclesiae, Romam, melius Babylonem. Non potest Scripturae et ecclesiae veritas tractari, mi Spalatine, nisi haec bellua[8] offendatur. Non ergo speres me quietum ac salvum futurum, nisi velis et me penitus theologiam intermittere. Sine ergo amicos putare me insanire. Res ista finem non accipiet (si ex Deo est), nisi, sicut Christum discipuli et noti sui[9], ita et me derelinquant omnes amici mei, et sola sit veritas, quae salvet se dextera sua, non mea, non tua, non ullius hominis; et hanc horam ab initio spectavi.

Quanquam haec XII.[a] propositio[10] mihi est extorta per Eccium, deinde quia patronos suos habebit Papa in futura disputatione: puto non debere tam molestam videri, nisi disputandi libertatem non meminerint. In summa, si ego perdar, nihil peribit de mundo. Vittembergenses Dei gratia jam eo profecerunt, ut mei nihil egeant. Quid vis? timeo miser, ne forte non sim dignus pati et occidi pro tali causa: erit ista felicitas meliorum hominum, non tam foedi peccatoris.

Dixi tibi semper me paratum esse cedere loco, si qua ego Principi Illustriss.[b] viderer periculo hic vivere. Aliquando certe moriendum est, quanquam jam edita vernacula quadam apologia[11] satis aduler Romanae Ecclesiae et Pontifici, si quid forte id prosit vel palato tuo conveniat[c]. Vale. Citissime.

Martinus Lutherus, Augustinianus.

---

[a] st. XII: Christianissima 1 (wohl verlesen!). — [b] Principis illustrissimi 1. 4. 5. — [c] vel palato etc. nur bei 1.

[1] Durch ein Uebersehen, auf welches ich durch Dr. Kolbe's Luther I, 382, sowie durch desselben Besprechung des ersten Bandes dieses Briefwechsels in der „Deutschen Litteraturzeitung" 1885, Nr. 17 aufmerksam wurde, ist dieser und der folgende undatirte, von de Wette in den Mai gestellte Brief nicht an richtiger Stelle eingereiht worden. Er wird deßhalb hier nachträglich vor den Briefen des April gebracht. Der Grund, weßhalb er so frühe zu stellen ist, liegt in einer Stelle des Briefes Carlstadt's an Spalatin d. d. Matthiae (= 24. Febr.) 1519 bei Olearius, scrin. antiq. p. 44: Rev. Patri Martino Luthero consuluerim abstinuisse a XII. conclusione, jam vero post editam evidentissimis rationibus loricandum; clam tum et domi suasi, quod sciam, Graecos scriptores S. Petro apicem et fastigium apostolatus concessisse. Putas autem fieri posse, ut crassulus acutissimo suadere queat? — ferner, daß Luther hier die These vom Primat noch als 12. bezeichnet, während sie in den im März auf's Neue herausgegebenen Eck'schen Thesen, welche Luthern im Mai sicher schon bekannt waren, die 13. ist (vgl. auch unten Note 10).

[2] Sermon von Ablaß und Gnade, Erl. 27, 4.

[3] Erl. opp. var. arg. II, 137. — [4] ib. II, 6.

[5] Acta Augustana, ib. II, 367.

[6] Der junge Herzog Barnim von Pommern, welcher 1518 die Universität Wittenberg besuchte in Begleitung seines Hofmeisters, des Marschalks Ewald Massow, der wohl hier mit dem Cancellarius gemeint ist, und des Jakob Wobesser, welcher als Paedagogus Principis am 15. Septb. inscribirt ist (vgl. Kantzow, Pomerania, ed. Kosegarten, Greifsw. 1817. Bd. 2, S. 316; Album Viteb. p. 72). — Ueber Olsnitzer vermag ich keinen Nachweis zu geben.

[7] Erl. opp. var. arg. I, 344.

[8] Rom als der Antichrist, das apokalyptische Thier.

[9] Matth. 26, 56; Marc. 14, 50.

[10] Ueber diese 12. (später 13.) These vgl. Nr. 143, Not. 11. — Eck hatte zuerst nur 12 Thesen aufgestellt, später aber als siebente eine vom freien Willen handelnde eingeschoben, von welcher er behauptete, sie in der Eile und aus Uebersehen weggelassen zu haben (vgl. Seidemann, Leipzig. Disp. S. 27).

[11] Unterricht auf etliche Artikel ꝛc., Erl.[2] 24, 5.

Nr. 170.

(Wittenberg.) (nach 24. Februar 1519[1].)

Luther an Spalatin.

Auf Drängen Spalatin's läßt sich Luther näher über seine These vom Primat des Papstes aus, und ermuntert den Freund, im Vertrauen auf Gott über den Erfolg der Disputation ruhig zu sein.

Original: 1. anhalt. Ges.-Archiv in Zerbst; — handschriftlich: 2. Cod. Dresd. 351. fol. 9; 3. Cod. Jen. a. fol. 4; — Drucke: 4. Aurif. I, 165; 5. Löscher III, 972; 6. de Wette I, 261. — Deutsch: Walch XV, 985.

Wir geben den Text nach 1; von Varianten berücksichtigen wir hauptsächlich 6.

Suo charissimo Georgio Spalatino, Canonico Aldenburgensi, amicissimo.

Jhesus.

Salutem. Clausis literis prioribus, mi Spalatine, misit ad me D. Andreas[2], quas ad eum dedisti literas, similibus querimoniis plenas, ita ut et ego prope fuissem stomacho motus. Urges me ad revelandum consilium meum. Non quod nollem te scire, quid spectem, sed quod sciam, revelare consilia sit idem, quod irrita facere consilia, praesertim si ex Deo sint, qui omnium impatientiss[imus] fert sua consilia nudari, antequam impleta sunt (sicut dicit per Isajam[3]: «in novissimis intelligetis consilium ejus»); perdam itaque hoc meum consilium, mihi sane jucundissimum, tua causa, ne aestu excrucieris.

Scis mihi rem esse cum subdolo, superbo, versipelle, clamosoque[a] sophista, deinde qui id unice spectet, quo me traducat vulgo, et Pontifici reddat devotum omnibus diris. Has enim insidias suas iniquissimas intelliges, si ejus XII. conclusionem[b] legas. Proinde et ego ad insidias versus, suis eum artibus confecturus, ita posui XII. contrariam[c,4] ut ille certissime praesumat se triumphasse, et dum prae gaudio encomium cecinerit, Deo volente statim se irrideat coram omnibus.

Scio enim, quod ex hac parte irrupturus est, clamans ac gestiens, quod non possim probare, nec supputationem annorum recte tenuerim (sicut tu

---

[a] clamoso 4. 5. 6. — [b] conclusiones 6; conciones 4; Orig.: XII} cōcl. — [c] contraria 4. 6; contrarias 5; duodecimam conclusionem contrariam 2.

quoque sentis)[d], quia longe ante 400 annos, imo ante mille annos quoque Romana Ecclesia decreta[e] ediderit, praesertim Julius primus proximus Niceno concilio, esse Romanam Ecclesiam omnibus[f] superiorem, nec sine ea licere concilium indicere[5]. His enim ille securissime fretus, etiam ridebit (spero) meam incredibilem stultitiam et temeritatem.

Tum ego dicturus sum, quod decreta illa nunquam recepta sunt; sed etsi Gregorius IX., qui Decretalium primus collector est, qui Friderico secundo post S. Franciscum, Dominicum, qui denique sanctam nostram Elisabeth canonisavit[6], hoc est, nondum 400 annorum[g] mortuus; si Bonifacius octavus, Sexti Decretalium, si Clemens quintus, Clementinarum autor[7], non redegissent epistolas decretales in volumina: sine dubio nec Germania eas nosceret. Ideo his tribus Pontificibus dandum est, quod decreta Romanorum Pontificum invulgata sunt et Romana tyrannis stabilita.

Sed quid tamen haec ad meam conclusionem? Ego nego Romanam Ecclesiam omnibus Ecclesiis superiorem, non nego eam nostris (ut nunc regnat) superiorem. Quando enim Eccius probabit, quod Constantinopolis, aut ulla Graeciae Ecclesia, quando Antiochena, quando Alexandrina, quando Africae, quando[h] Aegypti sub Romana fuerint, aut episcopos confirmatos acceperint? Ego autem probabo, quod et Gregorius ille magnus et primus a Mauritio Imperatore Graeco confirmatus est, et Sylverius a Belisario patricio per Augustam Graecam depositus[8], et multa alia. Denique numquid christiani, qui etiam nunc sunt sub Turca, Persarum, Indorum, Scytharum regibus, Romae sunt subjecti? Itane praesentes historias in os Eccii ruentes negabit?

Si ergo posuissem, quod Romana Ecclesia usque in hodiernum diem non omnibus Ecclesiis

---

[d] sicut tu etc. fehlt 4. 5. 6. — [e] decreto 4. 5. 6. — [f] omnium 4. 5. 6. — [g] annis 4. 5. 6. — [h] Dieses quando fehlt 1, da es jedoch nur in der Flüchtigkeit des Schreibens ausgefallen scheint, nehmen wir es nach 2—6 auch auf.

fuisset superior, et quod contra Eccium staret historia ecclesiae usque ad nostros dies, vera dixissem, sed nimis aperte, et citra insidias. Nunc insidiosissime ei posui laqueum, sed nunc invalidum, quia tibi revelatus, quod timeo Deo non placiturum.

Omitto, quod Cyprianus martyr Africae Ecclesias in concilium vocavit, semper sine autoritate Romani Pontificis, cum tamen esset de Ecclesia Latina, et Romanae adhaereret. Idem tempore Augustini fecerunt quidam Africae episcopi. Extant utriusque Pontificis testatissima scripta. Numquid Eccius aut Romanus Pontifex ea poterit negare?

Nos Germani tantum, accepto imperio, Romanos Pontifices stabilivimus, quantum potuimus. Ideo in poenam rursus eos passi sumus, dirarum tortores et vexatores et nunc palliorum et episcopatuum exhaustores.

Quod autem «frigidissima» decreta vocavi, ideo feci, quod Scripturas in hanc rem torquent, nihil de monarchia, sed pastu[9] et fide tantum loquentes. Sed sine, quaeso, nos disputare, et ne sis de eorum genere hominum, qui ignorantes consilia Dei (sicut oportet) statim desperant, quod suis consiliis non vident posse confici, atque deinceps permitte. Sunt et aliae insidiae in eisdem meis positionibus, quibus, si Christus aspiraverit, ita involvam hominem, ut nemo Papam foediùs blasphemasse inveniatur, quam summus iste Papae adulator Eccius. Nolo hanc rem nostro geri consilio, aut potius desistam. Ideo noli amplius quaerere, ne rem totam revelem, id est, pessundem; ora potius, ut Christus suam nos gloriam quaerere faciat. Ego istam pontificiam potestatem inter eas res numero, quae sunt neutrales, ut divitiae, sanitas et alia temporalia; ideo mihi vehementer displicet, res temporales in tantas contentiones vocari, insuper et verbo Dei (quod ea contemnenda semper docet) eadem asseverare. Quomodo possum hanc verbi Dei perversissimam interpretationem et contrariam sui sententiam aequo

animo ferre, etiamsi ferre possum postestatem Romanae Ecclesiae utcunque adeptam? Vale.

[1]Martinus Luther, A[ugustinianus].

[1] Ueber das Datum dieses, wohl noch am nämlichen Tage, wie der vorige, geschriebenen Briefes vgl. Nr. 169, Not. 1.

[2] Carlstadt. — [3] vielmehr Jerem. 23, 20.

[4] Die Eck'sche 12. (oder 13., vgl. Nr. 169, Note 10) These s. opp. v. arg. IV, 11; die Luther'sche ib. p. 17. Schon beiläufig hatte Luther den Gegenstand berührt in den Resolutt. disp., conclus. 22 (opp. v. arg. II, 202).

[5] Das Decret Julius' I. s. in Decr. P. I. dist. 17. c. 2.

[6] Gregor IX. ließ die 5 Bücher der Decretalen durch Raymundus de Pennaforte sammeln und 1234 publiciren, canonisirte 1228 den hl. Franziscus, 1233 Dominicus und 1235 Elisabeth.

[7] Bonifacius VIII. publicirte 1298 den liber sextus, Clemens V. 1313 die Clementinen.

[8] Gregor d. Gr., trotz seines Sträubens zum Papst erwählt, hatte Gesandte an Mauritius geschickt, qui eum obsecrarent, ne pateretur electionem cleri et populi Romani in ea re valere; der Kaiser aber schickte diese Gesandten zurück, qui Gregorium confirmarent cogerentque ... pontificatus gubernacula in tanta perturbatione rerum suscipere (Platina, vitae Pontif. ed. Colon. 1551. p. 73). — Sylverius wurde nach der Einnahme Roms durch Belisar, 537, auf Betreiben der Kaiserin Theodora, weil er den vom Papst Agapetus wegen Eutychianismus über den Bischof Anthimus von Trapezunt ausgesprochenen Bann nicht aufheben wollte, angeklagt, Rom den Gothen durch Verrath auszuliefern beabsichtigt zu haben, und Belisar erhielt den Auftrag ihn abzusetzen. Belisarius autem, rei bellicae intentus, rem Antoninae uxori suae committit, quae ... hominem coegit abdicare se pontificatu, ac posito pallio cucullam monasticam sumere, qui in Pontiam insulam [Palmaria] in exilium missus, non sine opinione sanctitatis moritur (Platina p. 67).

[9] Lücke in Schwarz, theol. Jahrb., Augustheft 1826, schlägt vor, hier statt pastu: justitia zu lesen. Aber abgesehen davon, daß das Original pastu hat, stimmt dieser Ausdruck, im üblen Sinn genommen (vgl. auch Nr. 135, Zeile 33) ganz gut als Gegensatz zu de monarchia. Daß man sich übrigens an dem pastu schon frühe stieß, zeigt die Lesart des Cod. Jen.: pacto.

---

[1] † F. 6.

Nr. 171.

Wittenberg. 5. April 1519.

Luther an Spalatin.

L. meldet, daß Breffen die Zinsen bezahlt; verachtet die ineptias Cajetanenses; schickt neue Bücher.

Original: **1.** anhalt. Ges.=Arch. in Zerbst; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 27; **3.** Cod. Jen. a. f. 52; — Drucke: **4.** Aurif. I, 160ᵇ; **5.** Löscher, III, 968 (mit dem falschen Datum: 4. April); **6.** de Wette I, 252. — Deutsch: Walch XXI, 625.

Wir geben den Text nach 1.

Charissimo suo Georgio Spalatino, Christi servo, Aldenburgi Canonico.

Jhesus.

Salutem. Cum literas de Christophoro Bresenio[1] jam tradidissem ad te perferendas, mi Spalatine, paene eadem hora veniens ipse nobis satisfecit. Itaque gratias agimus et officio et consilio tuo. Caeterum ineptias istas crassissimas (sicuti vere tu dicis) Cajetanenses[2] statui contemnere, quando eas rideri tam a vulgo quam optimatibus mihi scribat Wenceslaus[3] noster ex Nurmberga. Deinde non parum pro me faciunt insigni scilicet eorum imprudentia, nescientes quid aut contra quid loquantur.

Mitto sermonem[4] et orationem Dominicam[5]. Erasmica Ratio Theologicae[6] non est apud me, Egranus Cygneus utitur ea, remissurus propediem. Distuli rescribere propter sermonem nondum paratum. Vale. Vittembergae, feria 3. Laetare, 1519.

F. Martinus Luther, Augustinensis.

[1] über Breffen vgl. Nr. 141, Z. 30; 163, Z. 61.

[2] Was Luther hiermit meint, ist nicht klar; schwerlich, trotz des ähnlichen Wortlauts, den in der nächsten Nr. erwähnten Brief Cajetan's an den Kurfürsten, weil kaum vorauszusetzen ist, daß dieser so bald bei Hoch und Nieder in Nürnberg bekannt geworden sein sollte. — [3] Link.

[4] nämlich den Sermon von der Betrachtung des hl. Leidens Christi, Erl.[2] 11, 151, über welchen er schon Nr. 163, Z. 38 geschrieben hatte.

[5] Die von Luther selbst bearbeitete „Auslegung deutsch des Vater unser“ (Erl. 21, 156); vgl. darüber schon Nr. 120, Z. 24. Wie begierig diese Schrift Luther's nebst anderen auch in der Ferne aufgenommen wurde, zeigt der Brief des Beatus Rhenanus an Zwingli vom 24. Mai 1519 (Zw. opp. ed. Schuler VII, 77): qui [libelli] hic [zu Basel] prostabant in Misniis excusi, non venditi sunt, sed ab emptoribus rapti. Horum desiderio et prophani et ecclesiastici aeque tenentur. Sie wurde deßhalb schon im Mai von Adam Petri in Basel mit mehreren anderen Schriften Luther's nachgedruckt; vgl. Zw. opp. l. c. und S. 81. An letzterer Stelle fordert Rhenanus Zwingli zu weiterer Verbreitung dieser Schrift auf; Gleiches that Simon Stumpf aus Basel, ib. S. 82.

[6] Ratio seu methodus compendio perveniendi ad veram theologiam; Panzer, Annal. VI, 212, Nr. 277 führt als früheste Ausgabe dieser Schrift an: Basileae ap. Joan. Frobenium mense Aprili 1519, jedoch ergibt sich aus unserem Briefe, daß eine frühere Ausgabe vorhanden sein muß. Ursprünglich ließ sie Erasmus der 2. Ausg. des griech. N. T.'s (1519) vordrucken (vgl. Herzog R. E.[1] IV, 11 und 115, wo aber beidemale die Angabe, daß die Ratio erst 1522 als besondere Schrift erschienen sei, nach Obigem zu berichtigen ist).

Nr. 172.

Wittenberg. 13. April 1519.

Luther an Joh. Lang.

Lang möge den empfohlenen Lehrer der hebräischen Sprache für den abgegangenen Böschenstein senden; Mittheilungen über die bevorstehende Leipziger Disputation, das feindselige Verhalten der Leipziger Theologen, erhaltene Briefe; Sendung neuer Schriften, theils eigener, theils fremder; Warnung vor zweien, ohne sein Wissen ausgegangenen Predigten; über ein Widerfahrniß Cajetan's in Mainz u. s. w.

Drucke: 1. Aurif. I, 161; 2. Löscher III, 968 (mit dem falschen Datum 12. April); 3. de Wette I, 253. — Deutsch: Walch XV, Anh. XLIV.

Wir geben den Text nach 3.

Reverendo et optimo Patri Johanni Lango, S[acrae] T[heologiae] Magistro, Eremitanae familiae Vicario Augustiniano medio, suo in Christo majori, venerabiliter suspiciendo.

Jhesus.

Salutem. Gaudeo et gratulor, R. P., te quoque unum eorum esse, in quibus operetur crux Christi: esto vir fortis, sic itur, imo vehitur ad astra[1]. Gratias agimus pro donis tuis. Caeterum cur ipse ad pompam tuam[2] non venerim, nosti; silentium nostrum non adeo damnandum, quam ipsa itineris conditio, qua fit, ut qui ad vos hinc eat, vel raro vel nunquam habeamus.

Hebraeum istum vestrum, quem commendas, omnibus modis tuum officium imploro, ut cures ad nos ire, idque eo magis, quo ille noster Bossenstein[3], nomine christianus, re vera judaeissimus[a], ad nostrae Universitatis ignominiam recessit, cum et tu nonnihil nostro studio debeas[4]. Dabimus operam, ut honeste alatur in Christo, et digna conditione hic agat, non modo quod in Christo recentem fovere curiosius omnes debemus, sed ut digno quoque stipendio provideatur, nostri officii sit.

Disputationem nostram futuram signavit Eccius 27. Junii[5]; erit autem inter me et ipsum, ut videbis in hac schedula[6]. Nam Carolstadius non congredietur illi in istis positionibus, tum quod meae sint, tum quod subdolus sophista eas res movit de Papa etc., quibus illum vel in periculum traheret offensi Papae (quod praebendatis[7] malum intolerabile est), vel periculo ejusmodi absterritum traduceret sine bello sineque victoria.

Congredietur tamen aliis rebus, quae de potestate Papae vel indulgentiis silent. Nam impiissimi homines has solas res nobis reliquas fecerunt, in quas

---

[a] Judeissimus 1; Judaissimus 3.

possit christianus homo peccare, cum interim ipsimet Dei praecepta foedissime conspurcent. Timent autem omnes[8] mihi, ne in duodecima propositione pessime sim habiturus; ego vero etsi non sperem me[b] capturum lubricissimum sophistam, deinde clamosum mire ac fastuosum, tuebor tamen, Christo propitio, mea. Nam ideo sic posita est, ut occasio mihi fieret ineptissimarum et impiarum Decretalium nugas aliquando in publicum ducendi, quibus frustra terremur christiani, cum sint mendaciis refertae, sub nomine Ecclesiae Romanae commendatae. Deteget Christus larvas eorum, et, ut in Job[9] dicitur, «revelabit vestimentum vultus ejus, intrabitque in medium oris ejus».

Verum Lipsenses theologi una et Episcopus Merseburgensis mire conati sunt, et etiam nunc conantur, ne procedat disputatio[10], paeneque Principem deflexissent, nisi Principis nostri verbo firmatus, tandem imperiose egisset[11]. Universitas mihi respondit et annuit[12]. Princeps scribit[13] se admissurum, ubi certus fuerit per me factus, Eccium velle et mecum congredi; idque nunc agitur, ut fiat. Nam credit, solum Carolstadium cum illo conflicturum.

Theologi interim me proscindunt, praesertim ille taurus, bos et asinus[14], non qui cognoverunt dominum suum, sed qui paleas comedit[15]; populum Lipsiae inclamant, ne novis haereticis adhaereant, quibus agunt forte, ut odio populi concitato, et timore Papae facto, jam excluderemur. Fertur, Tetzellum, cum audisset processuram disputationem, dixisse: Das walt der Teufel!

Pervenerunt decem floreni Everhardo Brisger[16]. Nos hic bene agimus, nisi quod male habemus, dum plebano alio caremus in Dabrun[17]. Seminata est dissensio inter Patrem Matthaeum et Guntherum Stupitium[18].

---

[b] me fehlt 2.

Cajetanus denuo scripsit Illustrissimo Principi nostro de me, antea ineptias, nunc insanias[19]: placetque mihi rudissimam istam Italitatem laicis notam fieri.

Scripserunt[20] ad me Frobenius[21] Basiliensis eximie meam libertatem commendans, sed et e Parrhisiis sibi ab amicis scriptum, placere illic multis legique a Sorbonicis, id est, theologis, mea[22]; dispersisse praeterea in Italiam, Hispaniam, Angliam, Galliam et Brabantiam[c] omnia exemplaria[23]. Mihi et Carolstadio[24] duo colligata dono misit. Scribit et alius quidam sacerdos Ettelingiacensis[25] eruditus, et alius eruditior, sed sine nomine. In iis id gaudeo, quod veritas tam barbare et indocte loquens, adeo placet.

Mitto currum Carlstadinum[26], qui moriam fingit theologorum, et in quem mirabile grassantur Lipsiae: alius in suggestu publicitus dilacerat manibus, alius adolescentulos in confessione explorat, num riserint de curru, aut Martini opuscula tenuerint; confessos male mulctant, ut mihi scribit Andreas Camitzianus[27]. Vide tenebras, vide insanias: theologi hi sunt.

Credo ad te pervenisse initia mea super Psalterium[28], jam addo aliud exemplar, quo tuum corrigas. Scis, quod Emser noster[29], etiam dum recta format, errat.

Mitto grammaticam Mose Kimhi[d][30], donec aliam tu obtineas; haec mihi dono missa est ab Anshelmo Thoma[31]. Edo simul commentaria ad Galatas Lipsiae excudenda[32]. Si venerint in manus tuas duo sermones de duplici justitia, et de matrimonio, alter Latinus, alter vernaculus[e], age officium: excepti sunt mihi, et me inscio invulgati, sed et mendosissime ac insulse tum collecti tum excusi: mea ignominia haec est[33]. Orationem Dominicam instauratam quoque mitto[34]. Caetera Philippus[35]. Credo te Methodon Erasmi novam vidisse, seu Rationem theologiae[36]: nollem eum tam cito defunctum.

---

[c] Branbantiam 3 (wohl Druckfehler!). — [d] Kimchi 3. — [e] Wir acceptiren die von 3 in einer Anmerkung gegebene Verbesserung, da altero Latino, altero vernaculo 1, 2 und 3 im Text, grammatisch unmöglich ist. —

Vidistine in opusculis meis Basiliensibus contra Sylvestrum, quod[f] studio magis quam errore «magirum»[37] pro «magistrum palatii» in fronte scripserint, deinde et alias mendas in marginibus, irrisiones? Dicitur nobis, Cajetanum Cardinalem esse Moguntiae conclusum ab Hispaniae Caroli apostolis, quod in factionem Gallorum regis omnia fuerit molitus[38]. Scripsimus ad Erasmum Philippus et ego[39]. Ecce habes omnia, quae voluisti. Reverendus Pater Vicarius[40] oblitus est nostri, adeo nihil scribit. Reverendum Patrem M. Usingen[41] humaniter saluta, item et M. Johannem Nathin[42], fratribusque me commendo enixe, quos etiam saluto omnes.

In fine de Hebraeo iterum te moneo, quo adolescentibus optimis optime theologisantibus mireque ardentibus in rectas literas cooperemur. Vale et tu, valeat et crus tuum, si Christus volet. Vittembergae, 4. post Judica 1519.

F. Martinus Lutherus, August.

Illud praeterea ne omittas, ut Jonam nostrum et doctissimum et amicissimum memorem[43] reddas mei, et a me diligi denunties. Ita et D. Ludovicum Melsingen[44], et omnes notos meos[g].

[1] Ovid. Metam. 9, 272; 15, 846.

[2] zur Doctorpromotion am 24. Febr.; vgl. Erhard, Ueberlief. z. vaterl. Gesch. I, 31.

[3] über Böschenstein vgl. Nr. 98, Not. 14. Der Vorwurf Luther's nomine chr., re jud. kann möglicherweise auf die angebliche jüdische Abstammung B.'s sich beziehen: er ist seiner Zeit ein Christ bloß dem Namen nach geworden, in der That aber ein Erzjude geblieben; aber eben so gut — und das dünkt uns wahrscheinlicher — auf Charaktereigenschaften desselben gehen, welche dem jüdischen Stammcharakter ähnlich waren. Gegen den Vorwurf ein getaufter Jude zu sein, vertheidigte sich B. noch 1523 in einer besonderen Schrift: Ain Diemietige Verantwortung: | durch Johann Böschenstain, geborn von | Christenlichen öltern, auß der stat Eßlingen, wider | etlich die von jm sagen, Er seye von Jüdischem | stāmen, vnd nit von geborne̅ Christen her- | kōmen, Zugesant, dem Christenliche̅ | seyne̅ lieben

[f] qui 2. — [g] Die Nachschrift fehlt 2.

bruder Andree Osi= | ander, Prediger zu Nürn= | berg, der samlüg sant | Lorentzen Pfarr | genandt. — worin er sich den Sohn eines Heinrich O. nennt und von seiner Familie sagt, sie sei eines gar alten Geschlechts der Stadt Stein am Rhein, unterhalb Costenz, woselbst noch seines Vaters Brüder als Fischer lebten.

[4] weil Lang selbst von 1511—1515 in Wittenberg gewesen sei; vgl. Kolde, Analecta S. 4.

[5] vgl. Nr. 153, Z. 14.

[6] in der zu Nr. 143 angeführten Schrift: Disputatio etc.

[7] geht auf Carlstadt's Besorgniß für seine Pfründe, welche er an der unter unmittelbarer päpstlicher Gerichtsbarkeit stehenden Stiftskirche in Wittenberg hatte; vgl. Jäger, Carlst. S. 22; Köstlin[2] I, 249.

[8] z. B. Carlstadt, Spalatin (vgl. Nr. 169, 170), Beckmann (Brief an Spalatin, 24. Febr., bei Hekel, manipul. p. 34: Scripsi tibi antehac, nostrates, excepto uno vel altero, improbanda probare, ut Martiniani videantur, quanquam cum Martino minime consentiant, quantum videlicet attinet ad potestatem summi Pontificis, quae nec convelli, nec minui potest nostris laboribus), Scheurl (Briefb. II, 85).

[9] 41, 4: Quis revelabit faciem indumenti ejus? et in medium oris ejus quis intrabit? (Vulg.)

[10] die Briefe der Leipziger Universität und des Bischofs Adolph von Merseburg bei Seidemann, Leipz. Disp. in den Beilagen.

[11] vgl. Seidemann, Beil. 11 und 12.

[12] Dieser Brief fehlt. — [13] vgl. Nr. 160.

[14] Hieron. Dungersheim von Ochsenfort.

[15] Jesaj. 1, 3; — palea, Spreu, hier zugleich Anspielung auf die Paleae des Decret. Gratiani.

[16] Alb. p. 74: Frater Eberhardus Brisger de valle molari [Mühlheim oder Ehrenbreitenstein bei Coblenz, nicht Vallendar, vgl. Kolde, Augustinercongr. S. 392; Krafft in der Ztschr. des Berg. Gsch. V. Bd. 6, 254. 283 gegen Seidemann, Lutherbriefe S. 63] Augustinianus, 16. Junii (1518); Näheres über ihn wird bei späteren Briefen anzumerken sein.

[17] Dabrun, Dorf links an der Elbe, 3/4 Meilen südöstl. von Wittenberg.

[18] Günther v. Staupitz zu Dabrun, Bruder des Johann v. St., verkaufte 1509 dem Augustinerkloster zu Wittenberg 124 fl. rhein. Zinsen auf dem Dorfe Dabrun u. s. w. für 2400 fl. Wegen dieses Kaufes lag das Wittenb. Kloster lange Zeit mit Günther in Streit, wovon mehrfach in späteren Briefen die Rede sein wird; vgl. Kolde, Augustin. S. 211. — Der Pater Matthaeus ist nach Seidemann im Register zu de Wette VI, 679 der Nr. 145, Z. 15 erwähnte, vielleicht auch der Tischr. Nr. 1320 vorkommende.

[19] Wohl der von Miltitz, Nr. 176, Z. 63 f. erwähnte Brief; der Brief selbst ist unbekannt.

[20] Scripserunt ist ein Anakoluth. Luther will berichten, daß er von drei Personen Briefe erhalten habe, und beginnt deßhalb ganz richtig mit dem Plural. Durch die Mittheilung des Inhalts des ersten Briefs aber, sowie durch den eingeschobenen Satz Mihi etc. vergaß er den Anfang, und hebt nachher nochmals an: Scribit et alius. (vgl. Förstemann in den Stud. und Krit. 1829, S. 778 f.) — [21] vgl. Nr. 149.

[22] Gleiches schreibt am 17. Mai 1519 Peter Tschudi aus Paris an Beatus Rhenanus; vgl. Nr. 149, Note 7.

[23] In dieser Aufzählung fehlt die Schweiz, welche freilich Froben selbst nicht erwähnt hatte; vgl. Nr. 149, Note 13 u. 17.

[24] auch dem Carlstadt, vermuthlich deßhalb, weil dessen Apologeticae responsiones gegen Eck auch in dieser Sammlung, Bl. Aij stehen (vgl. Veesenmeyer in den Stud. und Krit. 1828, S. 367, Not. d). — [25] Casp. Hedio; der Brief selbst fehlt, sowie auch der andere anonyme.

[26] Der „Wagen" Carlstadt's war eine Nachahmung des Buches Johannes v. Leonrodt „Hymelwag auff dem, wer wol lebt vnd wol stirbt fert in das reich der Himel. Hellwag auf dem, wer übel lebt vnd übel stirbt fert in die ewigen verdamnuß". Augsburg 1517. 4°. — Es war ein Holzschnitt, zwei Wagen darstellend, deren Deutung Carlst. selbst in seiner angehängten „Außlegung vnnd Lewterung etzlicher heyligen geschriften, So dem Menschen dienstlich, vnd erschießlich seint zu Christlichem leben. Kurtzlich berurth vnd angezeichent in den figurn vnd schriften der wagen" (d. d. Vittenberg, Montags nach Palmarum Anno xix.) gibt, wonach der eine Wagen den rechten Weg zum Himmel, der andere den falschen der Scholastiker versinnlichen sollte (vgl. Riederer's Abhh. S. 482; Panzer's Zusätze zu den Annal. S. 163, nr. 954 c; Seidemann, Leipz. Disp. S. 24; Wiedemann, Eck, S. 79; Jäger, Carlst. S. 17 ꝛc.

[27] Andreas Franck aus Camenz, Professor in Leipzig, welchem Melanchthon im Febr. 1520 seine Adhortatio ad Paulinae doctrinae studium widmete (CR. I, 133); über seinen Abfall von Luther bald nach der Leipz. Disputation vgl. Seifert, Reformat. in Leipzig, 1883. S. 75. 86; über sein Verhalten bei der Reformation Leipzigs: Seifert S. 178; Kawerau, Jonasbriefe I, 357 ff. — Er starb 1546. Vgl. über ihn im Allg. u. a.: Unsch. Nachr. 1727, 171. 349; 1733, 562; Weller, Altes und Neues II, 782; Zarncke, urkundl. Quellen S. 596. 656. 707; Seidemann, Jak. Schenk, 1875 im Register s. v. Camitianus.

[28] der Operationes in Psalmos, Erl. opp. exeg. XIV; vgl. Nr. 166. Melanchthon hatte sie am 3. April an Lang geschickt; CR. I, 76. Was Luther hier mit der Correctur meint, weiß ich nicht zu erklären.

[29] Schon Waldau, Nachr. v. Hier. Emser. 1783, S. 12 klagt, daß er diese Worte nicht verstehe. Es scheint hier ein Lesefehler Aurifaber's vorzuliegen und dürfte sich die von D. Kawerau mir mitgetheilte Conjectur empfehlen, statt Emser: emissor (Herausgeber; emissio kommt im Sinn von „Auflage, Ausgabe" vor) oder excusor zu lesen.

[30] Moses Kimchi lebte in der ersten Hälfte des 13. Jahrh. in der Provence; seine hier erwähnte Grammatik erschien nach Panzer, Annal. VII, 88. Nr. 160 u. d. T.: Rabbi Mose Kimhi In Introductorio grammaticae. Dicavit Thomas Anshelmus Friderico Electori Saxon. — Am Schluß: Hagenoae ex Officina Thomae Anshelmi. Salutis anno M.D.XIX. Mense Januario; vgl. über diese Ausgabe Wolf, biblioth. Hebraica T. III, p. 811.

[31] Thomas Anshelm aus Baden, druckte seit 1488 in Straßburg, Pforzheim und Tübingen, zuletzt in Hagenau, hier auch verschiedene Schriften Luther's, vgl. C. Schmidt, zur Gesch. der ältesten Bibliotheken und der ersten Buchdrucker zu Straßburg. 1882. S. 143. 145; Steiff, der erste Buchdruck in Tübingen. 1881. passim.

[32] Die erste Ausgabe des Commentars zum Galaterbrief druckte Melchior Lotther in Leipzig.

[33] Die beiden von Luther hier gemißbilligten Sermone arbeitete er später selbst um; ihr Druck wurde im Mai beendigt, vgl. den Brief Melanchthon's an Spalatin vom 21. Mai, CR. I, 81. 82. Die erste, bei Stöckel in Leipzig im Februar oder März erschienene Ausgabe des Sermons vom ehelichen Stande, Erl.[2] 16, 50. Ueber diesen schrieb Scheurl bereits am 10. April an Amsdorf (Briefb. II, 86): Legimus multa Martiniana, quae amicissimis plus probantur, quam sermo de conjugio, utpote casta, modesta, pudica, gravia, seria, qualia theologum decent.

[34] vgl. Nr. 171, Note 5.

[35] Dieser Brief Melanchthon's fehlt.

[36] vgl. Nr. 171, Note 6. — [37] vgl. Nr. 154, Note 8.

[38] Beatus Rhenanus an Zwingli, 4. April aus Basel (Zw. opp. ed. Schuler VII, 73): Retulit mihi nudius tertius Romam proficiscens Comes a Nova Aquila [Hermann von Nuenar], tres esse Moguntiae Pontificis legatos, Cardinalem videlicet S. Xysti [Cajetan], Archiepiscopum de Ursinis [Erzbisch. Robert Orsini von Reggio], et Protonotarium quendam [Caraccioli], qui strenue laborent pedibus ac manibus omnes, ut Carolus posthabeatur. Minati sunt his laqueum palam Hispanici regis legati, domini Nic. Zieglerius, Armenshofer [wohl Paul v. Armerstorff] et ceteri, si deprehenderint rem. At hi negarunt, se electionem Caroli impedire velle, sed tantum operam dare, ut jura Ecclesiae Romanae conserventur. Erant mane Treverensem [Kurfürst Richard, das Haupt der französischen Partei] apud

Confluentes [auf dem Kurfürstentag von Oberwesel, 31. März] salutaturi, et in hoc naves conduxerant. Verum legatorum Hispaniensium opera factum est, ut naves omnes fuerint detentae velut Principe jubente. Conquesti fuere Cardinali Moguntino; at hic jussu suo factum negavit.

[39] Luther am 28. März (Nr. 167); der Brief Melanchthon's scheint zu fehlen, denn wohl kaum meint Luther hier den am 5. Januar aus Leipzig geschriebenen (CR. I, 59).

[40] Staupitz. — [41] vgl. Nr. 12, Not. 1. — [42] vgl. Nr. 7, Note 1.

[43] Jonas war von 1511—1515 in Wittenberg gewesen, wo Luther ihn kennen gelernt hatte.

[44] Ludwig Melsingen, eigentlich Platz, 1520 Rector in Erfurt, später Pfarrer zu Walschleben, welche Stelle er aber durch seinen Bruder als Vicar versehen ließ. Er gehörte den gemäßigten Lutheranern an und starb 1547 in hohem Alter zu Erfurt; vgl. Krause, Eob. Hessus, I, 244.

Nr. 173.

Wittenberg. 28. April 1519.

Luther an Herzog Georg von Sachsen.

Abermalige Bitte um Zulassung zur Disputation[1]. Antwort auf 4. März (Nr. 160); beantwortet am 7. Mai.

Original: 1. Dresdener Hauptstaatsarchiv; — Drucke: 2. Seidemann, Thom. Münzer, 1842. S. 159 (aus dem Original); 3. de Wette-Seidemann VI, 15; 4. Erl. Bd. 56. S. II, Nr. 829.

Wir verweisen für den Text auf 4.

---

[1] Der Einwirkung des Bischofs von Merseburg ist wohl zuzuschreiben, daß Herzog Georg Luthern die Zulassung zur Disputation erschwerte und abermals abschlägig antwortete.

Nr. 174.

Coblenz. 3. Mai 1519.

Miltitz an Luther.

Meldet, daß er dem Papst geschrieben, um Luther's Angelegenheit beizulegen; auch Cajetan wolle alles für Luther thun, wenn dieser sich an die Altenburger Verabredung halte, im Uebrigen solle ihm alles recht sein, was der Erzbischof von Trier beschließen würde. Luther, der ja denselben zum Richter gewünscht habe, solle sich deßhalb baldigst nach Coblenz aufmachen. Beantwortet 17. Mai. — An demselben Tage schrieb Miltitz einen ähnlichen Brief an Spalatin sowie an den Kurfürsten (vgl. Nr. 175 und 176).

Original: 1. Cod. Goth. A. 336. Nr. 7; — Drucke: 2. Cyprian, nützl. Urkunden II, 123; 3. Löscher III, 826 (welcher aber das Datum in die Sanctae Crucis mit Exaltat. Crucis, 14. September, statt mit Invent. Crucis auflöst).

Wir geben den Text nach 1, unter Beibehaltung der von Miltitz gemachten grammatischen Fehler.

Eximio ac excellentissimo viro, Fratri Martino Luther, Ordinis divi Augustini, Sacrae Theologiae Professori etc., amico suo honorando.

Jhesus.

Salutem etc. Eximie ac venerabilis Pater, amice charissime! Quid actum ac conclusum inter nos, dum apud Illustrissimum Principem nostrum Fridericum, Ducem Saxoniae Sacrique Romani Imperii Electorem, fuimus[1]*, P[aternitati] t[uae] constare adhuc spero. Scripsi Sanctissimo Domino nostro, iterum atque iterum replicavi, quod literae ac Brevia a Sanctitati suae (!) mitterentur, ut negotium Paternitati tuae bonis avibus*[2]*, ut spero, expediretur. Sed ob alia maxima negotia, quibus Sanctitas sua nunc variis modis occupata, illis, quamvis liceret, vacare non potuit. Spero tamen in horas literas Sanctitatis suae. Heri veni ad Reverendissimum Dominum Legatum*[3]*, qui de praesentia mea plurimum gavisus fuit, interrogavitque me de Principe*

meo ac de P[aternitatis] t[uae] opinione, cui ego pro virili respondi, quod videbatur mihi in rem P[aternitatis] t[uae] fore. Inter alia asseruit, se omnia velle facere, quae convenirent bono Patre (!)[a]*, dummodo P[aternitas] tua se emendare velit, sicut inter P[aternitatem] t[uam] et me in Aldenburgk variis modis disputatum fuit. Et addidit illud, quod omnia, quae Reverendissimus Archiepiscopus Treverensis fecerit et concluserit in sua praesentia, hoc debet P[aternitati] suae Reverendissimae placere. Cum enim P[aternitas] tua me tunc praesente et postea per literas Reverendissimum Archiepiscopum in unicum judicem desiderabat*[4]*, de ejus fidei (!) ac probitati (!) confidens; quare velim, quod absque timore aliquo ad Reverendissimum Archiepiscopum praefatum una cum literis Illustrissimi Principis venires, ubi ego praesens nihil injuriae, quod polliceor, P[aternitati] tuae injungi debet, et nihil certe Paternitati tuae Cardinalis Legatus imponet nec faciet, nisi quae praefato Archiepiscopo placuerint. Iterum et ego P[aternitati] tuae fidem meam polliceor, quam spero credis integram. Quare P[aternitatem] tuam, Deo ita volente et disponente, adhortor ac moneo, ut quamprimum te itineri ad nos Confluenciam versus accingas, ubi omnia in rem et negotium P[aternitatis] tuae disponentur expedienturque quam optime. Scripsi etiam Illustrissimo Principi, Domino nostro communi, qui, ut spero, P[aternitati] tuae scribet. Si enim P[aternitas] tua illic ad nos venire dedignaretur, quod Deus avertat! res forsan postea redderetur difficilior, et hoc propter multitudinem judicum. Nam scripsit mihi Reverendissimus Cardinalis de Rangonibus*[5]*, quod Papa vult addere Episcopo Frisingensi*[6]* tres alios episcopos; quapropter si adventum P[aternitas] tua non maturet quam celerrime, cum illis Brevibus, quae nunc in horas expecto, P[aternitatem] tuam adire cogar. Quare P[aternitas] tua omni timore postposito omnique negotio se itineri committat*[7]*, quam sua sponte Reverendissimus Dominus Cardinalis omnia*

---

[a] p̄re 1; Patri 2. 3.

etiam, quae forsan P[aternitas] tua contra eundem scripserit, se neglecturum promittit absque etiam petitione veniae, quod in pectus suum juravit[8]. *Idcirco P[aternitas] tua rebus et negotiis propriis nec non honori ac utilitati communi consulat, maxime oro, et spero, si P[aternitas] tua meo consilio obsecuta fuerit, nunquam poeniturum; novisti enim, quem animum erga P[aternitatem] tuam hactenus habui et in posterum sum, dum vixero, habiturus. Valeat felicissime P[aternitas] tua, cui me ac orationibus tuis commendo. Datum in oppido Confluenciae in die Sanctae Crucis anno M.D.XIX.*

Carolus de Miltiz[9], *Commissarius et Nuntius Apostolicus etc. Canonicus Moguntinus etc.*

[1] vgl. Nr. 129 ff.

[2] Erasm. Adag. s. v.: Cum rem feliciter ... cedere significamus. Ab augurum observatione sumptum; vgl. Ovid. Fast. I, 513.

[3] Cajetan.

[4] vgl. Nr. 138; der Brief Luther's an Miltitz fehlt.

[5] Hercules Rangoni aus Mailand, Cardinaldiacon titul. St. Agathae seit 1517, wurde bei der Einnahme Roms mit Clemens VII. gefangen genommen und starb bald darauf 1527 noch sehr jung.

[6] vgl. Nr. 74, Note 2; Nr. 138, Note 4.

[7] Noch ehe Luther seine absagende Antwort schrieb, hatte Miltitz in einem Brief an den Kurfürsten vom 11. Mai (Mittwoch nach Miseric. Dom., aus Coblenz) die Citation zurückgenommen: „Ich hab Eure Kurf. und Fürstl. Genaden itzt ans heiligen Kreuz Tag eilend von Kobelentz geschrieben, domit entdeckt, was des Herrn Legaten Meinungk sei mit Herrn Martino Lutther zu handeln, och dobei Eur Churf. und F. Genaden meine Gutdunken nit vorhalten ... 5 Tag nach solchem meinen Schreiben ist mein gnädiger Herr von Trir ken Kobelentz kommen, so ich mich von Stund zu seinen Kurf. Genaden gefuget, Herr Martinus halben ufs treulichste mit sein F. G. gehandelt. So hab ich sein F. Genad Eur Kurf. G. zu dienen ganz bereit und willigk befunden, och Herr Martinus Sache helfen austragen ohn alle Mittel und Beschwerung hat erboten, ... und befohlen mit Eurn Kurf. und F. G. von diesen und anderen Sachen zu reden. Darum ... wär mein Rath, nicht angesehen mein Schreiben, das ich Eurn Kurf. und Fürstl. Genaden nest [= nächst] gethan, Herr Martinus Sachen belangende, daß Herr Martinus verzöge zu Wittenbergk, bis ich zu Eurn Kurf. und Fürstl. Genaden queme [= käme], so wollt ich mit Eurn K. und F. Genaden weiter davon reden;

wann ich bin sunder Zweifel, die Sache sall vortragen werden nach allem Willen Eur Kurf. und F. Genaden." (Cyprian, Urk. S. 403; Löscher III, 101.)

[8] jurare manu ad pectus apposita, einen körperlichen Eid leisten. Es war ein Vorrecht der Geistlichen auf diese Art, durch Anlegung der Hand auf die Brust zu schwören, indem das Evangelienbuch vor ihnen lag, während die Laien durch Berührung des Evangelienbuchs schwuren. So heißt es z. B. in der Goldenen Bulle Karls IV., c. 2: Principes Electores Ecclesiastici coram Evangelio B. Johannis: In principio erat verbum ... manus suas pectori cum reverentia supponant, seculares vero Principes Electores dictum Evangelium corporaliter manibus suis tangant. Vgl. Decret. P. II. caus. 11. qu. 1. c. 9; Decr. Greg. IX. lb. 2. tit. 7. c. 7. Zur Erklärung dieses Vorrechts vgl. Duarenus, in tit. de jurejur. c. 11; Limnaei observatt. in aur. bull. ed. 1686, p. 271; J. P. Ludewig, vollst. Erläut. der güld. Bulle. 1752. I, 329. Note K.

[9] Miltitz, geboren um 1490, aus einem alten Meißnischen Adelsgeschlecht stammend, ging, nachdem er in Cöln erzogen worden (vgl. Heumann, docum. litt. p. 40), 1514 oder 1515 nach Rom, wo er bald camerarius Pontificis, notarius et cubicularius secretus et familiaris und endlich Nuntius et Commissarius apostolicus wurde; vgl. über ihn bes. die Monographie von Seidemann, Miltitz.

Nr. 175.

Coblenz. 3. Mai 1519.

Miltitz an Spalatin.

Aehnlichen Inhalts, zum Theil gleichlautend mit dem vorigen Brief.

Original: **1.** Cod. Goth. A. 336, Nr. 8 (Aufschrift von Spalatin's Hand: D. Caroli Miltitii ex Confluentia, M.D.XIX. Die Inventionis S. Crucis.); — Drucke: **2.** Cyprian l. l. II, 120; **3.** Löscher III, 824 (wiederum unterm 14. September).

Wir geben den Text nach 1, ebenfalls mit Beibehaltung der von Miltitz gemachten grammatischen Fehler.

Egregio ac excellentissimo viro, Domino Georgio Spaletino [!], Illustrissimi Principis Friderici Duci [!] Saxoniae etc. a secretis, amico suo amantissimo.

Jhesus.

Salutem etc. Egregie ac excellentissime vir, amice charissime! Quid actum ac conclusum inter me et venerabilem Patrem Martinum Lutherum fuerit, dum apud Illustrissimum Principem nostrum Fridericum, Ducem Saxoniae Sacrique Romani Imperii Electorem fuimus, D[ignitati] tuae constare adhuc spero. Scripsi Sanctissimo Domino nostro, iterum atque iterum replicavi, quod literae ac Brevia a Sanctitati suae [!] mitterentur, ut negotium praedicti D. Martini bonis avibus expediretur. Sed ob alia maxima negotia, quibus Sanctitas sua nunc variis modis occupata, illis, quamvis liceret, vacare non potuit. Spero tamen in horas literas Sanctitatis suae. Heri veni ad Reverendissimum Dominum Legatum, qui de praesentia mea plurimum gavisus fuit, interrogavitque me de Principe nostro ac de praedicti D. Martini adhuc opinione, cui ego pro virili respondi, quod videbatur mihi in rem suam fore necessaria [!]. Inter alia assuerit, se omnia, quae bono Patre [!][a] conveniunt, amore suo, dummodo se emendare voluerit, facturum quam libentissime. Addidit et illud, qūod omnia, quae Reverendissimus Archiepiscopus Treverensis fecerit et concluserit in sua praesentia, hoc debet Paternitati suae Reverendissimae placere. Cum enim idem D. Martinus, me tunc praesente et postea per literas, praefatum Archiepiscopum Treverensem in unicum judicem desiderabat de ejus fidei [!] ac probitati [!] confidens, sicut inter me et ipsum in Aldenburgk variis modis disputatum fuit; quare velim, ut D[ignitas] tua egregia eundem et admoneat et adhortatur [!], ut omni timore postposito ad Reverendissimum Archiepiscopum Treverensem una cum literis Illustrissimi Principis nostri veniat quam

[a] Orig.: prē.

celerrime, ubi me praesente nihil injuriae, quod promitto Paternitati suae, injungi debet, et nihil certe Reverendissimus Dominus Cardinalis sibi imponet nec faciet, nisi quae praefato Archiepiscopo placuerint; pro quo et ego Paternitati suae fidem meam, quam spero integram, polliceor. Qua de re quam primum se intineri ad nos Confluenciam versus accingat, necesse erit, ubi omnia, Deo ita volente et disponente, in rem et negotium P[aternitati] suae dirigantur [!] expedienturque quam optime. Scripsi etiam Illustrissimo Principi, Domino nostro communi, qui, ut spero, Paternitati suae scribet. Si enim P[aternitas] sua illic ad nos venire dedignaretur, quod Deus inprimis et Princeps Illustrissimus una cum D[ignitate] tua egregia avertat! res forsan postea redderetur difficilior, et hoc propter multitudinem judicum. Nam scripsit mihi Reverendissimus Cardinalis de Rangonibus, quod Papa vult addere Episcopo Frisingensi tres alios episcopos, quapropter si adventum suum non maturet quam celerrime, cum illis Brevibus, quae nunc in horas expecto, Paternitatem suam adire cogar. Consilio tamen meo se itineri committat, omni timore postposita [!] omnique negotio.

Cum enim Reverendissimus D[ominus] Cardinalis sua sponte omnia etiam, quae forsan D[ignitas] sua contra eundem scripserit, se neglecturum promittit, idcirco D[ignitas] tua egregia rebus et negotiis suis propriis nec non honori ac utilitati communi consulat maxime, oro et spero, si Paternitas sua meo consilio obsecuta fuerit, nunquam poeniturum. Novisti enim, quem animum erga Paternitatem suam hactenus habui et in posterum sum, dum vixero, habiturus. Valeat felicissime diutissimeque D[ignitas] tua egregia, cui me ad vota offero. Datae in oppido Confluenciae in die Sanctae Crucis Anno M.D.XIX.

Carolus de Miltitz, Commissarius et Nuntius apostolicus, Canonicus Maguntinus etc.

Nr. 176.

Coblenz. 3. Mai 1519.

Miltitz an Kurfürst Friedrich von Sachsen.

Schreibt in derselben Angelegenheit wie in Nr. 174 und 175.

Drucke: **1.** Joh. Frid. Hekelius, manipul. I. epist. sing. p. 39; **2.** Löscher III, 821 (wiederum unterm 14. September).

Wir geben den Text nach 1.

Dem durchlauchtigsten, hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Fredrichen, Herzog zue Sachsen, des heiligen römischen Reichs Erzmarschalk, Kurfürst Vicario, meinem allergenädigsten Herrn.

Durchlauchtigster, hochgeborner Fürst, genädigster Herr! Meine unterthänige, gehorsame Dienst sampt meinem Gebet für Euer Kurf. und Fürstl. Genaden in aller Unterthänikeit zuvoran bereit. Genädigster Kurf. und Herr! Ich bin als heut des heiligen Kreuz Tagks ken Kobelentz zum Herrn Legaten kommen, und sein Revma. Dominatio hat mich ganz freundlich entphangen, und sunderlich gefraget, wie es [mit] Eur Kurf. und F. Genaden zuestunde, und Eur Kurf. und F. Genaden in aller Wahrheit im allerbesten und ufs freundlichste gedacht; och[a] mit mir von Doctor Martinus Luthers Sachen geredt, unter fihel[b] Wort und forschlich, die schwischen[c] dem Herrn Legaten und mir geschagen[d], dieweile sich die Zeit vorliefe und die Brevia oder Commission von Bebestlicher Heilikeit sich so lang vorzogen, Herr Martinus Sachen belangende; wiewohel ich Antwort hab gehabt von dem Cardinal von Rangonibus[1], daß seiner Heilikeit 3 meiner Brief, diese ganz Herr Martinus Sache beruhrende, durch sein Revma. Dominatio sind uberantwort worden, och Bebest-

---

[a] = auch. — [b] = viel. — [c] = zwischen. — [d] = geschahen.

Cap. 4. De oratione.

Memor esto, te sacerdotem esse, id est[c], ministrum communem et publicum: ideoque non pro te tantum, quantum pro ovibus[d] intente orabis, praesertim ac praecipue[e] pro majoribus ecclesiae, scilicet pontificibus et rectoribus, quoniam illorum salus nostrum[f] omnium est salus.

Cap. 5. De sacrificio faciendo[g].

Non semper eris idoneus ad sacrificandum[h], verum ut fias idoneus, aliquando tibi accedendum est non idoneo. Id facies, si cogitabis non propter te, sed propter alios, in peccatis constitutos, pro innumeris[i] christianorum necessitatibus tibi esse sacrificandum. Ideo quod pro te non faceres, facies pro illis: nec[k] incipias quandoque[l] confidere, quod idoneus tibi visus fueris[m] [9].

Cap. 6.[n] De tota vita.

Sicut Tobias[10] docuit filium suum, ut a Domino peteret, qui dirigeret viam[o] ejus, ita et tu de te desperatus ora, ut gressus tuos ipse dirigat secundum eloquium suum[11], quia sicut[p] dicit Hieremias[12]: scio, inquit, Domine, quia[q] non est hominis via ejus, nec viri est, ut ambulet et dirigat gressus ejus[r]. Ante omnia vero summam mansuetudinem erga peccatores indue. Hoc enim sacerdoti necessarium est, ut nullum descipiat, sed[s] illius peccata et miserias tua esse existima, sicut[t] Christum vides nobis

---

[c] st. id est hat 1: et (wohl kaum richtig); 4: vel. — [d] non tam pro te, quam pro omnibus 4. (Ich wage nicht zu entscheiden, ob hier nicht 4 gegen alle Andere den richtigen Text hat; das bildliche ovibus paßt nicht recht, da ja die majores ecclesiae etc. nicht zu den oves des sacerdos gehören; während bei omnium das specialisirende praesertim wohl am Platz ist.) — [e] ac praecipue fehlt 2. 3. 5. 6. — [f] nostra 1. — [g] faciendo fehlt 4. — [h] so nach 4; die Andern: sacrificium. — [i] innumeris fehlt 1—3. 5. 6. — [k] ne 4. — [l] cuiquam 2. 3. 5. 6. — [m] quia . . . fuerit 1—3. 5. 6, was bei der Lesart cuiquam noch einigermaßen, aber bei quandoque keinen Sinn gibt. — [n] Caput ultimum 1. — [o] vitam 1—3. 5. 6. — [p] sic 2—6. — [q] quod 4. — [r] nec viri etc. fehlt 2—6. — [s] et 4. — [t] sic 1.

fecisse. Vale in Domino, et si plura quaeris, libens faciam, si possum[u].

[1] vgl. Nr. 174. — Mosellan an Lang (d. d. Lips. 3. Calend. Jun.; bei Krause, epp. aliquot sel. Servest., 1883. p. 6): Martinus noster ... denuo a Carolo Milticio citra Episcopi nostri autoritatem et summa cum Friderici Principis indignatione Confluentiam vocatur, sed frustra. Neque enim Princeps prudentissimus huic fraudi hominem innocentem exponere vult, sed rem totam cum Trevirorum Principe agere et hunc nebulonem a Germanis suis quasi transfugum suo tempore ulcisci.

[2] Nr. 160 und 177. Auch Carlstadt schreibt am 17. Mai an Spalatin (Olear. scrin. p. 51): Audio secundo Illustrem Ducem Georgium R. P. Martino disputationem recusare.

[3] vgl. Nr. 178, Note 3. — [4] Epist. I, 14, 35.

[5] V. 24 (lies: dormiet).

[6] Erasm. Adag. s. v.: Minerva artibus atque ingeniis praesidet. Dicitur pinguiore Minerva fieri, quod inconditius, simpliciusque quasique indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura.

[7] Dieses Sprüchwort weiß ich bei Aelteren nicht nachzuweisen; Binder, nov. thesaur. adagior. 1861. Nr. 148 gibt es aus der Sammlung: Aphorismi et axiomata selecta ... a R. P. W. K. Altorf. 1745, welche ich nicht kenne.

[8] Matth. 16, 26.

[9] Die Zwickauer Handschrift hat hier am Rande: Canon ille abrogatus nunc, nisi sacrificare pro orare acceperis.

[10] 4, 20. — [11] Ps. 119, 133. — [12] 10, 23.

Nr. 184.

(Wittenberg.) 16. Mai 1519.

Luther an Johann Lang.

Von einer Ordensangelegenheit; schickt seine und Eck's Thesen für die Disputation; Herzog Georg habe ihm zwei Mal die Erlaubniß zur Disputation verweigert; über den Brief Miltitzens; über den Druck des Commentars zum Galaterbrief.

Handschriftlich: 1. Cod. Goth. 399. fol. 115; — Drucke: 2. Aurif. I, 173[b]; 3. Löscher III, 976; 4. de Wette I, 273. — Deutsch: Walch XV, Anh. XXXIV.

Wir geben den Text nach 4 mit Berücksichtigung von 1.

[u] Vale etc. nur bei 4; 1 hat als Unterschrift: Suspicax fere est pejorem in partem semper mortalium animus.

Reverendo Patri Johanni Lango, Vicario mediastino[1] Augustin., S. T. Magistro, suo in Christo majori.

Jhesus[a].

Salutem. Prior Grimmensis[2] apud me, R. P., nudius moratus optavit, ut ad te scriberem pro fratre Matthia[3] molitore, cujus administratione res eo pervenerit, ut gravi fama laboret conventus, insimulantibus civibus aut etiam probantibus scandalum nescio quod cum ancillis molendini obortum. Petit eum transferri omnino, tu pro officio tuo consulas, ego amovendum arbitror. Conversi[4] illic jam dudum regnant.

Mitto schedulas novas, Eccii et Lutheri criminationes[b] mutuas[5]. Dux Georgius[6] bis mihi respondit amphibologus totus, necdum admittit, admissurum spondet[c], si Eccius eum certum fecerit, meam sibi placere congressionem; qui tamen Eccium admisit, nihil cunctatus, an Carlstadio placeret congredi, denique ex me didicit, me ab Eccio editis et literis et schedis provocari. Vides, quid[d] monstri alant homines. Jam tertio scribo ad eum. Lipsenses theologi et ψευδοκήρυκες forte consumentur invidia, ita ardent in me.

Vocavit me Carolus Miltitz ad Confluentiam, responsurum Archiepiscopo Trevirensi, praesente Legato Cajetano: homo suavis, simul confitens, se nondum ex Urbe recepisse mandatum, et sperat me tam crassae naris esse, ut non vocatus nisi sua temeritate, veniam. Video ubique, undique, quocunque modo animam meam quaeri. Epistola mea ad Galatas sub incude Lipsiae laboratur[7]. Vale et ora pro me. Feria 2. Jubilate 1519[e].

F. Martinus Lutherus[f].

[1] ironisch für medio; mediastinus, ein zu Verrichtungen geringer Art gebrauchter Sklave.

[a] fehlt 1. — [b] criminatrices 2–4. — [c] spondens 2. 3. 4. — [d] quidquid 1. — [e] Die Jahreszahl fehlt 1. — [f] Die Unterschrift bei 1 bloß: F. M.

[2] Wolfg. Zeschau, vgl. Nr. 107, Z. 8.

[3] Seidemann, bei de Wette VI, 665 s. v. Gruneus, und 673 s. v. Matthias, vermuthet, dieser Bruder Matthias, Müller der Augustiner in Grimma, sei mit dem im Brief an Staupitz vom 3. Oktober 1519 erwähnten Matth. Gruneus, der damals als procurator ins Wittenberger Kloster kam, identisch.

[4] die Laienbrüder; Seifert, Ref. in Leipz. S. 25, übersetzt unsere Stelle: Die Bekehrten (d. h. wie sich aus dem Zusammenhang bei ihm ergibt: die evangelisch Gesinnten) haben dort schon längst die Oberhand (!).

[5] Die Disputatio et excusatio Domini Johannis Eccii adversus criminationes F. Martini Lutter ordinis Eremitarum, vom 14. März, welche jetzt den eingeschobenen Satz vom freien Willen und Glauben, den 7., enthielt; sie war die Antwort auf Luther's offenen Brief an Carlstadt, Nr. 143 (vgl. Erl. opp. var. arg. III, 4); und die Disputatio et excusatio F. Martini Luther adversus criminationes D. Iohannis Eccii, jetzt ebenfalls 13 Sätze, deren Abfassungszeit sich ungefähr aus unserem Briefe ergibt (vgl. opp. var. arg. III, 12).

[6] vgl. für den weiteren Inhalt des Briefs die vorige Nr.

[7] vgl. Nr. 172, Z. 99.

Nr. 185.

Wittenberg. 16. Mai 1519.

Luther an Herzog Georg von Sachsen.

Dritte Bitte um Zulassung zur Disputation. Antwort auf 7. Mai; beantwortet 23. Mai.

Original: 1. Dresdner Hauptstaatsarchiv; — Drucke: 2. Seidemann, Münzer S. 160; 3. de Wette-Seidemann VI, 16; 4. Erl. Bd. 56. S. III. Nr. 830.

Wir verweisen für den Text auf 4.

---

[1] S. IV. Z. 18. offentlichen Zettel] die Nr. 184, Not. 4 erwähnte Schrift.

[2] Z. 32. daß D. Eck solch ... schreibe rc.] Nach Tischr. Nr. 1939 erlangte Eck von Herzog Georg für Luther ein frei, sicher Geleite, daß er möchte mit ihm disputiren.

Nr. 186.

Wittenberg. 17. Mai 1519.

Luther an Karl von Miltitz[1].

Als Antwort auf M.'s Einladung vom 3. Mai, sich in Trier zu stellen, entschuldigt sich Luther, warum er nicht kommen könne: seine Anwesenheit habe er schon in Altenburg für überflüssig gehalten, da in seinen Büchern seine Meinung klar genug dargelegt sei; ferner habe M. keinen Befehl von Rom zu dieser Einladung; bei der wahrscheinlichen Abwesenheit des Kurfürsten von Trier zur Kaiserwahl sei auch seine Sicherheit gefährdet; weiter verhindere ihn die bevorstehende Leipziger Disputation zu kommen; endlich wolle er mit Cajetan nichts mehr zu thun haben. Diesen Entschuldigungsgründen fügt er bei, daß er Nachstellungen zu befürchten habe, da man ja Miltitz selbst beschuldige, einen verdächtigen Menschen nach Wittenberg geschickt zu haben; endlich halte er es für besser, wenn seine Sache mehreren deutschen Bischöfen zur Untersuchung übergeben werde.

Handschriftlich: **1.** Cod. Goth. A. 338. fol. 15 (alt 29); **2.** Cod. Jen. a. f. 54; — Drucke: **3.** Aurif. I, 176b; **4.** Löscher III, 103; **5.** de Wette I, 275. — Deutsch: Walch XV, 374. Wir geben den Text nach 5, unter Heranziehung von 1.

Egregio viro Domino Carolo de Miltitz, Apostolico Commissario, Canonico Moguntinensi, suo patrono in Domino.

Jhesus[a].

Salutem. Accepi literas Praestantiae tuae, vir optime, quibus consulis, ut quantocius Confluentiam me recipiam, id enim fore ex mea re. Verum audi, quaeso, patienter meam sententiam. Primum, quando Aldenburgi conveniebamus, videbatur mihi tum non necessarium, ut ego praesens essem; sed quia editi sunt libelli, in quibus meam mentem omnibus liquidissime aperui, sufficere putavi[b], si, discussis meis sententiis, statuerentur articuli mihi revocandi, et modus revocandi, assignatis rationibus, ut fieret

---

[a] Adresse und Ueberschrift fehlt 1. — [b] putavi fehlt 1.

revocatio efficax et probabilis, ne si aliter fieret, extorta mihi diceretur per vim et fierent novissima pejora prioribus. Et hunc sensum adhuc habeo.

Sed etsi venire omnino deberem, poteris tu ipse cogitare, quam stultum me essent habituri, qui causam istam audirent, cum nondum venisse mandatum ex Urbe scribas[c], nec dum Archiepiscopus me ejusdem mandati virtute vocarit, sed nec certum habeam, an sit mandatum hoc venturum, praesertim in isto tumultu Imperii[2], nec certus sum, an veniens mandatum Archiepiscopus sit accepturus. Quomodo ergo in tanta dubia me dabo, per tot pericula, et tam gravibus expensis, quas unde habeam pauperrimus? tot consumpsi huc usque in ista causa, et fessos feci patronos, ut pudeat[d] plura postulare, ut interim taceam, quod durante interregno ne possit quidem ulli salvus conductus praestari, praesertim mihi tot inimicis appetito.

Accedit ad hoc, quod jam solennis[e] disputatio, quam mihi reverendissimus Dominus Cardinalis Augustae denegavit, Lipsiae instat, oblata ab Johanne Eccio, a qua si me subtraherem, quantalibet justa causa, summam ignominiam mihi omnibusque amicis, quin et Illustrissimo Principi nostro totique Ordini meo et Universitati inurerem[3]. Denique in hac potest res ista coram tot doctis viris et tam acri disputatione purius et absolutius examinari, quam vel coram Archiepiscopo vel Cardinale: ut praestet, omnia hujus causae negotia sisti, quam hanc disputationem impediri.

Cum autem et[f] Archiepiscopus sit Elector Imperii, nonne absens esse cogetur in id temporis? Absente autem ipso[g], quae tutela? quae causae tractatio fieri potest?

Sed age, sint illa omnia plana, tamen coram R. D. Cardinale nolo hanc causam agi; nolo eum praesentem, neque dignus est, ut qui me a fide

---

[c] scribis 1. — [d] pudeam 1. — [e] solemus 1, von anderer Hand in solennis corrigirt. — [f] et fehlt 1. — [g] Eip̄o (= Episcopo) 1.

christiana tentavit Augustae deturbare, ego eum dubito esse catholicum christianum. Atque si otium fuerit, scribam ad Romanum Pontificem et Dominos Cardinales, ac coarguam eum, si se ipsum non emendarit in omnibus, quibus foedissime errat. Doleo Legatos Sedis Apostolicae tales esse, qui Christum abolere moliantur.

His itaque causis spero, mi Domine, quod[h] justissime sim[i] excusatus, si non venero; ne[k] addam et illud, quod nuper quidam sycophanta apud nos fuit multis literis suffarcinatus, quaerens te, deinde me, qui multam suspicionem reliquit, insidias mihi undique paratas; denique fugere coactus est, ne in Albim cogeretur saltare, paululumque abfuit, nisi nos restitissemus, quin interpretati fuissent, tuo studio id factum, maxime cum audiremus, te adhuc in Germania desidere, qui nobis promisisti, recta via et in brevi ad Urbem te profecturum. Ita fit, ut ego quidem excusarim te, sed tamen undique insidias mihi metuendas videam.

Jam quod rem difficiliorem putas futuram, si Sanctissimus Dominus Leo decimus plures episcopos ad istam causam deputarit, ego contrarium arbitror. Cum enim sub judicium totius orbis rem istam editis libellis posuerim, et nunc Lipsiae coram tot viris tractandam suscipiam, non modo non difficile, sed et gratum fuerit, multorum judicum arbitrio causam transigi.

Si vero, ut scribis, acceptis Brevibus Apostolicis cogeris ad nos venire[4] propter meam cunctationem, Deus faxit, ut prospere venias. Ego sane occupatissimus et multis serviens, non possum[l] sine multorum dispendio tantum tempus perdere et gratis exspatiari. Bene vale, vir optime. Wittembergae, feria 3. post Jubilate 1519.

F. Martinus Luther, August.

---

[h] quod fehlt 1. — [i] sum 1. — [k] ut 1. 2. — [l] possem 1.

[1] Es ist dieß der erste, auch einzige, uns erhaltene Brief Luther's an Miltitz. Daß Luther ihm schon früher geschrieben, ergibt sich aus einem Brief Miltitzens an Pfeffinger vom Sonnabend nach Sebastiani (= 23. Januar) 1519 (bei Cyprian, Nützl. Urk. I, 381): Ich habe von der Universität von Wittenberg, och von Herr Martino Briefe gehabt, will mich derselbigen halten, als viel mir muglich ist.

[2] während des Interregnums nach dem Tode Maximilians I.

[3] Luther hofft also hier, daß der am vorigen Tag an Herzog Georg geschriebene Brief Erfolg haben werde. Auch Andere sahen der Ankunft Luther's nach Leipzig mit Gewißheit entgegen; so schreibt Mosellan an Lang (während der Leipziger Messe, Mai 1519, bei Krause, epp. aliquot. selectae, Servest. 1883. p. 5): Videbis et alia plura, si ad Martini nostri literarium conflictum huc adveneris.

[4] ad nos venire bezieht sich nicht auf den Brief Miltitzens an den Kurfürsten vom 11. Mai, worin er die Citation Luther's absagt und seine eigene Ankunft nach Wittenberg anzeigt (vgl. Nr. 174, Note 7), wie Seidemann, Miltitz S. 13, meint: „L. wünscht Miltitzen zu dessen Reise zu ihm nach Wittenberg Glück"; da Luther von diesem Briefe noch nichts wissen konnte; sondern geht vielmehr auf die im Briefe vom 3. Mai, Nr. 174, Z. 50 ff. ausgesprochene Drohung.

Nr. 187.

(Wittenberg.) 22. Mai 1519.

Luther an Spalatin.

Bezeugt seinen Beifall über einen Brief des Erasmus, worin seiner gedacht wird; bittet um Entscheidung wegen der Anstellung eines Professors der hebräischen Sprache, und meldet die Vermehrung der Studenten in Wittenberg.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Archiv in Zerbst; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 29; **3.** Cod. Jen. a. f. 56; — Drucke: **4.** Aurif. I, 178b; **5.** Löscher III, 977; **6.** de Wette I, 277. — Deutsch: Walch XXI, 634.

Wir geben den Text nach 1.

Optimo viro Georgio Spalatino, sacerdoti Christi, suo in Christo venerabili majori et patrono.

Jhesus.

Salutem. Mire placet epistola Erasmica[1] mihi et nostris, unum ego nollem, nempe meum nomen in ea non solum nominari, sed et cantari, praesertim a tanto viro. Non ignoro me ipsum, in hac saltem parte.

Caeterum antequam abeas[2], quaeso, exploratam nobis relinque mentem Illustrissimi Principis de Hebraico professore. Fuit nobiscum rediturus propediem Johannes Cellarius Gnostopolitanus[3], qui Heidelbergae Hebraica professus est, et edito libellulo grammatico[4] (quem te vidisse credo) testatur se nonnihil in ea re nosse; hic omnia nobis promisit, quae possit, fideliter traditurum sese (modo Lipsiae agit nostras literas expectans), si honesto salario a nostro Principe Illustrissimo providendum se intellexerit[5]. Responde ergo citius, literas quoque Ducis Georgii[6] simul remitte.

Confluit multus studentium numerus[7], et eorum insignium; denique venit Nurmbergensis ille theologiae Licentiatus, provectae[a] aetatis vir, concionator hospitalis et Sancti Sebaldi[8], et civitas nostra paene non capit omnes penuria habitationum. Alia alias. Vale. Dominica Cantate 1519.

F. Martinus Luther, Augustinensis.

[1] Der in den Briefsammlungen und Werken des Erasmus fehlende Brief d. d. XVIII. Kal. Maias 1519, wurde besonders gedruckt in: Contenta in hoc Libello. | Erasmi Roterodami Epistola, ad illustriss. | Principē ac Ducē Saxoniae &c. Fridericū. | Positiones Ioannis Eckij, scholasticae. | Positiones Martini Lutherij, theologicae. | Cōclusiōes Andreae Carolostadij, theologicae. — 6 Bl. in 4. s. l. et a. (Leipzig bei Melch. Lotther, 1519) vgl. Panzer, Annal. IX, 74. Nr. 61. Er wurde nachher auch in Luther's Werke aufgenommen, z. B. opp. ed. Viteb. I, 236; ed. Jen. I, 211; opp. Erl. var. arg.

[a] profectae 4. 5.

II, 454. Die Stellen, auf welche Luther sich hier bezieht, stehen an letzterem Orte S. 456 f. — Auch Melanchthon an Spalatin, 21. Mai (C. R. I, 80) erwähnt diesen Brief und nennt Erasmus causae Martini non gregarium, vel, ut Jurisconsulti dicunt, suffragatorem pedarium. Ebenso Mosellan an Lang (d. d. Lips. 3. Cal. Jun. bei Krause l. l.): Videbis brevi Erasmicam epistolam, qua vir ille Martini innocentiam Friedericho Heroi prudentissime commendat. Nunc haberi non poterat.

[2] nämlich mit dem Kurfürsten zur Kaiserwahl nach Frankfurt a. M.

[3] Joh. Cellarius, aus Kunstadt in Böhmen (daher Gnostopolitanus), stand nachher bei der Leipziger Disputation auf Seite Eck's, und kam darüber nicht nach Wittenberg. Bald darauf wandte er sich jedoch der Reformation zu, wurde nachher in der Schweiz Zwinglianer, später in Frankfurt a. M. strenger Lutheraner, starb als Superintendent zu Dresden 1542. Ueber seinen Rücktritt vom Zwinglianismus berichtet Erasm. Alberus, Wider die verfluchte Lehre Carlstadt's, 1556. Bl. miij[b]: „Mag. Joh. Cellarius seliger Gedächtniß, der von Frankfurt a. M. durch die Sacramentschänder vertrieben ward, sagt mir, wie er zu Bern gewest, als die Disputation sollt gehalten werden, und hätt Oecolompadium in der Kammer, da er sich schlafen legen wollt, hören beten also: Herr Gott, ist unser Lehre gerecht, so gib Gnade darzu ꝛc. Da solchs Cellarius höret, der auch der Zwinglischen Lehre geneiget war, sagt er bei sich selbst: Zweifelstu an deiner Lehre, so gläub dir der Teufel mehr! Denn kein christlicher Lehrer betet also: Herr Gott, ist meine Lehre gerecht, so forder sie; sonder also: Herr Gott, du weißt, daß ich dein Wort predige und nicht falsche Lehre vertheidige, drumb bitte ich dich umb Genade, daß dein Wort wohl gerath."

[4] Isagogicon Ioannis Cellarii Gnostopolitae in Hebraeas literas, omnium hebraicarum literarum candidatis non minus utile quam necessarium; am Schluß: Ex Neocademia Anshelmiana, Hagenoae. — Der Widmungsbrief an seinen Lehrer Reuchlin datirt: ex Thermis Harcyniis Cellae Bacenarum [Harmersbach bei Ettenheim im Großh. Baden] X. Kalend. Quintil. 1518. — Auf der Titelrückseite befindet sich (im CR fehlend): Philippus Melanchthon Brettanus in Cellarii Gnostopolitae rudimenta etc.

[5] Ueber dieselbe Angelegenheit schreibt Mel. an Spalatin in dem Note 1 angeführten Brief.

[6] Nr. 183 und 184.

[7] Die Zahl der Inscribirten betrug 1517: 232; 1519: 458; im nächsten Jahr: 579; vgl. Köstlin, Luther[2] I, 293.

[8] Joh. Herholt (vgl. Nr. 120, Note 11), inscribirt 26. Mai 1519 (Alb. p. 52).

Nr. 188.

Dresden. 23. Mai 1519.

Herzog Georg von Sachsen an Luther.

Antwort auf Luther's Brief vom 16. Mai (Nr. 185). Wenn Luther sich mit Eck darüber vereinigt habe, solle ihm die Theilnahme an der Disputation gestattet werden.

Concept: 1. im Dresdener Archiv; — Druck: 2. Seidemann, Leipz. Disp. S. 129, Beilage 21c (aus 1).
Wir geben den Text nach 2.

Wirdiger, Lieber, Andächtiger! Wir haben eur Schreiben, zo ihr der vorgonnten Disputation halben abermals an uns gethan, alles Inhalts vorlesen, und wissen keine Ungenade, die wir zu euch tragen ader gefaßt haben sollten. Wohl ist uns allerleie vorkommen, dovon wir nicht ungerne mit euch wollten reden, wollen aber solchs, bis ihr eins bei uns kommet, beruhen lassen. Zo tragen wir auch darinne nicht klein Vorwundren, nachdem ihr euch vormals hatt' horen lassen, daß nicht gut von diesen Materien zu disputiren, auch die Doctores der Facultät der heiligen Schrift zu Leypzigk gelehrt, daß sie sich solche Disputation nachzulassen gewegert, wie es kommet, daß ihr itzo zo harte darauf dringet, und ist wohl wahr, daß wir von Doctor Karlstadt auch nicht sein angesucht worden. Es hat uns aber Doctor Egke durch sein Schreiben vormeldet, daß er sich angezeigter Disputation halben mit ihme voreiniget. Wo nuhe solchs auch allhie beschehen, alzo daß ihr es mit einander einig wirdet und uns, wie ihr itzo, als wir aus euern Schreiben vornehmen, in Erbt[a] stehet, zugeschrieben, wollten wir uns, unsern jungesten Schreiben nach, mit unvorweislicher Antwort kegen euch erzeigen und vornehmen lassen. Solchs haben wir euch auf eur Schreiben nicht wollen vorhalten. Gegeben zu Dresden, Montagk nach Cantate Anno xix.

---

[a] = Arbeit.

Nr. 189.

Wittenberg. 24. Mai 1519.

Luther an Spalatin.

Bitte um Beförderung seiner und Carlstadt's Thesen nach Nürnberg und an Eck selbst; von Aesticampianus' Vorlesungen, dem Zuwachs der Studenten; Entschuldigung an Schart wegen Verzögerung der versprochenen Schrift. In einer Nachschrift meldet er den Tod Trutfetter's.

Brief, Original: **1.** anhalt. Ges.=Arch. in Zerbst; — handschriftlich: **2.** Cod. Jen. a. f. 239; — Drucke: **3.** Buddeus p. 5; **4.** Löscher III, 978; **5.** de Wette I, 278. — Deutsch: Walch XXI, 636.

Nachschrift, Original: **I.** anhalt. Ges.=Arch.; — handschriftlich: **II.** Cod. Jen. a. f. 239; — Drucke: **III.** Buddeus p. 10; **IV.** Löscher III, 995; **V.** Seckendorf, lb. I. Sect. 8. §. IIX. add. III. (aus Ms. Bibl. Jen.); **VI.** de Wette I, 373 (III—VI haben sie als Nachschrift zum Brief an Spalatin vom 7. December). — Deutsch: Walch XXI, 654.

Wir geben Brief und Nachschrift nach dem Original.

Suo in Christo charissimo Spalatino, servo Christi et Domino suo.

Jhesus.

Salutem. Sicut nuper mihi promittebas, mi Georgi charissime, posse et velle te literas quoquoversum dirigere, ita nunc rogamus, ut has Carlstadii et meas disputationes[1] ad Nurmbergam, vel ad ipsum potius Eccium pervenire cures, juxta quod melius tibi visum fuerit. Caetera omnia ad te pervenisse credo. Miror quod D. Johannes[a] Aesticampianus Jovinianum Hieronymi pro[b] Plinio malit profiteri[2]. Si quid in hoc effecisti, etiam scire cupimus. Augescit studentium numerus vehementer, sicut aqua inundans[3]. Vale in Christo. Scharto[4]

---

[a] Johannes fehlt 3—5. — [b] prae 5.

dic, modico[c] ferat tarditatem Martini plus quam ter occupatissimi. Vittembergae, 1519,[d] 3. Cantate.

Martinus Luther, August.

[5]Hac hora ex socero Lucae pictoris[6] audivi, excessisse[e] e vivis D. Doctorem Iudocum[f] Isenacensem Erffordiae. Timeo et me causam[g] acceleratae suae mortis fuisse: tantum aegritudinis fuit animo ejus ex meis, ut dicitur, profanitatibus et temeritatibus, quibus scholasticam theologiam doluit incredibiliter contemni. Dominus misereatur animae illi, Amen.

[1] Conclusiones Carolostadii contra D. Joannem Eccum Lipsiae XXVII. Junii tuendae (bei Löscher III, 284); Luther's Disp. vgl. Nr. 184, Note 4.

[2] vgl. Nr. 52, Note 5. — Aest. hatte schon früher in Köln über des Plinius' Hist. natural. gelesen, und war darüber von der Universität vertrieben worden, vgl. das Schreiben Agrippa's von Nettesheim an den Kölner Rath vom 11. Jan. 1533 (opp. II, 1036; Krafft, Briefe und Docum. S. 141). Am 13. April 1518 schrieb Spalatin an Aest. (Kreyßig, Dr. Just. Jonas Schreiben an Joh. Friedr. Churf. v. Sachsen 2c. Meißen 1847, S. 23): Orare non desino . . . ut Decanum bonarum artium facias certiorem, sisne hoc daturus et Illustrissimo et clementissimo meo Principi et Academiae nostrae, sed et tuo honori publicaeque utilitati, ut praelegas Plinium. Vel si nolis id ipsum Decano dicere, saltem Domino Praeposito, et qua hora antemeridiana voles Divum Hieronymum profiteri. Si enim fieri non potest, quod tantopere petivimus, nihil urgebimus. — Im J. 1519 hatte dann Aest. zur Aufbesserung seines Gehalts die zehnte Domherrnstelle im Georgenstift zu Altenburg erhalten, und damit hing es vielleicht zusammen, daß er jetzt Kirchenväter statt klassischer Autoren erklärte (vgl. Löbe, Beitr. z. Gesch. dreier Domherren am Georgenstift 2c., in den Mitthl. des Osterlandes. Bd. 8, S. 407).

[3] vgl. Nr. 187, Note 7. — [4] vgl. Nr. 178, Note 3 und 4.

[5] Diese Nachschrift wurde seither dem Brief an Spalatin vom 7. December beigefügt, jedoch das Original derselben befindet sich auf einem besonderen schmalen Papierstreifen, der schon aus äußerlichen Gründen (z. B. der verschiedenen Faltung wegen) nicht dem December-Briefe angehören kann. Welchem Briefe, resp. ob nicht einem fehlenden Briefe, diese Nachschrift eingelegt war, vermochte ich nicht festzustellen. Ich füge sie

[c] modice 3–5. — [d] † 24. Maii 3–5. — [e] Audivi heri excessisse V. — [f] D. Justum Jodocum V; Jodocum auch die Andern. — [g] ansam V.

vorstehendem Brief bei — ohne damit behaupten zu wollen, das Richtige getroffen zu haben —, weil Erhard, vaterl. Ueberlief. H. 1, S. 13, leider ohne seine Quelle dafür anzugeben, als Todestag Trutfetter's den 9. Mai 1519 angibt. Wenn man gewöhnlich (so auch Plitt, Trutfetter, 1876. S. 59) den Tod Trutfetter's erst gegen December des Jahres setzt, und die Erwähnung desselben seitens Luther's im Brief an Lang vom 6. Juni als ein falsches Gerücht bezeichnet, so stützt man sich hierbei nur auf unsere falsch eingefügte Nachschrift. Aber auch aus inneren Gründen scheint mir diese Nachschrift vor die Leipziger Disputation fallen zu müssen; nach derselben hätte der streng papistische Trutfetter wohl noch andere Gründe gehabt betrübt zu sein, als bloß über die profanitates et temeritates gegen die scholastische Theologie.

[6] Der Maler Lucas Cranach; sein Schwiegervater hieß Jodocus Brengbier, aus Gotha, wo er 1487 unter den dortigen Rathsherrn vorkommt, 1492 Bürgermeister war (vgl. Sagittarii, hist. Goth. plenior, ed. W. E. Tenzel, I, 176. 384; Lindau, Cranach, 1883. S. 25; wenn Letzterer Recht hat, daß Brengbier damals zu Besuch bei seinem Schwiegersohn in Wittenberg war, so paßt das auch besser in den Mai als in den December).

Nr. 190.

(Wittenberg.) 30. Mai 1519.

Luther an Martin Glaser, Augustiner-Prior zu Ramsau.

Nach einer Entschuldigung über sein Stillschweigen und wegen eines geliehenen Pferdes, wünscht L. seines Freundes Besuch, berührt die Leipziger Disputation, seine Vorlesungen über die Psalmen, den Druck seines Commentars über den Galaterbrief, spricht vom Haß seiner Feinde und der Verbrennung seines papiernen Bildnisses zu Rom, vom Zustand des Klosters, von der Verleumdung eines Franziskaner-Mönchs.

Handschriftlich: 1. Cod. Goth. A. 1048. f. 81. Nr. 148 (mit der Bemerkung: Autographon extat apud Dominum Wolfgangum Waldnerum Ratisbonae); — Drucke: 2. Schütze, Luther's Briefe, II, 28 (nach 1); 3. de Wette I, 279.

Wir geben den Text nach 1.

Reverendo Patri Martino Glaser[1], S. Th. Baccalaurio, Eremitarum Ransavensium[2] Priori, sibi in Domino charissimo.

Salutem. Justissime omnium tu miraris, aut etiam indignaris, mi venerabilis Pater, quod tibi hucusque nihil scripserim. Verum etsi excusationes mihi non desint, volo tamen potius meam culpam agnoscere. Nam de equo tuo[3] spero sitis mihi pauperrimo per intercessionem venerabilis Patris[a] Vicarii[4] propitii. Deo sine dubio dedisti, non mihi. Utinam te quoque rursum hic videamus: sic[b] ex reverendo Patre Vicario futurum audivi gaudens[5]. De disputatione mea Lipsensi futura et de aliis meis omnia te nosse credo. Lego jam Psalterium denuo, et mire fervet studium. Plena est civitas studentibus[6]. Roma ardet in meam perditionem, et ego frigeo in ejus irrisionem. Dicitur mihi papyraceus Martinus in Campo Florae[7] publice combustus, execratus, devotus. Expecto furorem illorum. Epistola ad Galatas jam sub typis formatur, videbis eam propediem.

Caeterum nos bene et quiete agimus, denique minus pauperes, quam antea. Heltus[8] noster satis bene regit et aedificat, sed coquinam: ventrem enim adhuc curat, curaturus postea et caput[c].

Quod olim de Minore garrione scripsisti, legi, sed assuetus sum hujusmodi invidiae. Totus orbis nutat et movetur, tam corpore quam anima. Quid futurum sit, Deus novit. Nos divinamus[d] caedes et bella. Deus misereatur nostri. In quo bene vale, et pro me misero ora. Altera Vocem Jucunditatis 1519.

F. Martinus Luther, Augustanus.

[1] Frater Martinus Glaser de Nuremberga, inſcribirt in Wittenberg 1506; vgl. Alb. p. 18. Später war Gl. Con=

---

[a] reverendi P. 2. 3. — [b] † enim 2. 3. — [c] curaturus et postea (mit fehlendem caput) 2. 3. — [d] divinamur 1.

ventuale im Augustinerkloster zu Nürnberg bis zu dessen Auflösung 1524, wo er Pfarrer in Kraftshof bei Nürnberg wurde, vgl. Joh. ab Indagine [Joh. Heinr. v. Falckenstein], Beschr. v. Nürnb. 1750. S. 674.

[2] Ramsau, Augustinerkloster im Bisthum Freisingen, in der Grafschaft Haag, nahe bei dem Flecken gleichen Namens, gestiftet 1414 von Georg v. Frauensberg zum Haag, 1589 zu dem Augustinerkloster in München geschlagen, vgl. Hund, metrop. Salisburg. p. 283.

[3] Man wird dabei an ein für Luther's Ritt von Augsburg nach Monheim, 20. Oktob. 1518, geliehenes Pferd zu denken haben, Kolde, Augustinercong. S. 322, Not. 2.

[4] Staupitz.

[5] Staupitz scheint demnach das Schweigen gebrochen zu haben, über welches Luther verschiedenemal klagte (Nr. 154; 172, Z. 117), und kürzlich geschrieben zu haben, vgl. Kolde, a. a. O.

[6] vgl. Nr. 187 und 189.

[7] Von einer Verbrennung von Luther's Bildniß auf dem Campo di Fiore (vgl. über denselben Gregorovius, Gesch. der Stadt Rom VII, 626. 697) wissen wir nichts; seine Schriften wurden 1520 auf der in der Nähe davon gelegenen Piazza Navona (vgl. Gregorovius III, 576; VII, 641), dem Marktplatz, verbrannt, wobei der spanische Dominikaner Cipriano Beneti die Rede hielt (vgl. Renazzi, storie dell' Univers. di Roma. T. 2 (1804). p. 43.

[8] vgl. Nr. 96, Note 8.

Nr. 191.

Löwen. 30. Mai 1519.

Erasmus an Luther.

Antwortet freundlich auf dessen Brief vom 28. März (Nr. 167); klagt über die Angriffe, welche Luther's Schriften sowie Erasmus selbst, den man als den eigentlichen Urheber der ganzen Bewegung ansehe, von den Feinden der Wissenschaften, den Theologen, zu erdulden haben; doch seien ihm die Bischöfe gewogen. Auch Luther habe Gönner an dem Bischof von Lüttich und in England. Ermahnung zur Mäßigung im Kampfe; Mittheilung über den Augustinerprior in Antwerpen.

Drucke (von solchen sind uns bekannt geworden): 1. De ratiõe dispu | tandi, præsertim in re Theologica, Petri Mo | sellani Protegensis oratio· quam Illustris, Ce- | orgii [sic] Saxoñ, ducis, &c, principis sui no= | mine, in frequentissimo

illustrium | aliquot, & doctissimorū ho- | minū cōuentu, die. xxvij, | Iunij dixit, Lipsiæ. || Epistola quædam Erasmi, ad Petrum | Mosellanum, mire festiua. || Epistola item Erasmica, ad D. docto- | rem Martinum Lutherium. — 4 Bg., letzte Seite leer, in 4., mit Titeleinf. — s. l. et a. (Leipzig, Melch. Lotther, 1519, Juli, vgl. Note 1). — Unser Brief beginnt Bl. Diij.

2. DE RATIO | NE DISPVTANDI, PRÆSERTIM | in re Theologica, Petri Mosellani Pro- | tegensis Oratio, quam Illustriss. Geor | gij Saxon̄. Ducis &c̄. Principis sui | nomine, in frequentissimo illu- | strium aliquot, & doctissimo- | rum hominū conuentu. | Die. xxvij. Iunij di- | xit, Lipsiae. || Epistola quædam Erasmi, ad Petrum | Mosellanum, mire festiua. | Epistola item Erasmica, ad D. Docto | rem Martinum Lutherium. | Oratio Ioan. Langij Lembergij habita | in fine eius disputationis, | XVI. Iulij. — Am Schluß: Ex officina Sigismundi Grim̄ Medicinæ | Doctoris, atq; Marci Wirsung, | Augustæ Vindelicorum. | Anno &c̄. XIX. — Zeile 2—10 und 13 und 14 des Titels roth. — 7 Bg., letzte Seite leer, in 4. (Herausgeber Jak. Spiegel). Unser Brief beginnt Bl. D_4.

3. FARRAGO | NOVA EPISTOLARVM | Des. Erasmi Roterodami | ad alios, & aliorum ad | hunc: admixtis qui | busdā, quas | scripsit | etiā adolescens. || APVD INCLYTAM BASI | LEAM EX OFFICINA | IO. FROBENII. — Am Schluß: BASILEÆ APVD IO. | FROBENIVM MEN | SE OCTOBRI. | ANNO M.D.XIX. — 398 Seiten in Fol., nebst 11 Seiten Register und Druckfehler, m. Titeleinf. — Unser Brief steht S. 136.

4. [Blättchen] D. ERASMI | ROTERODAMI PRESBY- | TERI THEOLOGI AD R. | Cardinalem Moguntinū Epistola, in qua de Luthe- | ro quid ipse senti- | at declarat. | [Blättchen.]. — 2 Bg., letzte Seite leer, in 4. mit Titeleinf. — s. l. et a. — Unser Brief steht Bl. (b 3b).

5. Desiderij Eras- | mi. ad Reuerēdissimum | Moguntinensiū præsulē: atq; illu- | strissimū principem. epistola: | non nihil D. Martini Lu- | theri negotiū attingēs || M. Iohannes Femelius lectori iuditij de | Marti: Luthe: deq; eius doctrīa cupido ||

Quid spirat totus Martinus pectore toto
  Quid valeāt magni dogmata magna viri
Spiritus an doceat Martinū scribere cūcta
  Clamat vt adaucter turba p[ro]phana, niger
An sit perdendus flammis vltricibus ipse
  Hęresis vt doctor perfidus atq; nocens
Quid fatiant illi qui damnant om̄ia plane
  Que vir tam clarus comprobat esse pia
Oīa si breuiter libet hęc tibi noscere lector
  Vnde tenere queas magn⁹ Erasm⁹ habet

Am Schluß: Excuſſum Erphordię per Mattheum Maler. | Anno domini. M.D.XX. — 2 Bg., letzte Seite leer, in 4. m. Titeleinf. — Unser Brief steht Bl. Biij, und ist Nachdruck von 3 (vgl. die Note k in den Varianten).

In den Sammlungen: **6.** Des. Erasmi Roterod. Epistolarum opus etc., ed. Basil. ap. Froben. 1538. lb. VI. p. 244 (und damit ganz übereinstimmend:) **7.** Des. Erasmi opp. ed. Basil. ap. Froben. 1540. T. III, lb. VI. p. 244; **8.** Epistolae D. Erasmi Rot. lbb. XXXI. etc. ed. Londini 1642. lb. VI. p. 348. Nr. 4; **9.** Des. Erasmi opp. ed. Clericus, Lugd. Batav. 1703. T. III. P. I. p. 444. Nr. 427; — ferner bei: **10.** Löscher III, 112 (mit dem falschen Datum 29. Mai; nach einer Abschrift, „die dem Original näher ist, und von Lutheri Freunden herrühret"); **11.** Seckendorf lb. I. §. 41. add., p. 69. — Deutsch: Walch XVIII, 1947.

Wir geben den Text nach 1, mit Berücksichtigung der hauptsächlichsten Varianten der anderen Ausgaben.

***Erasmus Roter. D. Martino Luterio*[1].**

S. P. Frater in Christo charissime. Epistola tua mihi fuit gratissima et ingenii argutiam prae se ferens, et animum spirans christianum. Nullo sermone consequi queam, quas tragoedias hic excitarint tui libelli. Ne adhuc quidem ex animis illorum[a] *evelli*[b] *potest falsissima suspicio, qua putant, tuas lucubrationes meis auxiliis*[c] *esse scriptas, meque hujus factionis, ut vocant, vexilliferum esse*[d]. *Existimabant*[e] *sibi datam ansam, qua et*[f] *bonas literas opprimerent, quas capitaliter oderunt, velut offecturas majestati theologicae, quam*[g] *multo*[h] *pluris faciunt, quam Christum, simulque me, quem arbitrantur ad excitanda studia nonnihil afferre momenti. Tota res vociferationibus est acta, temeritate, strophis, obtrectationibus, sycophantiis; ut, ni praesens haec spectassem, imo sensissem, nulli unquam autori fuerim crediturus, sic insanire theologos; pestem fatalem esse diceres. Et tamen hujus mali virus a paucis ortum in plures serpsit, adeo ut magna pars hujus Academiae non infrequentis hujus*[i] *morbi contagio lymphata*[k] *ferretur. Testatus sum, te mihi ignotissimum esse, libros tuos nondum esse lectos, proinde nec improbare quicquam,*

---

[a] istorum 3—9, ipsorum 10. — [b] revelli 3—9. 11. — [c] auxilio meo 10. — [d] meque etc. fehlt 10. — [e] † quidam 3—9. 11. — [f] ut 1. 2. 4. — [g] quem 5. 10. — [h] multi 6. 11. — [i] ejus 3—9. 11. — [k] hymphata 3, aber in den Erratis verbessert, der Fehler ging aber in 5 über.

nec probare. Tantum admonui, ne libris tuis nondum lectis ad populum tam odiose vociferarentur, id ipsorum referre, quorum judicium oporteret esse gravissimum. Quin et illud perpenderent, an expediret ea traduci apud plebem promiscuam, quae rectius libris editis refellerentur, aut inter eruditos disputarentur, praesertim, cum uno ore vita autoris praedicaretur. Nihil profectum est: hucusque insaniunt obliquis, imo famosis suis disputationibus. Quoties inter nos de pace convenit! Quoties illi ex temere concepta suspiciuncula novos tumultos excitarunt! Et ii[l] *theologi sibi videntur! Theologi sunt hic aulicis invisi*[m]*, quod ipsum mihi quoque imputant. Episcopos omnes habeo mihi faventissimos*[n]*: libris nihil fidunt, in solis sycophantiis victoriae spes illis sita est; eas*[o] *contemno, recti conscientia fretus. In te redduntur aliquanto mitiores. Meum calamum*[p] *timent sibi male conscii. Quos ego sane suis pingerem coloribus, ut digni sunt, nisi me Christi tum doctrina, tum exemplum alio vocarent*[q]*. Immanes ferae mansuescunt officiis, isti benefactis efferantur. Habes in Anglia, qui de tuis scriptis optime sentiant, et sunt ii maximi. Sunt et hic, quorum est Episcopus Leodiensis*[r][2]*, qui tuis favet*[s]*. Ego me quoad licet integrum servo, quo magis prosim bonis literis reflorescentibus. Et mihi videtur plus profici civili modestia, quam impetu. Sic Christus orbem in suam ditionem perduxit. Sic Paulus Judaicam legem abrogavit, omnia trahens ad allegoriam. Magis expedit clamare in eos, qui pontificum autoritate abutuntur, quam in ipsos pontifices. Idem de regibus faciundum censeo. Scholae non tam aspernandae sunt, quam ad studia magis sobria revocandae. De rebus receptioribus, quam ut subito possint ex animis*[t] *revelli, disputandum est argumentis densis et efficacibus potius, quam asseverandum. Quorundam virulentas contentiones magis conducit contemnere, quam refellere. Ubique cavendum, ne quid arroganter aut factiose loquamur faciamusve: sic arbi-*

---

[l] illi 10; † cum hujusmodi factis 3—9. 11. — [m] ft. Theologi sunt etc.: Est hoc hominum genus hic aulicis fere invisum 3—9. 11. — [n] satis aequos 6—9. 11. — [o] † ego 3—9. 11. — [p] † fortasse 3—5; Eruditorum calamos fortasse 6—9. 11. — [q] vocaret 3—9. 11. — [r] ft. Episc. Leod.: eximius quidam 3—9. — [s] favent 3—9. — [t] animo 10.

tror gratum esse spiritui Christi. Interea servandus animus, ne vel ira, vel odio, vel gloria corrumpatur, nam haec in medio pietatis studio solet insidiari. Haec non admoneo, ut facias, sed ut quod facis, perpetuo facias. Degustavi commentarios tuos in Psalmos, vehementer arrident, et spero magnam utilitatem allaturos. Est Antverpiae Prior ejus monasterii[3]*, vir pure christianus, qui te unice deamat, tuus olim discipulus, ut praedicat. Is omnium paene solus Christum praedicat. Caeteri fere*[u] *aut hominum fabulas aut suum quaestum praedicant. Melanchthoni scripsi*[4]*. Dominus Jhesus tibi suum spiritum indies uberius impartiat*[v] *ad ipsius gloriam et publicam utilitatem. Cum haec scriberem, tua epistola ad manum*[w] *non erat. Vale. Lovanii tertio Kalendas Junias, Anno M.D.XIX.*

[1] Dieser Brief kam schnell in weitere Kreise und wurde in der oben unter 1 angeführten Schrift schon im Juli gedruckt, da Scheurl bereits am 4. August an Winsheim schreibt (Briefb. II, 97): Scripsit Mosellanus de re disputatoria in theologia et Erasmus ad eum et Martinum epistolas duas (vgl. auch den Brief Scheurl's an Luther vom 3. August). Erasmus nahm diese Veröffentlichung sehr übel, wie er sich denn noch am 10. Mai 1521 gegen Jonas beklagt (opp. ed. Cleric. III, I, 553; Kawerau, Jonasbriefe I, 58): Admonueram Lutherum privatis et obsignatis literis, mox Lipsiae sunt excusae. Doch aber nahm er selbst den Brief in seine im October erschienene (vgl. oben unter 3) Farrago nova auf, wenn auch in etwas abgeschwächter Fassung (vgl. z. B. in den Varianten p und r). Er verdarb es mit diesem Briefe nach beiden Seiten hin: die Anhänger Luther's vermißten darin die Wärme und fanden keine Spur darin, daß er jemals zu ihnen halten werde; die Löwener Theologen dagegen benützten den Brief zu weiteren Angriffen, wie Erasm. selbst seinem Freunde Martin Lipsius in Brüssel im J. 1520 schreibt (Horawitz, Erasm. und Lipsius, in den Sitzungsber. der Wiener Akad. 1882. Philos. hist. Kl. Bd. 100. S. 689): Hoechstratus adest Lovanii. Is nactus est meam ad Luterum epistolam: eam putat idoneam ad convincendum me, quod faveam Lutero, cum ipse in hoc ediderim, ut testetur nihil mihi esse rei cum Lutero. Die Verdächtigungen, die man über diesen Brief gegen ihn erhob, veranlaßten den Erasmus zu zwei Rechtfertigungsschreiben, eines an den Erzbischof von Mainz vom 1. Novemb. 1519 (vgl. darüber schon Nr. 167, Note 1), das andere an den Cardinal Campegius vom 6. Decemb. 1520

---

[u] vero 3–5. — [v] impertiat 10. — [w] manus 10.

(opp. ed. Cleric. T. III. p. 596). Das erstere überschickte er dem ihm damals noch befreundeten Hutten, unter dem Auftrage, dasselbe, je nachdem er es für passend finde, zu übergeben oder zu vernichten. Hutten aber veröffentlichte es durch den Druck, ehe er es dem Erzbischof übergab, was erst ein Vierteljahr später auf dessen Nachfrage geschah (vgl. Strauß, Hutten[2] 504 f.). Es existirt davon eine Ausgabe, welche nur den Brief an den Erzbischof enthält, den späteren Nachdrucken ist der Brief an Luther beigefügt, vgl. in der Einleitung Nr. 4 (wo jedoch das Datum des Briefs an den Erzb.: decimoquarto Calend. Novemb. ist) und Nr. 5.

[2] Erard (oder Eberhard) von der Mark, 1506—1538; über seine auf dem Augsburger Reichstag 1518 kundgegebene antirömische Gesinnung vgl. Ranke, Deutsche Gesch.[5] I, 220; bald jedoch, um den Kardinalshut zu erlangen, ein erbitterter Gegner der Reformation, so daß er auf dem Reichstage zu Worms selbst in Abrede stellte, an jener Schrift von 1518 irgendwie betheiligt gewesen zu sein; vgl. H. Baumgarten, Karl V. Bd. I (1885) S. 390.

[3] In Antwerpen hatten sich im Viertel von St. Andreas, wo noch heute die Augustinerstraße ist, sächsische Augustiner 1513 niedergelassen (frustra reluctante capitolo Ecclesiae B. Mariae Virginis; cf. Diercxsens, Antwerpia Christo nascens et crescens, T. III. p. 279 sqq.). Dieses Augustinerkloster, welches mit Wittenberg in regem Verkehr stand, gab später den Mittelpunkt für die Reformation ab, und wurde wegen der ketzerischen Ansichten der Mönche 1522 aufgehoben, vgl. Diercxsens l. l. p. 363 sqq. Der Prior desselben war der bekannte Jakob von Ypern, genannt Praepositus (vgl. Bouterweck in der Ztschr. des Berg. Gesch.-V. Bd. 4. 1867. S. 276; Kolbe, Augustinercongr. S. 387).

[4] am 22. April (CR. I, 79; vgl. Nr. 167, Note 4).

Nr. 192.

Wittenberg. 6. Juni 1519.

Luther an Joh. Lang.

Von Trutfetter's Tod; ist mit der Herausgabe seiner Resolutio über die 18. These gegen Eck beschäftigt, hat von Herzog Georg noch keine bestimmte Antwort über die Leipz. Disputation; von der Reise seines Feindes Rabe nach Rom; von einer Anfechtung, worüber er Weiteres mündlich mittheilen will. Grüße.

Handschriftlich: **1.** Cod. Goth. 399. fol. 128[b]; — Drucke: **2.** Aurif. I, 179; **3.** Löscher III, 979; **4.** de Wette I, 281. — Deutsch: Walch XV, Anh. XLV.

Wir geben den Text nach 4 unter Berücksichtigung von 1.

Reverendo Patri Johanni Lango, Eremitarum Augustinianorum Vicario Thuringiae, S. Theologiae Magistro eruditissimo et integerrimo, in Christo suspiciendo.

Jhesus.

Salutem. Audivimus[a] D. Jodocum Isenacensem e vita solvisse[1]: Dominus animam ejus suscipiat, et ignoscat ei super omnibus peccatis ejus, et nobis. Mitto, quae vides; alia non habemus.

Edo jam probationes[2] super odiosissimam propositionem tertiamdecimam propter invidiam, quae hoc agit, ne Lipsiae admittar ad respondendum. Ternis literis[3] a Duce Georgio non potui certum obtinere responsum (Rabus[4] ille Lipsensis iterum ad Urbem in meam gratiam profectus est, alia mendacia illuc illaturus, et alias temeritates huc allaturus[b]), adero tamen saltem oblaturus me ad respondendum. Carolostadio autem omnia admittuntur.

Accessit et alia his mihi major tentatio, quibus omnibus docet me Dominus, quid sit homo, quod tamen huc usque scire mihi satis videbar; audies eam coram, si aderis. Frater Johannes Caesar[5] evasit anthracis letiferum ulcus.

Vale et ora pro me peccatore magno. Alia enim re prorsus non indigeo, quam misericordia Dei. Ideo cruciatur invidia, quod aliis non indigere me sentit. Vittenbergae, feria secunda post Exaudi 1519.

Saluta reverendos Patres M. Johannem Nathin et Bartholomaeum Usingen[6] et omnes. Statim videbis probationes propositionis meae XIII. de primatu Papae, ut spero, invictas[c].

F. Martinus Luther, August.

[1] vgl. Nr. 189, Note 5. Daß Luther erst einen ganzen Monat nach Trutfetter's Tod an Lang darüber schreibt, kann darin seinen Grund haben, daß Lang auf einer Visitationsreise

---

[a] Audimus 2. 3. 4. — [b] et alias etc. fehlt 1. — [c] invectas 1.

war, oder auch in der seltenen Gelegenheit, einen Boten nach Erfurt zu bekommen, worüber Luther schon früher klagte (vgl. Nr. 172, Z. 12).

[2] Es ist gemeint die Resolutio Lutheriana super propositione sua tercia decima de potestate Papae (opp. var. arg. III, 296), welche noch vor Beginn der Disputation im Druck vollendet wurde, und nach der Disputation vermehrt in zweiter Auflage erschien.

[3] Nr. 160, 177, 188.

[4] Hermann Rab (auch Rabe), gebürtig aus Bamberg, kam 1486 auf die Universität Leipzig, wo er 1512 Doctor der Theol. wurde, trat in den Dominikanerorden und ward 1511 zu Osnabrück zum Provincial in Sachsen erwählt, 1517 Inquisitor haereticae pravitatis, 1525 Prior des Paulinerklosters in Leipzig, starb daselbst 5. Januar 1532. Sein fürbittender Brief für Tetzel an Miltitz vom 3. Januar 1519 s. Cyprian, Urk. II, 106; Hofmann, Ref.-Gesch. v. Leipz. S. 40. — Vgl. über ihn Nr. 147, Note 4; Unsch. Nachr. 1713, S. 547; 1720, S. 1067; 1721, S. 700; Consilia D. Modestini, D. Simonis F., Pistoris etc. Lips. 1599. II, 644; Stepneri Inscript. p. 82. Nr. 271; Monach. Pirnensis ap. Menken II, 1482; Seidemann, Miltitz S. 7; ders. Leipz. Disp. S. 19; Seifert, Ref. in Leipz. S. 63.

[5] Fr. Johannes Cesaris Augustinianus Erfordianus, 22. Maji (1518) inscribirt in Wittenberg, s. Alb. p. 73; er wurde wieder gesund, vgl. den Brief an Lang vom 18. Decb. 1519.

[6] Usingen wird hier, wie schon am 13. April, gegrüßt. Luther's Erklärung bei seiner Unterredung mit ihm auf der Rückreise von Heidelberg, daß er den Streit begonnen, um die trägen Theologen aus ihrer, von Usingen selbst oft beklagten Unthätigkeit aufzurütteln, mag ihn versöhnlicher gestimmt haben; vgl. Purgatorium. Libellus Fr. Barth. de Usingen August. Contra Lutheranos Hussopycardos. 1527. Bl. L1 b, bei Kampschulte, Erfurt II, 20.

Nr. 193.

Leipzig. 26. Juni, 4. und 14. Juli 1519.

Contract zwischen Eck, Carlstadt und Luther für die Leipziger Disputation.

Regelung der Disputation und Aufnahme derselben durch Notarien; Verbot der Veröffentlichung der Akten, ehe der Richterspruch der Universitäten erfolgt sei.

Drucke: 1. Seidemann, Leipz. Disp. S. 137. Beilage 28, ohne Angabe der handschriftl. Quelle.

Auf Sonntag noch Corporis Christi Anno ꝛc. xix[1] ist durch die Hochgelahrten, Gestrengen und Wirdigen, Herrn Johann Kochel Doctor, Kanzler; Georgen von Widebach, Amptmann allhier zu Leypzk, Rentmeister, als furstliche vorordente Räthe; und Rector[2], Magistri und Doctores dieser loblichen Universität zwuschen den Wirdigen und Hochgelahrten, Herrn Johann Eckio und Herrn Andrea Karolostadt, der heiligen Schrifte Doctorn, folginde Abrede der Disputation halben beslossen und aufgericht:

Nämlich, daß Doctor Eckius erstlich wider die Conclusiones Doctoris Karlstadts, so viel er ihm der' den Abend zuvorn zuschreiben wirdet, opponieren, darauf Doctor Karlstadt respondieren sall; und folgenden Tag sall Doctor Karlstadt wider Doctoris Eckij Conclusiones, so er ihm den Abend zuvorn auch zuschreiben wirdet, opponieren, darauf Doctor Eckius respondieren; und also furder einen Tag umb den andern bis zu Ende der Disputation procedieren. Solche Disputation, als beider Theil Argumenta und Solutiones, sollen durch vier Notarien aufgeschrieben und zu Ende der Disputation kegen einander collationiert, auch einem iden Theile ein Exemplar derselbigen gegeben werden, doch dergestalt, daß solche Disputationes und derselben Exemplar nicht sollen in Druck bracht adder sust publicieret werden, es sei dann, daß sich beide Theile eins Richters voreinigt und desselbigen Spruch darauf publicieret und eroffent werde.

Deßgleichen sollen sich auch beide Theil vor ihrem Abschied des Richters voreinigen, und die Exemplar bei den Rentmeister allhier ingelegt werden.

Folgender Weise ist zwuschen Doctor Johann Eckio und Doctor Martino Luter der Disputation halben abgeredt und bewilligt:

Doctor Joannes Eckius und Doctor Martinus Luther haben ihrer Disputation halb compromittiert und bewilligt, inmaßen zuvor Doctor Eckius und Doctor Karlstadt bewilligt und compromittiert haben, und die sunder

Injurien zu vorfuhren. Doch so hat Doctor Martinus seine Appellation, die er zuvorn vorgewendt, als viel er deß Recht hat, vorbehalten und nicht wollen fallen lassen, auch daß die Acta dieser Disputation nicht in päpistlichen Hof, aus Ursachen ihne bewegend, darubir zu erkennen, sollen geschickt werden. So auch in dieser Disputation zwuschen beruhrten Doctoren Irrung vorfallen wurden, sollen sie der Herren, so allher vorordent, Weisung leiden. Actum Montag Udalrici[3] Anno ut s[upra].

Erster Druck: **1.** vgl. Nr. 198, 1; Bl. A₄. — Drucke: **2.** Luther's WW. Jen. I, 148; **3.** Witth. IX, 259; **4.** Altenb. I, 275; **5.** Löscher III, 609; **6.** Walch XV, 1530.

Wir geben den Text nach 1, unter Vergleichung von 5.

Dem Hochgelehrten und Wirdigen, unserem lieben Besundern, Herren Johann von Eck, Doctor rc.[a]

Von Gottes Gnaden Fryderich, Herzog zu Sachsen, Churfürst rc. und Vicari rc.[b]

---

[a] Die Adresse steht bei 1 am Schluß des Briefs. — [b] Adresse und Anrede fehlt 5.

Unsern Gruß zuvor. Hochgelehrter und Wirdiger, lieber Besunder! Als ihr uns jetzo geschrieben in Sachen, etlich Doctores unser Universität zu Wittenberg und die nächst gehalten Disputation zu Leypßig belangend, haben wir seines Inhalts hören lesen. Nachdem ihr uns[c] dann dieser Sachen halben hievor nichts geschrieben, und die Doctores von Wittenberg uns der Disputation kein Bericht gethan, so wöllen wir ditz[d] euer Schreiben an dieselben Doctores gelangen lassen, ihr Antwort und Unterricht darauf[e] zu hören. Und wo wir dann daraus befinden, daß etwas an euch ferrer[f] zu gelangen vonnöthen, soll euch auch unverhalten beleiben. Das haben wir euch nit bergens[g] wöllen, dann euch zu Gnaden seind wir geneigt. Datum Aldenburg am Sonntag nach Maria Magdalena[h] Anno Domini &c. 1519. Jahr[i].

Nr. 200.

(Wittenberg.) 26. Juli 1519.

Luther an Joh. Lang.

Ueber die Begegnung Luther's mit Staupitz und Link in Grimma; über Eck's Triumphgeschrei.

Handschriftlich: **1.** Cod. Goth. 399. fol. 129b; — Drucke: **2.** Aurif. I, 184b; **3.** Löscher III, 979; **4.** de Wette I, 289. — Deutsch: Walch XXI, 637.

Wir geben den Text nach 1.

Reverendo et optimo Patri Johanni Lango, S. Theologiae Magistro, Augustiniano Erfordiensi, Vicario mediastino[1] ejusdem familiae, suo in Christo majori.

Jhesus.

[2]Salutem. Inveni, Reverende Pater, in Grimmis Reverendum Patrem Vicarium generalem[3] una cum

c vnd 1. — d dieß 5. — e das auff 1. — f ferner 5. — g begern 1. — h nach S. Magdalena Tag 5. — i „Jahr" fehlt 5.

Magistro Venceslao[4], visitaturum conventus, juxta vicem suam. Et benefecisti abstinendo a visitatione[5]. Dicebat enim jam ad se pertinere. Prior[6] ibidem absolvetur, timeo.

Expectamus quotidie adventum P.[a] suae ex Dresden aut Herzberg. Jussit, ut adventum ejus tibi et quibus possem, notificarem, quod et tu facies. Eccius triumphat ubique, ductus[7] a Duce Georgio ad montem S. Annae, forte indulgentias ibidem resuscitaturus. Statim alia, vale. Die S. Annae, 1519.

F. Martinus Luther, August.

[1] vgl. Nr. 184, Note 1.

[2] Daß Luther in diesem Briefe die Disputation gar nicht erwähnt, rührt daher, daß Lang selbst ihr beigewohnt hatte.

[3] Staupitz. — [4] Link.

[5] vgl. Nr. 184. Grimma gehörte nicht zu dem Bezirk, der Lang als Districtsvicar unterstellt war, vgl. Kolde, Augustinercongr. S. 264. Die zum District gehörigen Convente s. Nr. 13, Note 3.

[6] Wolfgang Zeschau, vgl. Nr. 107.

[7] Eck reiste am 25. Juli nach Annaberg; hier fanden sich am 26. die Kleriker des ganzen Landes zusammen zur Einweihung der St. Annakirche. Der Herzog war mit dem Bischof von Meißen schon am 24. angekommen; die Worte ductus a Duce Georgio sind also nicht wörtlich zu verstehen. Die Bedeutung der folgenden Worte: forte indulgentias etc. erklärt sich aus der Erwähnung des Ablasses im Einladungsschreiben des Stadtraths (vgl. Richter, Chronik v. Annaberg. 1746. I, 83) und aus dem Ablaßunfug in Annaberg (vgl. Manitius, Einführung der Ref. in Annab. 1840). Albert in Niedner's Ztschr. f. hist. Theol. 1872. S. 419.

[a] praesenciae 1.

Nr. 201.

Wittenberg. 31. Juli 1519.

Carlstadt an Kurfürst Friedrich von Sachsen.

Vorläufige Beantwortung von Eck's Schreiben vom 22. Juli (Nr. 198): Rechtfertigung auf einige Vorwürfe Eck's; über eine von Eck in der Disputation vorgebrachte Stelle, angeblich aus Hieronymus, die aber nicht zu finden. Nachschrift: er werde mit Luther gemeinschaftlich bald antworten.

Drucke: 1. Luther's WW. Wittenb. IX, 69b; 2. Jen. I, 148b; 3. Altenb. I, 275; 4. Löscher III, 609; 5. Walch XV, 1531.
Wir geben den Text nach 1.

Durchleuchtigster, hochgeborner Fürst und Herr! Euern F. Gn. seien mein Gebet und unterthänige Dienst mit allem Gehorsam zuvorn bereit. Gnädigster Churfurst und Herr! Der achtbar Doctor Eck hat E. K. F. G. sein Handschrift und Klagzettel, darin er unter andern mich höchlich bei E. K. F. G. verkleint, als sollt ich ihm zu ungeschickt reden, mit seiner Vermeldung behänden lassen, und ist nicht anders, daß ich mein Kleinwenigkeit erwege, und mein widerwärtig Gemüth, daß ich kein Lust hab, mit einem solchen Rühmer und Schreier zu disputieren, demnach ich denn Ursach, in viel Enden hievor gedruckt, angezeigt. Aber daß sein Schreiben dahin deutet, als sollt ich ihm gering sein, bitt E. K. F. G. zu wissen, daß er mir nichts genommen hat, sondern ist etwan öffentlich, etwan verdeckt zu mir getreten, und hat mein Sentenz in der Disputation müssen halten, wiewohl D. Eck in seinen Predigten anders, denn in der Schuel gelehret[1]. Gnädigster K. F. und Herr! ich hab ihm mein Solutiones aus den Büchern, die er mir fürgeruckt und wider mich gecitiert hat, gelesen, und hoff meines Bedünkens ehrbarlich; auch hab ich D. Ecken öffentlich gesagt, daß er sein Bücher nicht wohl gelesen und vernommen, wie ich dasselbig mit Lesung beweist. Das thut ihm und etlichen Andern wehe, derhalben veracht und verschmächt er mich.

Ich kann auch E. K. F. G. nicht hehlen, daß mir vielgenannter D. Eck in Sachen, die den christlichen Glauben höchlich betreffen, als er selber in seinem Klagbrief anzeigt, ketzerische Bücher allegiert und wider mich gebraucht, und endlich am letzten hat er ein Autorität Hieronymi fürgebracht[2], als diese: quod justus non semper peccat, dum bene facit. Da hab ich gesagt, ich wollte darnach sehen. Als er das höret, welch ein Geruf und Klappern ward von ihm gehört. Aber ich hielt fest und zeigt an, daß in solcher tapfern Sach mit aller Bedächtigkeit gehandelt und kein Leichtfertigkeit geübt sollt werden. Aber D. Eck macht sich seiner Bücher verlustig, wo die Autorität in aufgebrachtem Buch nicht geschrieben. Ich hab darnach weiter, denn mir vonnöthen war,

gesucht und nicht gefunden, und derwegen viel Rede gehabt, und am Tag meines Abziehen[s] mein Magister, Notarium und zween Gezeugen zu ihm geschickt und durch sie begehrt, er sollte mir sein allegiert Autorität zeigen oder sein Bücher geben, dazu wollt ich ihn ein falsarium schelten, das ich im Rechten thun könnte, wenn gefunden, daß er williglich falsch allegiert. Aber der gut Doctor zeiget mir noch nichts. Das hab ich alles in Eil, E. K. F. G. nicht ohn Antwort zu lassen, als ich itzt wegfertig gewest, nicht wollen bergen, und freue mich, daß E. K. F. G. gesund anheim gekommen. Der barmherzig Gott verleihe E. K. F. G. ein lang Leben, mit Gesundheit und Sieg. Datum Wittemberg, Sonntag nach Annae, Anno 1519.

E. K. F. G.

unterthäniger Capellan
Andreas Carlstad.

Gnädigster Kurfürst und Herr! Der ehrwirdige Herr und Vater Martinus und ich wollen E. K. F. G. kürzlich und sämptlich antworten; bitten, E. K. F. Gn. wolle uns itzt gnädigst verzeihen, daß wir in solcher Zeit uns nicht haben bereden mügen.

[1] vgl. Nr. 197, Z. 132.
[2] am letzten Disputationstag, 15. Juli; vgl. die betr. Stelle bei Löscher III, 493: Eccius: ... Unde fateor non esse hominem, qui faciat bonum, cum talis homo etiam peccet, sed non tunc peccat semper, quoniam facit opus bonum, quod nullibi reperiet ... adduco B. Hieronymum lb. I. contra Jovinianum col. 14: Non quod semper, sed aliquando peccaverunt ... S. 494. Carolost.: ... De Hieronymo videbo locum allegatum, si recte citatus sit.

Nr. 202.

(Nürnberg.) (3. August 1519[1].)

Christoph Scheurl an Luther.

Bittet um Zusendung etwaiger neuer Schriften Luther's; lobt Link als den Einzigen, welcher Christum in Nürnberg predige.

Handschriftlich: **1.** Scheurl'sches Famil.-Arch., Cod. C. fol. 211 (247)[b]; — Druck: **2.** Scheurl's Briefbuch Bd. 2. S. 96. Nr. 207.

Wir geben den Text nach 2.

Ad Doctorem Marthinum Luther.

S. Hoc unum tantum significo R. P. tuae, si quid scribendum aut mittendum ex officina tua habes amicis communibus, tuo[a] posse huic tabellario committere: ut autem scribas ac mittas, te oratum velim, mirumque placeat Erasmus[2], quod apud Antwerpiam solus ferme Prior noster[3] Christum praedicet. Disrumpar, si quisquam apud nos Christum praedicat praeter nostrum Wensceslaum[4] et quosdam ejus sequaces. Gaudeo eum aliquantulum abesse[5]: ita enim auditores magis hunc et illos probant. Si apud vos agit[b], fac redeat onustus Martinianis[6]; nostro quoque vicario ac parenti[7], ubi occasio dabitur, nos commendabis. Salutat te noster Ebnerius, omnia fausta precatur. Valeat R. P. tua. Datum etc.

[1] Das Datum ergibt sich aus der Stellung des Briefs im Cod., zwischen 2 Briefen mit dem Datum V. nonas Sextilis. Da es nun im August kein V. nonas gibt, so hat wahrscheinlich Scheurl die nonae wie im Juli auf den 7. genommen, wornach also V. nonas = 3. Aug.

[2] Der Brief vom 30. Mai, Nr. 191, bes. Z. 65 ff.

[3] Jakob Probst, Nr. 191, Note 3; noster, weil Scheurl in die confraternitas der Augustiner aufgenommen, vgl. Nr. 31, Note 5.

[4] Link. — [5] vgl. Nr. 200.

[6] Mit denselben Worten schreibt er am III. nonas Sextilis (d. i. dann aber wohl nach Scheurl'scher Rechnung, vgl. Note 1, nicht der 3., sondern der 5. August), an Beckmann (S. 95): fac. . . ut hic noster redeat onustus Martinianis, impensas mihi adscribas.

[7] Staupitz; zu dem hier gebrauchten Ausdruck vgl. Nr. 31, Z. 7.

---

[a] Es wird wohl tuto zu lesen sein. — [b] apud nos agis 1.

Nr. 203.

Wittenberg. 15. August 1519.

Luther an Spalatin.

Zuschrift der Resolutiones Lutherianae super propositionibus suis Lipsiae disputatis, worin er ausführlich über die Disputation berichtet und Eck's Prahlerei widerlegt.

Einzel-Drucke (wir folgen in ihrer Aufzählung der musterhaften Zusammenstellung bei Knaake in der Weimarer Ausg. von Luther's Werken Bd. 2, 308 ff.):

1. RESOLVTIONES LVTHERIANAE | SVPER PROPOSITIONIBVS | SVIS LIPSIAE DISPV- | TATIS. — Am Schluß: IMPRESSVM VVITTENBERGAE. | ANNO DOMINI. M.D.XIX. — 26 Bl., letzte Seite leer, in 4. — Drucker: Joh. Grünenberg. — Dieß ist der Urdruck. Der Brief geht bis Bl. B_4b.
2. Resolutiones Lutheriane su- | per Propositiōibus suis | Lipsie dispu- | tatis. | ∵ — Am Schluß: IMPRESSVM VVITTENBERGAE. | ANNO DOMINI. M.D.XIX. — 26 Bl., letzte Seite leer, in 4. — Zweite Ausgabe Grünenberg's nur auf den 4 ersten Blättern von 1 abweichend. — Der Brief geht bis Bl. B_4.
3. Resolutiones Lutheriane super pro | positionibus suis Lipsiae | disputatis. | [Druckerwappen: wilder Mann mit einem Wappen] | Lipsiae ex Aedibus Uuolffgangi monacensis. j5j9. — 16 Bl. in 4. — Drucker: Wolfg. Stöckel. — Geht auf 1 zurück.
4. RESOLUTIONES LVT-| THERIANÆ SVPER | PROPOSITIONI- | BVS SVIS LY | PSIÆ DIS- | PVTA- | TIS. — Am Schluß: Excusa Augustę Vindelicorum. Anno salut. | M.D.XIX Die. XIII. Mens. Septemb. — 12 Bl., letztes leer, in 4. m. Titeleinf. — Drucker: Siegmund Grimm und Marx Wirsung. — Enthält bloß den Brief. (Münchener Hof- und Staatsbibl. Th. U. 103, XXIII, 7.)
5. EPISTOLA | D. Martini Luther Ad Georgium Spala- | tinum &c. de disputatione sua. | Eiusdem super Tredecim Propositōibus [sic?] | Lipsię disputatis Resolutiones. — 18 Bl., letzte Seite leer, in 4. — Geht auf 1 zurück.

6. RESOLVTIO= | NES LVTHERIANAE | SVPER PROPOSI- | TIONIBVS SV- | IS LIPSIAE | DISPVTA- | TIS. — Am Schluß: EXCVDEBANTVR HAE RESO | lutiones Lutherianae ſuper Eccianas concluſio- | nes Lipſiae diſputatas Menſe VIIIbri | Anni M.D.XIX. — s. l. — 28 Bl., letzte Seite leer, in 4. m. Titeleinf. — Geht auf 1 zurück. (Münchener Hof= und Staatsbibl. Th. U. 103, XXIII, 6. — Knaake's Titelabdruck weicht von unserem darin ab, daß er nach Zeile 1, 3 und 6 kein = hat.)

7. Reſolutiones | lutherianae | ſuper pro | poſitio | nib9 ſuis lipſiae | diſputatis: emē | datae. — Am Schluß: Lipsiæ, apud Melchiorem Lottherum, Anno | M.D.XX. — 22 Bl., letzte Seite leer, in 4. m. Titeleinf. — Ist zwar eine verbesserte, jedoch nicht von Luther selbst veranstaltete Ausgabe. — Der Brief geht von fol. I^b—VI^b und hat am Rand Inhaltsangaben. (Münchener Hof= und Staatsbibl. Th. U. 104.)

Drucke: **8.** In der Basler Sammlung luther'scher Schriften, welche Mense Martio Anno M.D.XX. erschien, Bl. aa^b—cc^b. — Text nach 1; **9.** M. Lutherii lucubrationum pars una, Basileae in aedibus Adae Petri M.D.XX. Mense Julio; Bl. Bbij—Bb$_6$. — Text nach 8; **10.** opp. ed. Viteb. 1545. I, 293^b (Text nach 7); **11.** opp. ed. Jen. 1556. I, 294 (Text nach 7, jedoch mit Weglassung der günstigen Urtheile über Carlstadt); **12.** Aurif. I, 185 (Text nach 11); **13.** Löscher III, 733 (Text nach 1, jedoch mehrfach fehlerhaft, wie der Löscher'sche Text fast immer ist); **14.** de Wette I, 290 (Text nach 2, jedoch ungenügend benutzt); **15.** opp. var. arg. III, 228 (Text nach verschiedenen Ausgaben, meist nach 11); **16.** Knaake II, 391 (Text nach 1). — Deutsch: Walch XV, 1356.

Wir geben den Text mit Knaake nach 1; für die Varianten berücksichtigen wir 2, 4, 6, 7, 12 und 14, andere nur ausnahmsweise.

Jhesus[a].

Optimo et erudito viro D. Georgio Spalatino, Illustrissimi Principis Friderici Saxoniae Electoris Imperii ejusdemque Vicarii etc. a libellis et sacris suo S.

[1]Historiam famosae hujus disputationis, quam Lipsiae habuimus, optime Spalatine, cupis nosse,

[a] Jhesus fehlt in manchen edd., in andern steht es erst nach der Adresse.

ea vel maxime causa, quod audieris, Eccium nostrum et Eccianae factionis aliquot homines jam diu et secure triumphare encomiaque cantare. Ego sane gaudeo, et gratias ago, si tam vera est victoria, quam magna est jactantia. Quid enim christianis, praesertim theologis, magis optandum, quam ut veritas triumphet, error traducatur? Sed rursus, quando unquam auditum est a saeculo, hanc esse gloriam veram et stabilem, quae seipsam praedicat et ante tempus jactat? Nonne in hanc sunt proverbia edita: «Encomium ante victoriam»[2], «Rumor ante salutem»? Deinde illud trivii: «Propria laus sordet», et «laudet te os alienum»? Tum Christus[3]: «Si gloriam meam quaero, gloria[b] mea nihil est»; et Proverbiorum autor Salomon[4]: «Haereditas (inquit), ad quam in principio festinatur, in fine benedictione carebit». Justus enim, ut Scriptura[5] dicit, in principio non est jactator, sed accusator sui; Pharisaeus[6] autem primo est laudator sui, simul accusator omnium aliorum.

De Eccio nostro autem eo facilius credo, jactasse eum victorias, quo jam olim mihi est ingenium hominis perspectum, ut gloriae miserrimum mancipium[7], tum quod jam magis expertus sum, solere eum in disputatione magis criminari quam disputare, et more indoctorum declamatorum tempus conviciis et contumeliis hominum perdere. Ideo nihil mirum, si non nisi gloriam quaerat. Mihi vero, qui jam duos annos patior multos ejusmodi victoriae jactantissimos et vanissimos gloriatores rabidosque criminatores, deinde contempsi nescio quae tartara mihi intentata, pro minimo est, hanc eorum simulatam gloriam audire, quorum magis misereri quam pigere oporteat. Nam si conscientia eorum idem gloriaretur, ne dubites, foris neque gloriarentur neque criminarentur. Tamen, ut tibi satisfaciam, breviter rem ipsam secundum veritatem describam, et ita describam, ut intelligere possis, disputationem illam

[b] gloriam (!) 14.

fuisse perditionem temporis, non inquisitionem veritatis, deinde Eccium Eccianosque simulare in gloria aliud, et aliud sentire in conscientia. Nam quantum in Eccio fuit, fere nullus scopus tactus est; sin tactus est, non nisi notissimis et vulgo proculcatis argumentis certatum est. Nam Deus novit, quod totam istam conclusionum cohortem multo acrius et validius nostri Wittenbergenses duobus annis oppugnaverunt et ita examinaverunt, ut ossa earum numerare licuerit, quas Eccius vix in facie cutis leviter perstrinxit, nisi quod multo fortius clamavit una hora, quam nos integris duobus annis, ac gestibus immaniter fastuosis et gloriosis etiam seipsum clamatorem superare velle visus est. His enim moribus, sane quietis et tranquillis, pacificam illam et in silentio ac mysterio profundissime quietissimeque latentem theologiam quaesivit hucusque Ecciana modestia. Ita me Deus amet, fateri cogor, nos esse victos clamore et gestu, hoc est, Ecciana modestia: sic enim ipse vocat[8].

Verum antequam rem ipsam dicam, praefabor et veniam petam, si homines quosdam involvam pariter, libenter omissurus, si ipsi sese non involvissent sine causa et, ut dicitur, neutrales et indifferentes habuissent utrinque. Ideo non mihi, sed sibi imputabunt, si tangantur[c] et ipsi, quos par gloriae studium et inveterata jam diu invida coëgit, pro Eccio contra nos machinari non bonas machinas. Non sane omnes dico. Nam sunt in ea Academia praeclarissima candidissimi et rectorum studiorum optimi assertores, atque hoc ipso tamen[d] nomine alterius illius fermenti hominibus velut sudes in oculis et offendiculum a latere, ut Josuae[9] verbis dixerim. Sed et prudentissimus senatus ornatissimique cives tam absunt ab hoc maligno ingenio, ut nemo magis abominetur hoc perversum et bonis literis inimicum genus. Omnium autem maxime laudandus est Illustrissimus Princeps Dux Georgius,

---

[c] tangatur 7. — [d] tanto 6.

qui vere principali clementia et munificentia nihil omisit, quod ad felicissimum hujus disputationis fructum facere possit, si talis fuisset, ut pura veritas, posthabita gloria, quaereretur, denique et sua splendidissima praesentia id negotii dignatus est mirifice illustrare, omnia cavens et monens, ut modeste[e] et quaerendae veritatis studio agerentur. Nihil ergo optimae huic Universitati[f] me debere confiteor, quam omnem honorem et omne officium: dumtaxat invidiam quorundam (ut sunt res mortalium ex nulla parte integrae) fateor mihi satis displicuisse.

Igitur haec est sive tragoedia, sive comoedia hujus disputationis, quam satyram potius dixeris. Primo ruptum est pactum, quo inter Eccium et nos convenerat[10], ut libere disputaretur, et excepta per notarios in publicum totius orbis judicium ederentur, quemadmodum in literis utrinque editis legitur. Nam voluit potius Eccius noster sine notariis meris et liberis clamoribus rem agi. Consenserunt in idem suae factionis viri. Ubi hoc obtinere non potuerunt, ad aliam pacti illusionem itum est, scilicet ne excepta per notarios ederentur, nisi judicibus nominatim et communiter electis oblata accepissent sententiam. Additum est commentum, quo velut honestissimo titulo hoc foedifragium apud idiotas ornaretur, videlicet oportere judices certos habere, quos si recusaremus, jam haberent, quo in odium vulgi nos traherent, et jactarent, nolle scilicet nos pati ullos judices. Ita solidissima veritas Eccii et Eccianorum metuit lucem et publicum, sibi scilicet optime conscia, quasi orbis et cujusque optimi viri judicium parum sit, quo recepta sunt tam multa, quae olim sancti Patres dixerunt, scripserunt, disputaverunt. Fecerunt ita, forte quod judices fore sperarent eos, quos in Universitatibus[g] passim contra nos pro se stare sciebant, aut, quod magis suspicor, quod Eccius meus, conscius sibi non intellectae a se scripturae, latibulum hujus conscientiae hac ratione

[e] modestae 7. — [f] Academiae 12. 14. — [g] Academiis 12. 14.

quaereret. Nam etsi est homo in literis humanis et opinionibus scholasticis varie et copiose eruditus, tamen sacrarum literarum ego inanem inveni disputatorem, quod mihi pro modestia sua ignoscet, quia verum dico et suo tempore probabo, ubi ea non suffecerint, quae ipsemet in papyrum effudit testimonia imperitiae hujus credibilia nimis. Non quod mihi soli vendicem scripturarum sanctarum scientiam (sic enim me solet criminari, quando aliud quod dicat, non est ad manum), sed quod arbitrer me in sacris literis tantum versatum et exercitatum[h], ut de scholastici theologi scientia, qui sacras literas vix a limine salutavit[11], possim sine periculo pronuntiare.

Altera machina fuit: Carlstadius[i] noster secum libros attulerat, cum sit honestissima disputandi et tutissima ratio, ex praesentibus libris loca ostendere, et dicta vel probare vel confutare[k]: magno tumultu hoc Eccius noster detrectavit. Nam videbatur cujusdam compilatoris ingenio et opera fretus, multas consarcinasse autoritates S. Patrum, studioque factionis suae auxisse: ibi[l] periculum erat, ne[m], sicut aliquoties convincebatur, ita semper convinceretur, male induxisse dicta Patrum. Nam cum praecedentia et sequentia non vidisset (nec enim veritas, ut dixi, quaerebatur), ita illas[n] aptavit ad propositum, ut nihil minus valeret ad propositum, nisi quod delectabat eum aliquando et risum miscere auditorio.

Statuerunt itaque[o] pro Eccii voluntate, libros domi relinquendos esse et solius memoriae et linguae viribus ac libertate disputandum[12], hoc est, quod optimi quidam dixerunt, hanc disputationem non de veritate, sed de laude memoriae et linguae agitari. Praetexuit tamen et hic Adam ille folium fici pulcherrimum, quod sane nullus, nisi sit stipes, intelligat, videlicet puerile et ridiculum esse, theologum e libris aut schedis disputare. Et mirum, quam

---

[h] exercitum 2. — [i] † jam non 10. 11. 12. 14. — [k] refutare 12. 14. [l] ubi 12. 14. — [m] nec, alle Einzeldrucke. — [n] alias 12. 14. — [o] ita 7.

blandum sibi vulgi murmur hoc ingenio invenerunt, quod de his rebus judicat, sicut de puerorum scholasticis exercitamentis: quasi non et Augustinus contra Manichaeos et Donatistas collatis libris pugnaverit: verum veritatem ille quaerebat, non gloriam.

Praetereo, quod Eccio necesse fuit ultimum verbum cedere, sive opponeret sive responderet, ut sic argumenta insoluta[p] facilius victoriam simularent. Tum, si alicui rei finiendae dictus fuisset dies, liberum illi fuit hoc non observare, nos religiosos et observantes esse oportuit. Breviter, qui pugnatum veneramus contra errores et haereses, cum invidia et vana gloria negotium habere coacti sumus. Nam quod ad me pertinet, cum me tot concionibus in[q] populo fabulam et sibilum faceret, ita volentibus suis squamis, libens transeo, ut qui nihil aeque optarim, quam nominis mei oblivionem.

Nec sic tamen quicquam promoverunt. Nam, velint nolint, testari coguntur et ipsi, Carolostadii[r] positiones[s] domum salvas rediisse, nec una vel syllaba confutatas[t], quas etiam crudas devorare Eccius statuerat. Quin egregius iste scholasticorum doctorum patronus, quo caveret, ne victus videretur, inter disputandum Protheum imitatus subito ea, quae in principio magno impetu impugnarat, in fine omnia concessit, imo affirmavit: tum praeoccupans gloriatus est, quod in sententiam suam Carolostadium pertraxerit, audens etiam hoc dicere, scholasticos doctores nunquam aliter docuisse et sapuisse. Quod cum sentiret impudentius dici, quam audire possit quicumque scholasticos legisset, sic sane temperavit, ut Scotum[13] cum Scotistis suis et Capreolum[14] cum Thomistis suis constanter negaret, antiquiores, Altisiod[orensem][15], Bonav[enturam][16] et nescio quos autores allegans.

Credo autem, quod haec suae farinae hominibus magnae cruci fuerint, etsi risum miserrime simu-

---

[p] in soluta 1. 2. 4. 5. 6. — [q] in fehlt 4. — [r] D. Bodenstein 10. 11. 12. 14. — [s] propositiones 6. 10. 11. 12. 14. — [t] refutatas 12. 14. —

larent, cum ducem suum, tam fortiter aggressum certamen, relictis signis mox senserunt (si tamen senserunt) desertorem exercitus et transfugam factum. Nam id Carolostadio satis erat, scholasticorum doctorum tres celebriores sectas fuisse ab Eccio eadem hora negatas: quas nisi negasset, Pelagianus Ingolstadium reversurus erat. Certum est enim, Modernos[17] (quos vocant) cum Schotistis[u] et Thomistis in hac re (id est, lib[ero] arb[itrio] et gratia) consentire, excepto uno Gregorio Ariminense[v][18], quem omnes damnant, qui et ipse eos Pelagianis deteriores esse et recte et efficaciter convincit. Is enim solus inter scholasticos contra omnes scholasticos recentiores cum Carolostadio, id est[w] Augustino et apostolo Paulo, consentit. Nam Pelagiani, etsi sine gratia opus bonum fieri posse asseruerint, non tamen sine gratia coelum obtineri dixerunt. Idem certe dicunt scholastici, dum sine gratia opus bonum, sed non meritorium fieri docent. Deinde super Pelagianos addunt, hominem habere dictamen naturale rectae rationis, cui se possit naturaliter conformare voluntas, ubi Pelagiani hominem adjuvari per legem Dei dixerunt.

Nec hanc metamorphosin Ecciano ingenio alienam existimes: est in ea promptissimus. Nam hac die quidem cum Gregorio (ut dixi) sensit et Carlostadio, rursus altera mecum congressus, eundem mihi Gregorium in eadem etiam materia negavit, propter articulum Huss[x] in[y] Concilio Constant[iensi] damnatum. Ita vere mirificus est, cui non viderim similem, disputator Eccius, apud quem nihil sit vel periculi vel vitii, Gregorii Arimin[ensis] sententiam cum D. Carolostadio contra omnes scholasticos pugnantem pro scholasticis amplecti, eundem rursus pro scholasticis eisdem in eadem re repudiare. Sic habes victoriam, qua gloriatur Eccius gloriaturque suum fermentum, quod negatis fere omnibus scholasticis

---

[u] Scotistis 6. 7. 12. 14. — [v] Ariminensi 12. 14. — [w] Carolostadio id est fehlt 10. 11. 12. 14. — [x] Hussi 13; Hussiticum 10. 11. 12. 14. — [y] in fehlt 4. 7.

doctoribus (quos tutandos susceperant) cum Ecclesiasticis consentiunt.

Sed et nos Wittenbergae sciebamus, scholasticos doctores, si cum tenebris suis (id est, lumine naturae, secundum Eccium) Aristotele negentur, posse convenire cum Ecclesiasticis. Verum hanc negandi rationem et per negationem[z] concordandi Wittenbergae ignorantes, Lipsiae didicimus, quam et tibi et omnibus, qui volunt, ecce libenter communem facimus: Primum, ut in exordio disputationis alicujus dicta fortiter impugnes, protestatus, etiam per publicas schedas, te contra novam doctrinam[19] pro veritate fidei et honore sanctae ecclesiae pugnaturum, ita ut montes parturire[20] putentur, tum[a] in negotio sensim et subdole cedens, ne quis te victum[b] sentiat, idem constanter affirmes, et simul vicisse glorieris. Deinde multa confidentia fingendum tibi est, nullum eorum, qui adsunt, habere vel memoriam vel sensum communem, ut libere queas dicere, te ab initio ita sensisse, et hanc non novam, sed veterem esse doctrinam, nihil moratus interim, si amiseris totum exercitum doctorum, quos defendere proposueras. Atque hic quidem est modus et eventus Carolostadianae et Eccianae disputationis.

Post haec mecum congressus est de primatu Ro[mani] Pontificis, de purgatorio, de indulgentiis, de poenitentia, de potestate absolvendi cujuslibet sacerdotis. In quibus omnibus quid fecerimus, suo videbitur die. Nam de me parcius mihi dicendum est, ne mihi praeco[c] fiam. Interim hoc dico, quod de poenitentia et purgatorio ipse paene ignoro, quantum dissenserimus. Nam poenitentiam incipere ab amore justitiae, laudabile quidem esse, sed non necessarium voluit, quod ego omnino necessarium assero usque adhuc, cum ante gratiam (quae est charitas) non possit fieri ullum opus bonum, ut ipsemet concesserat. Causa dissidii mihi visa est,

---

[z] pernegationem 6. 12. 14. — [a] tamen 2. 4. 7. 12. 14. — [b] fictum 12. — [c] p̄cio 2.

quod ille multis autoritatibus inductis poenitentiam[d] a timore etiam servili incipi contenderit, vel ignorans vel dissimulans, quod servilis timor in hac vita non penitus tollitur. Ideo etiam infusa gratia, quae incipit poenitentiam, timorem servilem commovet, simul[e] operans timorem filialem, cum sint opera Dei terribilia, dum vivificaturus occidit etc. An autem animae essent certae de salute, et gratia in eis augeretur, dixi me nescire, juxta disputationem meam in resolutorio[21], necdum ipse demonstravit contrarium[f]. Ita adhuc media pendet sententia.

De indulgentiis paene concordamus, quae et prope in risum abierunt, siquidem et ipse palam in vulgus quoque concionatus est, non esse quidem eas contemnendas, nec tamen in eis fidendum: quo modo si fuissent per indulgentiarios praedicatae, nec Martini[g] nomen hodie ullus forte nosset, sed et in se ipsis jam diu corruissent, morientibus prae fame commissariis, si populus novisset, non esse in eas[h] fidendum. Itaque quam ego fore putabam summam disputationis et rem omnium periculosissimam, adeo sine negotio confecimus, ut nihil fere segnius tractaverimus, imo nunquam infelicius et miserius habuerunt indulgentiae.

Quare satis tutus mansit sermo meus de indulgentiis vernaculus[22], cum his quae in resolutorio et contra Sylvestrum[23] in hanc rem scripsi: licet vel more suo, vel jussu fermenti sui non potuerit eum irreprehensum relinquere, causans, quod deciperem homines verbis meis, et vitam novam et crucem, quam a Deo requiri in peccatore dixeram, tam profundus theologus non intellexit includere omne genus mali, etiam mortis, in hoc mundo. Nec mirum, quia non scripturas, nec tropos ejus, sed lumen naturae, Aristotelem, et illuminatos eodem lumine doctores dumtaxat legit, et tamen velut Moab[24] arrogantissimus plus praesumens, quam pos-

[d] praesentiam 4. — [e] similiter 13. — [f] contrariam 4. — [g] Luther 12. 14. — [h] in eis 2. 13.

set, omnia, quae unquam dixissem, calumniari et traducere conabatur.

Proinde miror, quid nunc dicturi facturique sint fratres illi, qui me passim apud principes et ubique terrarum haereticum et nescio quot nominibus criminati sunt propter indulgentias, tum schedas[i] satis amplas disputationis contrarias, magno (ut dicitur) stipendio alienoque studio paratas[25], invulgarunt, et Christi populum suis impudentibus imposturis et in anima seduxerunt et in corpore rebus suis spoliaverunt, cum videant causam istam ita friguisse in hac disputatione, quam inferno ardentiorem esse voluerunt. Sufficit mihi, quod summa causae cecidit in felice Lipsia, et omnium judicio indulgentiae clamatoresque earum ridiculum fuerunt.

De primatu Ro[manae] Ecclesiae acrius certatum est. Ego primatum honoris non negavi, nec potestatis dedi, saltem jure divino, nihil repugnaturus, imo constanter confessurus ac defensurus, si facto vel iure humano eum habeat. Nihil enim minus quaero, quam ne a summa sede Sanctorum Petri et Pauli ulla causa quisquam recedat aut obedientiam debitam subtrahat; solum ne tot sanctos Patres in coelo regnantes, qui in Oriente viventes sub Ro[mana] sede non fuerunt, contra jus divinum egisse concedam. Ille contra jure divino utrumque conatus asserere, cum multas autoritates Patrum conveheret[k], inventum tandem est, eos ambiguos et varios esse, in alteram sententiam aliquando videri inclinasse, quanquam pro me robustius et locupletius sentirent, praesertim ubi id agunt ex animo, ut evangelium interpretentur.

Jam illud Matth. XVI.[26] «Tu es Petrus», item illud Joan.[27] «Pasce oves meas», et: «Sequere me», item[l] «Confirma fratres tuos»[28], et nonnulla minus ad rem, quam haec, facientia, cum non urgerent, tandem confugit ad Concilium Constan[tiense], plena

---

[i] schedulas 7. 12. 14. — [k] Hier endet der erste Bogen, in dem allein 1 und 2 von einander abweichen. — [l] † Lucae XXII. 12. 14.

fiducia, quod esset illic determinatum contrarium et sententia mea inter articulos Huss[i] et Wicleff[i] damnata. Hic totus immoratus anhelabat, quo poterat odiosius movere invidiam, quia aliud non habuit, quo suo fermento palparet blandius. Ubi enim defecit in jure divino, cucurrit ad jus humanum, probaturus per ipsum jus divinum; neque sic tamen rideri oportuit, quae tantus theologus tentaret.

Cui ego duo concilia antiquiora et celebriora, Nicenum et Aphricanum[29], contra unum opposui; deinde et ipsum Constantiense non recte fuisse ab ipso et fermento nequitiae (cui tum serviebat) intellectum. Nicenum enim Concilium decrevit, Ro[manum] Pon[tificem] debere curam habere Ecclesiarum suburbanarum, sicut Alexandrinum Aegypti; deinde episcopos non, ut modo, ex Urbe emptis paliis et potestate, sed per vicinos episcopos ordinandos esse, ut lib. Eccles. histor. X.[30] scribitur. Hic vero anguilla ista ajebat, hoc ut fieret, permissum esse a Ro[manis] Pontificibus, fingens (ut solet) ex capite proprio glossas novas, quasi non impiissime et haereticissime fecissent tam Ro[mani] Pontifices, quam Nicenum Concilium, si vel statuerent vel permitterent, quod esset contra jus divinum. Nam si est jus divinum, Ro[manum] Pontificem omnia in omnibus ecclesiis posse, non est in ejus potestate permittere, contrarium vel una hora fieri, nec in concilii potestate contrarium aut de Ro[mano] Pontifice, ut inferiore suo, disponere, aut diversum, aut aliud statuere: non magis certe, quam in potestate ejus sit permittere aut statuere, stupra et adulteria licere. Ita fiebat, ut miser Romanae potestatis tutor et patronus primatum hunc tueri non posset, nisi blasphemaret tum sacratissimum Nicenum Concilium, tum ipsos Pontifices, dum eos solvisse jus divinum asseruit. Quid est haereticum et blasphemum, si haec Ecciana modestia non est haeresis et blasphemia? Sed sic loqui debet, qui loquitur, ut hominibus placeat.

Jam cum Concilium Aphricanum, ut habetur dist. 99. c. Primae etc.[31], prohibuisset Ro[manum] Pontificem appellari universalem Pontificem, dicens in hunc modum: «Universalis autem Pontifex nec Romanus appelletur», hic sibi temperavit quidem a blasphemia, non dicens, quod contra jus divinum aliud permissum aut statutum sit, sed glossam certe tanto theologo dignam effinxit, quam non ponerem, nisi eam scirem gloriae avidissimo disputatori satisfacere, et gloriam absolutam ei parere. Dixit enim[32]: Etsi Ro[manus] Pontifex non sit appellandus universalis Pontifex, tamen appellari debet universalis ecclesiae Pontifex. Risum, quaeso, teneas, amice[33]; sine suum fermentum ridere, nemo enim dignius rideat ad tam insignem glossam. Ego glorior me tot expensis non frustra Lipsiae moratum, saltem hoc didicisse: non est universalis, est tamen universalis ecclesiae episcopus, non est forte etiam Moguntinus, est tamen Moguntinae Ecclesiae episcopus.

Haec ad mea duo concilia ille opposuit. Nam Nicenum per verbum «permisit», Aphricanum per nomen «ecclesiae» solvit. Adeo facile est Magistris nostris eximiis magnas quaestiones solvere, et etiam conciliorum autoritati detrahere, qua tamen mirum est, quam soleant alios strenue ad haeresim adigere.

Nunc vide, an ego melius vel pejus ad suum unicum responderim: Certum est, non omnes articulos Constantiae damnatos esse haereticos, sicut temerarie et impudenter latrabat Eccius, quod probo evidenter: primum ex ipsius Concilii verbis, quae sic habent: «quidam ex eis sunt notorie haeretici, quidam erronei, alii blasphemi, alii temerarii et seditiosi, alii piarum aurium offensivi»[34]. Haec ibi. Nonne clarum est, haec verba esse eorum, quos haereticae[m] pravitatis inquisitores vocamus, quos in eo Concilio apparet tyrannidem obtinuisse (nam horum paene alia non est vox, quam haec: Ista

[m] haeretici 1. 2. 6.

propositio est haeretica, ista scandalosa, ista seditiosa, ista offensiva), vel certe Spiritum sanctum nimio praesentem, illis ludentibus aut dormitantibus, vigilasse, ut coacti sint omnino imprudentes propria voce testari[n], se quosdam damnasse nec haereticos nec erroneos, ac per hoc catholicos, christianos et veros? Nam si dixissent sine discretione[o], omnes esse et haereticos simul et erroneos, simul temerarios, simul offensivos, non pateret veritati locus aut fuga. Nunc ipsi discernunt haereticos ab erroneis et ab utrisque temerarios et seditiosos.

Dicam ergo: quid ad me, si temere et offensive loquar, modo vere et catholice loquar? Tuo te urgeo gladio: alios haereticos dicis, ut quos in fidem peccasse certum sit, alios erroneos, forte qui in mores et statuta hominum peccent. Jam de reliquis triumphamus, eos neque in fidem, neque in statuta morum peccare, etsi forte teneras auriculas, veritatis impatientes, mordacius offendant, sufficit, quod sint fideles et veri. Semper ita fuit, quod veritas esset temeraria, mordax, seditiosa et offensiva. Ita ego credo hunc unum esse offensivorum, Ro[manum] Pontificem non esse jure divino dominum omnium in potestate. Quid enim atrocius offendit? quid magis temere dici hodie et a multis annis potuit? Ita et ille in auribus Thomistarum offensivus est, quem Gregorii Ariminensis esse, imo Pauli et August[ini] supra esse dixi, omnem scilicet actum hominis esse aut bonum aut malum.

Ego quidem rogabam, mihi donari, ne omnes articuli a Concilio damnati dicerentur, sed ab aliquo Thomista quosdam christianissimos intrusos, ut est iste: Omnis actus hominis aut est bonus aut malus, sicut omnis arbor aut est bona aut mala, juxta Evangelium[35]; sed noluit. Verum quid ad me, quod Thomistae offenduntur veritate? sufficit, quod sit neque haereticus, neque erroneus. Aut si est hae-

---

[n] tueari 6. — [o] discrimine 12. 14.

reticus et damnatus, jam quid Eccius faciet, qui contra laudabile illud Concilium Constantiense pro laudabili eodem Concilio disputans, concessit Carolostadio, ipsum esse verum et catholicum, nec scholasticos doctores aliter sapuisse, ut dixi supra? O horrendum facinus, quod Eccio[p] ecclesiae sanctae patrono, sit intolerabile, quod Boëmorum et haereticorum (ut ejus verbis tonem) patronus cum Concilio contra Concilium sentit, et ut[q]) cum suis Doctoribus christianus sit, haereticus efficitur. Sed, ut dixi, Eccianae modestiae privilegium est, sibi ipsi libere dissentire, et in re eadem contradictoria tenere, sicut et Viennae se fecisse testatur[36], et forte etiam Bononiae[37].

Claret ergo, Concilium Constan[tiense] non contra me pugnare, nec haereticum, nec erroneum, imo catholicum et veracem ex eodem me probari, ut sic stet concordia cum Niceno et Aphricano Concilio et Constantiensi. Quod autem haec non vidit[r] Eccius et sua farina, deinde et haereticae[s] pravitatis inquisitores, in causa videtur[t] esse, quod omnes hi promptiores ad contumeliam haeretici opprobrii sunt, quam tantos deceat[u] populorum magistros, et hac caecitate percussi, sicut scripturas sacras et sanctos Patres legunt, ita et omnia alia, hoc est, non cogitant, quam bene et quam diligenter, sed ad quantum odium et invidiam aliorum legant. Ideo quicquid alienum a suo sensu[v] audierint, mox haereticum quoque affirmant, suam juxta et oscitantiam in legendo et temeritatem in judicando omnibus ludibrio exponentes.

Deinde, si non placet ista Conciliorum concordia, et pertinaciter mihi Constantien[se] unum contra duo obtendatur, jam non difficile mihi erit statuere, utrius autoritas debeat praeponderare. Nam cum Concilium possit errare, potius Constantiense quam Nicenum et Aphricanum errasse confitear, quod

---

[p] Eccio fehlt 12. 14. — [q] ut fehlt 12. — [r] videt 4. 12. 14. — [s] haeretici 1. 2. — [t] videntur 12. 14. — [u] decet 12. — [v] senso (!) 1. 2.

haec longe felicius quam illud processerint et egerint, ac jam diu sacris evangeliis etiam prae caeteris conciliis comparata sint, praesertim Nicenum, ad quam gloriam Constantiense necdum pervenit. Et in hoc imitabor novissimum Romanum Concilium, in quo Basiliense damnatum est[38], et Constantiense quoque passum non parva suae autoritatis detrimenta, dum papam supra concilium esse sanxit, cujus contrarium in Constantiensi definitum est. Atque ita invicem sese reprobantia concilia interim satis nos tutos reddunt, et liberos ad contradicendum utrisque. Quae enim sibi dissident, cui convenient? Atque haec latius, Deo dante, cum Eccius in publicum se dederit.

Verum quando, ut dixi, hac disputatione magis tempus est perditum, quam veritas quaesita, volo propositionum mearum resolutiones in lucem dare, confisus, majorem cognitionis fructum hinc proventurum, quam si bissepties ad hunc modum disputetur. Quare, si cui videar errare, age, confutet errorem, si odit, aut rectiora doceat, si diligit.

Habes, mi chariss[ime] Spalatine, historiam fere totam. Nam si qua alia non dixi ad reverentiam Universitatis[w] Lipsien[sis], mihi charissimae[x], non dixi, ne regis Idumeae ossa ad cineres redigerem[39]; quanquam, nisi scirem hoc meis peccatis debitum, satis indigne ferrem, me tam sterilibus negotiis occupari de indulgentiis, primatu et privilegiis aliisque ad salutem nihil necessariis rebus, quibus ab optimis nostro saeculo studiis avocor indignabundus. Nam ut Illustrissi[mus] Princeps Dux Georgius prudentissime, ambos nos verberans, dixit[40]: sive hoc sit jure divino, sive humano, Ro[manus] Pontifex est et manet Summus Pontifex; ita vere dixit, et non leviter inutilem hanc nostram disputationem insigni hac modestia taxavit.

Persuasus vero sum, ubi haec viderit Eccius meus Eccianaque factio, statim vociferaturos esse,

---

[w] Academiae 12. 14. — [x] clarissimae 6.

non servasse me foedus, nec conventioni paruisse, ubi cautum est, ne disputatio invulgetur ante decretum judicum. Quasi vero ullum pactum nobis unquam servaverint ipsi! Respondeo tamen, me convenisse, ne per nos disputatio evulgetur ea, quae manu notariorum excepta est. Caetera vero exemplaria, sicut permittebatur cuilibet sibi eadem colligendi potestas, quis prohibebit, ne edantur? Sed esto, nec ipsa edantur, meum notarii exemplar non edetur, pulchre ita servato pacto. Verum ne praeterea scriberem, non pepigi, imo palam protestatus sum, cum iniquioribus nostram libertatem conditionibus vexarent, ne praesumerent me taciturum: itaque nolo tacere.

Sed finge me ita pepigisse, rogo, uter primo solvit pactum? Nonne Eccius, qui, ut àudio, ampullosis et iniquissimis literis etiam Illustriss[imum] Principem[41] et patronum nostrum (quem suae factioni stupidissimae similem somniat) corrumpere molitus est, pessima de me, quantum potuit, recensens, quasi negassem sanctorum Patrum simul omnium sententias, mihi soli arrogarim scripturae intelligentiam, concilia negarim, haereticos defenderim: his enim mendaciis homo ille purus et sanctus theologus tam sacrum et venerabile caput ausus est tentare, et me coram optimo Principe tam egregie commendare. Quid ad alios, putas, scribit et loquitur (sine scilicet pacti violatione), qui ad nostrum patronum ista scribit? Aut quid apud aemulos meos verum dicit[y], qui[z] ad talem, tam prudentem, tam formidabilis judicii Principem mentiri nihil pudet?

Audio denique conflasse eum quasdam interpretationes super articulis quibusdam, mihi per inquietos et mali sui cupidos fraterculos impositis[42], atque iterum me coram magnatibus mira charitate Manichaeum, Hussitam, Vicklefistam et nescio quot generibus haereticum descripsisse. Sic solet Ecciana

---

[y] dicet 12. 14. — [z] quid 12.

modestia servare pactum! Verum hanc suam insaniam mihi facile est contemnere, qui norim hominis ferme totam suppellectilem. Atque ubi illa sua genimina in manus meas venerint, spero, quod Eccium meum digne et magnifice tractare possim[43], si qua tandem via intelligere possit, quid sit multa pacisci et nihil servare, et tamen ab aliis servanda expostulare, atque his omnibus aliud nihil quaerere, quam ut noceat et veritatem conculcet.

Interim mihi sufficit, quod carnifex illa conscientiarum theologistria, cui totum debeo, quod mea conscientia patitur, cecidit in hac disputatione. Nam prius didiceram, meritum aliud esse congrui, aliud condigni, facere hominem posse quod in se est ad obtinendam gratiam, posse removere obicem, posse non ponere obicem gratiae, posse implere praecepta Dei quoad substantiam facti, licet non ad intentionem praecipientis, liberum arbitrium posse in utrumque contradictoriorum[a], voluntatem posse ex puris naturalibus diligere Deum super omnia, posse ex naturalibus haberi actum amoris, amicitiae, et id genus monstra, quae pro primis ferme principiis feruntur scholasticae theologiae, et omnium libros et aures impleverunt. At nunc hi omnes errores, sub Ecciano praesidio et triumphabundis signis, satis strenue ceciderunt sine ullo ferme Marte, conterriti ad solum conspectum duarum propositionum[44] Carolostadii[b], quarum prior haec Augustini: «Liberum arbitrium sine gratia nihil valet, nisi ad peccandum», posterior Ambrosii haec: «Liberum arbitrium sine gratia tanto citius propinquat iniquitati, quanto fortius intenderit actioni».

Similia trophaea et spolia retulerunt ferme et indulgentiae ex hac pugna, quas non mitiore (ut garriunt) sententia utiles esse admisi, sed utiles solum pigris et stertentibus; caeterum insaniam esse defendi, si quis eas bonas et utiles esse christiano

---

[a] contradictorium 6. 12. 14. — [b] st. Carol.: illarum 12. 14.

homini dixerit. Haec, inquam, mihi interim satis sunt evenisse ex hac disputatione; quae ideo recitavi, ut jactantiam gloriosam Eccianae haeresis aliquantulum juvarem. Caetera ubi haec quispiam eorum impetierit, fortasse dabit Dominus in lucem venire.

[c]Vidisse te credo Eccii excusationem adversus Philippum[45] nostrum satis dignam Ecciano genio[d], in qua homini etiam in sacris literis terque quaterque omnibus Ecciis doctiori, denique et sordidae illius Eccianae theologiae non ignaro[e], opprobrat pro magno vitio grammaticam professionem. Tam recto sunt judicio Magistri illi nostri eximii, ut eruditionem metiantur secundum qualificationes suas et inanes titulos. Conatus est et eundem mihi invidiosum reddere, dum mihi et ingenium et eruditionem nescio quantam tribuit[46]. Nam ut hoc etiam scias, me quoque nonnihil gloriae retulisse ex disputatione ista. Tribuit mihi Eccius eruditionem, tribuunt et Lipsenses adeo (quantum fama cepi), ut, nisi Eccio subsidiarias opes suffecissent ipsi[47], fateantur Eccium a me fuisse prostratum: atque ita victoria jam ab Eccio in Lipsenses incipit migrare. Rursus dicitur, illum magnificum contemptorem Lipsenses habuisse pro bonis quidem hominibus, sed in quibus longe plura sperasset, et se solum omnia fecisse. Ita vides, novam quandam Iliada[48] et Aeneida illos cantare, et me saltem Hectora et Turnum[49] arbitrari, quo illum Achillem et Aeneam statuant; nisi quod in hoc victoria fluctuat, an suis id Eccius praestiterit, an Lipsensium viribus et copiis. Certum est ipsum solum semper clamasse, illos autem semper tacuisse. Putasne magnas me illis debere gratias?

Sed redeo ad Philippum, quem tantum abest, ut ullus Eccius mihi reddere possit invidiosum, ut in omni mea professione nihil ducam antiquius Philippi calculo, cujus unius judicium et autoritas

---

[c] Von hier bis zum Schluß fehlt 3. — [d] ingenio 12. 14. — [e] non gnaro 12.

mihi stant pro multis milibus sordidorum Ecciorum. Neque me pudet, etsi Magistrum artium, philosophiae et theologiae et omnibus paene Eccii titulis insignem, si hujus mihi grammatistae[50] dissenserit ingenium, meo sensu cedere. Quod et saepius feci, et quotidie facio, ob divinum donum, quod Deus in hoc fictile vasculum[51] (Eccio quidem contemptibile) larga benedictione infudit. Philippum non laudo, creatura est Dei et nihil, sed opus Dei mei in ipso veneror; nec Eccium vitupero, sed crassas istas seminandae discordiae et invidiae concitandae vafritias toto corde detestor abominorque, quas neque frequentiores neque maligniores usquam vidi, quam in Eccio, quibus et paene totius nostrae disputationis farraginem fermentavit. Nam hac una sola paene re pessima potens est Eccius, ad rem theologicam ὄνος πρὸς λύραν[f 52].

Sed jam ad Resolutiones accedo: tu interim cura, ut Illustriss[imo] Principi Eccium commendes, sicut se ipsum[g] commendari meruit, quanquam nihil hoc officio sit opus apud tantum Principem. Vale. Wittenbergae, MDXIX, Assumptionis Marianae[h].

[1] Dieser Brief ging zuerst allein für sich aus, obgleich er den Titel Resolutiones etc. trägt; die Resolutiones selbst waren wohl erst Ende August fertig, da sie am 3. September bereits verkauft wurden (vgl. Brief an Lang von diesem Tage). Melanchthon schickte den gedruckten Brief nebst anderen Briefen, darunter auch seinen Brief an Oecolampad über die Disputation, an Spalatin schon bald nach dem 15. Aug. (vgl. CR. I, 107 f.). Gegen Ende des Jahres wurde er in der Schweiz bekannt. Am 28. Decb. schreibt Osw. Myconius aus Lucern an Zwingli (Zw. opp. ed. Schuler. VII, 102): Venit in manus mihi per monachum Praedicatorem disputationis Lutheri cum Eckio epitome ... Est id scriptum a Luthero ipso, cui tantam fidem tribuo, ac si praesens omnia audivissem. Spero Eckium cum sua Eckeitate aliquando corona decoratum iri, quam nunc longo tempore quaesivit. Und am 31. Decb. antwortet Zwingli (p. 104): Epitomen Lutherianam habeo, legi, probavi, speroque fugacem hunc gloriae ventulum sequentem Eckium operam ludere. — Eck, welcher Luther's

[f] ONOS PROS LYRAN 7. — [g] te ipsum 7. — [h] Mariae 12. 14.

Brief an Spalatin in Nürnberg will zu Gesicht bekommen haben, richtete dagegen seine: Expurgatio adversus criminationes F. Martini Lutter Wittenbergens., ordinis heremitarum. Die Widmung datirt vom 2. September.

[2] cf. Erasm. Adag.: Ante victoriam encomium canis.

[3] Joh. 8, 50. — [4] Spr. Sal. 20, 21. — [5] Spr. Sal. 18, 17, nach der Vulg. — [6] Luc. 18, 11.

[7] Nr. 144, Z. 51 und 146, Z. 17 nennt Luther ihn in gleichem Sinne gloriae animalculum.

[8] Eck hatte diesen Ausdruck in der Disputation öfters mit Vorliebe selbst gebraucht, z. B. (Löscher III, 317): Absit procul ab Ecciana modestia hujusmodi arrogans jactantia etc.; vgl. auch Spalatin's Epigramm auf die Ecc. mod. bei Kapp, Nachlese II, 428. — [9] Joh. 23, 13. — [10] vgl. Nr. 193.

[11] cf. Erasm. Adag.: A limine salutare, translatum a vulgaribus istis amicis, qui non admittuntur in penetralia, sed procul atque a limine salutant, ac deinde discedunt; — Seneca ep. 49.

[12] vgl. Nr. 197, Note 10. — [13] vgl. Nr. 197, Note 12.

[14] ib. Note 13.

est, adversus quam portae inferi non praevalebunt[p]*; haec est, in qua semper*[q] *servata est incorrupta patrum autoritas.» Sequitur*[44]*: «Quicunque huic sancta communione sociantur*[r]*, unam cum ea ecclesiam faciunt; qui ab ea sunt separati, salutem habere non possunt». Praemittit*[45] *enim d[icens]: «Recognoscite, fratres, caput ecclesiarum cathedram Petri; recognoscite matrem vestram atque magistram». «Si, inquit*[46]*, doctorum nostrorum», graecorum scilicet, «libros evolveritis, si scripta eorum diligenter consideraveritis, invenietis, Romanam ecclesiam supra ceteras omnes potestatem habere, et ita universae praeesse ecclesiae, ut absque ejus autoritate nulla prorsus ecclesiastica quaestio solvi, nullum dogma concludi aut possit aut debeat». Sequitur*[47]*: «Repetite memoria, qui priscas historias*[s]*, qui conciliorum acta legistis, quantam semper Romanus pontifex super omnem ecclesiam autoritatem habuerit*[t]*». Ex quibus plura recensens, quae Romani pontifices circa Graecorum personas et ecclesias, etiam patriarchales, et circa concilia in partibus eorum habita, autoritative gesserint, subdit*[48]*: «Haec igitur omnia cogitantes, haec cum animi attentione considerantes, omnem vanam opinionem exuite, omne injustum*[u] *odium deponite, omne illud de Latinis non rectum judicium in melius mutate; amplectimini veritatem, integritatem fidei una cum catholica et sancta Romana ecclesia accipite*[v]*. Missos facite eos, qui contentionis potius gratia*[w] *vana loquentes, vos a recta fide seducunt.» Sequitur*[49]*: «Romanum ergo pontificem verum fidelium pastorem, totius caput ecclesiae, doctorem*[x] *fidei atque magistrum credite et veneremini*[y]*» etc. «Nam et hoc, inquit*[50]*, unum est eorum, quae ad salutem necessaria sunt, proprium nosse pastorem*[z]*, recognoscere principem, et scire atque honorare ductorem. Ubi enim non est princeps, ibi inordinatio*[a]*, ibi solutio, ut Gregorius Nazianzenus ait.» Sequitur*[51]*:*

---

[p] praevaluerunt (Bess.). — [q] (st. haec est, in qua semper:) Hic (Bess.). — [r] huic sanctae communioni consociantur (Bess.). — [s] historicas (Bess.). — [t] habuit (Bess.). — [u] immeritum (Bess.). — [v] (st. accipite:) ipse quoque maximi existimantes nobiscum convenite (Bess.). — [w] † quam veritatis (Bess.). — [x] ductorem (Bess.). — [y] credentes veneramini (Bess.). — [z] † et (Bess.). — [a] † ubi inordinatio (Bess.).

«Hinc legislator et Dominus noster Jhesus Christus omnem humanam sapientiam, cujus ipse doctor[b] *est excedens, optimum gubernandi modum suae reliquit ecclesiae, cum Petro et*[c] *successoribus ejus principatum illius tradidit. Tu es, inquit, Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; et rursus: Tibi dabo claves regni coelorum; et iterum: Pasce oves meas, pasce agnos meos; et alibi: Tu aliquando conversus confirma fratres tuos» etc. Ecce, quam concorditer ad patres sanctos Graecos ille loquitur. Comminiscens*[52] *etiam vastationem Graecae ditionis per Turcas factam, lamentatur in causa fuisse temeritatem quorundam Graecorum, qua a fidei rectitudine declinarunt et ab ecclesia sunt divisi. Inducit autem et alia, in quibus ab Ecclesia Romana damnabiliter dissentiunt, ut de processione Spiritus sancti*[53] *etc. Dicitque*[54] *ista se scribere jam grandaevum ac veritate fidei, nec alia ratione inductum, Deum testem invocans, pro bono eorum se haec denuntiare, nec ea se scripturum unquam, «nisi exploratum haberet, sanctam Romanam Ecclesiam illa credere, illa tradere et docere, quae ad vitam aeternam iter faciunt»*[55]. *Ac iterum*[56]*: «Testis est, inquit, Deus, quem*[d] *nostrae cogitationes latere non possunt, quod primo quidem zelus ejus, deinde arctissimum charitatis vinculum, quo nationi nostrae astringimur, me, ut haec scriberem, moverunt, neque ea patiuntur me*[e] *reticere, quae vobis cognitu necessaria sunt». Unde*[f] *epistolam claudens, adhuc hortatur*[57] *eos, pontificem Romanae Ecclesiae ut patrem omnium et magistrum recognoscant, et omni honore, laude et veneratione ipsum prosequantur. En fidelem praestantissimi Graeci ad Graecos suos exhortationem, quam esse sine Scripturis dicere non potes, acceptis eis, quae supra citavit, ut vere sanctissimi et sine omni exceptione eminentissimi patres cum ecclesia, matre sua.*

Quod autem Scripturas nunc hoc modo, novo examine discutiendas putas, quanto plenum sit periculo et quantae ex hujusmodi natae sint haereses, in aliis tibi

---

[b] dator (Bess.). — [c] † per eum (Bess.). — [d] † nullae (Bess.), dagegen fehlt das folgende non. — [e] me fehlt. — [f] Druck: Vn̄.

literis[58] satis, opinor, ostensum est. Unde in eo, quod ex Apostolo[59] accipis[60]: «Omnia probate, quod bonum est tenete», advertendum erat, quod dicit haec communitati, non uni, tibi aut alteri. Probate, inquit, et tenete; non dicit: proba etc. Nam si quilibet, quod ipse probat et bonum opinatur, tenere debeat, quot putas brevi in una etiam qualibet urbe emersuras sectas, ut vicinorum exempla cum innumera animarum perditione expresse nimis indicant. Siquidem una est fides et unum baptisma, ut unus dominus, contra hoc ergo dicit ibidem Apostolus[61]: «Obsecro vos, fratres, per nomen Domini nostri Jhesu Christi, ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata; sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia». Quod et expresso baptismi vocabulo loquitur, nec minus juxta jam de aliis ad fidei rationem pertinentibus vult intelligi. Nempe ut unum baptisma, sic unam fidem dicit[62]. Hinc toties et tantopere scisma et haereses seu divisiones etiam detestatur. Nec revera juste intelligi potest illud «probate» nisi de dubiis, qualia non sunt ecclesiae ea, quae misi. Quid autem si advertas et illud, quod idem ad Rom.[63] scribit de singulari vitanda intelligentia: «Beatus, inquit, qui non judicat semetipsum in eo, quod probat»? quod cum dicat de scandalis cavendis etiam in non per se malis, quid putas fieri velit in probatis ab ecclesia non convellendis? unde et alibi docet[64] in captivitatem redigendum intellectum in obsequium Christi, et per hoc standum semper intellectui ecclesiae, qui est rectoris ipsius, Spiritus sancti omnium ipsi suggerentis veritatem. Sic et ei, quod ex Augustino adducis[65], scilicet: «Ceteros ita lego, ut quantalibet doctrina praepolleant, non ideo verum existimem, quia illi ita senserunt»; ei, inquam, reliquum addere decuisset, quod idem continuo adjicit, dicens: «Sed, scilicet verum existimo, quia mihi per illos autores canonicos vel ratione probabili, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt». Haec ille. Si ergo quos legis, habent Scripturas aut rationem probabilem, nihil tibi libertatis ex hoc ipsius dicto vendicabis; imo nec quando cum ratione probabili a vero id, quod dicitur,

non abhorreat, magis si vero apertius consonet, maxime autem si id ecclesia ut certissimum comprobet. Deinde vult haec, quae adducis, intelligi de loquentibus, ut singularibus personis, non ut de ecclesiastica communitate, quod ex reliquo, ut jam adjeci, liquet. Etenim in iis ad ecclesiam et ipse, ut supra dictum est, semper confugit et eidem fideliter adhaeret. Quod ergo quaeris d[icens][66]*: «Unde quaeso possit ullus nostrum scire» etc.; respondeo: Non habet ea quaestio locum in iis, quae misi, et hujusmodi aliis, per Scripturas (ut vides) munitis et eis per definitiones quoque synodicas recognitis. Neque vero sunt omnes aequi ponderis, qui loquuntur. Dicis enim*[67]*: «Cur non omnes ut unum» etc. Insuper si qua alia occurrant, fortassis sine ejusmodi probamentis ad ecclesiam cum Augustino securus confuge, et illico omni scrupulo liberaberis. Nam secus agendo scis, quam incertae sint, juxta Sapientem*[68]*, providentiae mortalium. Quibus si, seducente Sathana, proprii sensus accedat inflatio, justo Dei libramine nimirum obstinacia quadam intelligentiam firmiter absidet et implicat adeo, ut non nisi singulari ipsius Dei munere talis redire ad veritatem unquam possit, in primis si acutulus promptulusque sibi videatur, maxime autem, si opinionem inter homines jam adeptam perdere nolit, et minus confundi sustineat. O quam difficilis laqueus iste atque perplexus! O si talia veraci et humili corde Dei gratia motus quis consideret! Securum ergo iter est ad Deum, catholicae unitati in ejusmodi simplici animo consentire. Audi de hoc gravissimum doctorem Hieronymum in dialogo contra Luciferanos*[69]*, qui se aliis meliores reputantes ecclesiam despiciebant diffamabantque, ubi prope finem sic dicit: «Brevem apertamque animi mei sententiam proferam, in illa esse ecclesia permanendum, quae ab apostolis fundata usque ad diem hanc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christiani*[g]*, non a Domino Jhesu Christo, sed a quoquam alio nuncupati*[h]*, ut puta Marcionitas*[i]*, Montenses, Competes*[k][70] *etc.: scito, non*

[g] Christi (Hier.). — [h] nuncupari (Hier.). — [i] † Valentinianos (Hier.). — [k] sive Campitas (Hier.; ed. Erasm.: Campates).

ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogum». Ubi et in persona ecclesiae praemittit d[icens][71]: «Si in sinu meo natus es[l], si uberum meorum lacte nutritus, adversum me gladium levas, redde quod dedi, et esto, si potes, aliter christianus». Quasi d[icat]: utique non eris, nec te talem Christus recognoscet. Et paulo praecedente[m] contra praefatos Montenses ad Marcellam ait idem Hieronymus[72]: «Apostolus Petrus, super quem fundavit Dominus ecclesiam (intellige sane) [n]prophetiam et promissionem Domini (scilicet de Spiritu sancto mittendo)[o] completam memoravit, quomodo ergo[p] possumus nobis aliud tempus vindicare?» Subdit ergo contra ipsos haereticos, qui sibi Spiritum sanctum, non ecclesiae missum blaterabant. «Haec, inquit[73], sunt, quae coarguatione non egent[q], perfidiam eorum exposuisse superasse est.» Haec Hieronymus. Ultimo quod eundem beatum virum et alios patres sanctos posthabens, ne contemnens dixerim, quasi in iis, quae ex eis vel tunc, vel alias exhibui, non erraverint solum, imo et ipsas Scripturas, quas habent pro se, contra haereticos torserint vimque eisdem intulerint, adeo ut veluti bene cum eis actum videri debeat, si ab haeresi defendantur. Talia an recte dicas, judicatu facile est, et in locis illis, certus sum, non ostendes unquam. Scribis autem et hujuscemodi in aliis ad me literis. Qualia etiam et duriora legisse me credo in editione tua vernacula[74] super Psal. 109, ubi versum Psal. 2: Dixit Dominus ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te, dicis (ut est), sanctos patres de Christi divinitate exposuisse, qui tamen, ut ais, de humanitate ejus dictus sit a propheta. Itaque inquis[75]: «Hae expositiones penitus extortae sunt et violentae», cum profecto oppositum aperte patet per Apostolum ad Hebr. primo, quando de divinitate ipsius Christi ad literam loquens dicit: «Cui enim aliquando angelorum dixit, scilicet Pater Deus: filius meus es tu, ego hodie genui te» etc. Praemittis autem ubi supra[76], patres

---

[l] es fehlt Hier. — [m] ? Druck: Et Paulo praecedenter. — [n] † et (Hier.). — [o] † illo tempore (Hier.). — [p] ergo fehlt Hier. — [q] indigent (Hier.).

proclives seu (si mavis) inclinatos fuisse, Scripturas contra haereticos exponere, aliter quam textus habeat in fundamento, hoc est (ut capio), in sensu literali, qui aliorum est fundamentum, et secundum d. Augustinum contra Vincentium Donatistam[77] *adversus ipsos haereticos solus efficaciter probat, ubi nec excusat dicere: quando res patitur. Nulla enim res, in primis sacra, praesertim quando contra haereticos agitur, usquam aut ullo tempore patitur impune quemvis hominem mentiri seu a proposito falsum dicere, etiam si, ut idem docet Augustinus, infidelis quispiam, qui alioqui periturus est, converti per hoc ad fidem possit. Non enim Deus nostro eget mendacio ad quidvis perficiendum. Sunt autem, quae hic dicis, longe alia et penitus adversa iis, quae (pace tua loquar!) paulo ante concluseras et divulgaveras, inquiens*[78]*: «Dicere, quod Augustinus contra haereticos excessive loquatur, est dicere, Augustinum fere ubique mentitum. Idem est Pelagianis et omnibus haereticis tribuere occasionen triumphandi, imo victoriam. Est idem omnium ecclesiasticorum autoritatem illusioni exponere». Et ut haec asseras, ita finis*[79]*: «De iis, inquis, nihil nos dixisse credimus, quod non sit catholicae ecclesiae et ecclesiasticis doctoribus consentaneum». Haec ibi. Sed quid aliud est, imo quomodo non deterius est, eos esse proclives, Scripturas aliter exponere, quam habeat textus in fundamento, atque easdem cogere, torquere et vim eis inferre, quam excessive eos loqui? Excessiva enim locutio contingere potest ex humani intellectus defectu in hujusmodi; at proclivem esse vel inclinatum exponere Scripturas aliter, quam habeat textus etc., quomodo non a proposito fiat, non video, ad affectum enim cujus est proclivitas propositum pertinere dinoscitur, et sic se inclinatum esse sentiens, per rationem gratia Dei, qua sancti patres copiose praediti erant, cohibere se potest. Unde, si ecclesiasticorum doctorum autoritatem illusioni exponit, et omnibus haereticis victoriam tribuit mentitosque patres dicit, qui vel Augustinum vel alios excessive*[r] *contra eosdem dicit locutos, torquere*

[r] exessive, so immer.

autem Scripturas, cogere et vim eis inferre amplius est, maxime autem inclinatum esse Scripturas aliter exponere, quam habeant etc., ut tu loqueris, quomodo non de mendacio et aliis, ut supra, tu eos accusas? Quid est autem hoc aliud, quam tantis ac talibus viris imponere non per veritatem fideliter, sed fraude quadam detestabili a proposito contra haereticos decertasse? Quod absit de tam perfectis atque sanctissimis patribus, ecclesiae columnis! Quis recte sentiens credat, doctis nimium hoc Deo vehementer displicere, nec ecclesiae expedire, haereticis autem insuper exitiabile fore? Nam Deus perdet omnes, qui loquuntur mendacium[80]*, tale praesertim, perniciosum scilicet; qui et ecclesiam suam omnem docet veritatem necessariam. Et hac via, qui foris sunt, inflexibili quadam pertinacia nimirum facilius obdurarentur. Esset etiam hoc, non veritatem defendere, sed haeresim potius, quasi a proposito inducere velle appareret. Constat nempe, ipsosmet haereticos usque hodie sic facere, sicque fecisse Arrium, Sabellium, Euticetem et alios pestiferos haeresum inventores instauratoresque, qui omnes (ut alias dixi) Scripturas, sed extorte et violenter citarunt. De iis autem ad praesens satis, nam alia ejusmodi, si casus postulet, latius dici poterunt.*

Nolui te pluribus nunc onerare, quo minori molestia ad haec mihi rescribas simul et ad priora. Vides autem ex eis, quae usque modo ad te scripsi, me tecum secundum Christi doctrinam fraterne egisse, in nullo quantum in me fuit, malignandi occasionem tibi praebentem. Quod si post primas monitiones, vel etiam ante, quid non quidem contra te, sed tua edere voluissem, deliquisse me per hoc non arbitror, cum tua jam anterius mundo studiose inculcaveris. Neque vero aut epistolae illae qualescunque in cuj[u]svis adhuc manus ex me venerunt. At si christianum est, quod per assertorum tuorum libellos illos traducis sic tecum agentem, et responsis velut aliorum tractatibus dandis (quorum scilicet scriptorum conscius non sum) misceri me aut facis aut connives, tu pro tua probitate videris; quod si etiam videre dissimules, videbit non eo minus qui omnia videbit

et judicabit. Non est opus nec voluntas mihi, nec dubita, personis mediis, si quid aut scribere aut edere voluero, per me enim facere minus operosum. Quod et fieri necesse erit, si per aliorum convicia sugillare me perrexeris, potius quam mihi ipse (quod amice oportuit) respondeas. Neque vero aut quae hactenus misi (quando ita vis), refugiunt publicum, nec (ut in Domino confido) alia, quam sana atque catholica aliquando aut mittam aut edam, etiam si alio processu opus erit, nusquam tamen ecclesiasticam unitatem abhorrentia. Scio enim non aliter (quod omnimodis volo) in Christo aut esse aut permanere hominem posse. Quod tamen tibi semper cum bona valetudine imprecor.

[1] Phil. 2, 6. — [2] Nr. 164. — [3] vielmehr c. 6; Migne, Augustini opp. T. VIII. p. 825. — [4] V. 26. — [5] V. 19. — [6] Migne, l. c. p. 837. — [7] V. 17. — [8] Ps. 24, 8. — [9] V. 8. — [10] Migne, p. 838. — [11] ib. p. 839. — [12] V. 16. — [13] Migne, p. 839, vor der vorhergehenden Stelle. — [14] V. 18. — [15] Joh. 5, 19. — [16] Joh. 1, 3. — [17] c. 6. p. 826. — [18] V. 3. — [19] V. 26. — [20] V. 27. — [21] Migne l. c. p. 842. — [22] ib. p. 845. — [23] vgl. Nr. 158, Z. 49. — [24] Matth. 13, 14 f. — [25] Jes. 6, 9 f. — [26] Matth. 23, 34. — [27] 13, 46. — [28] Apstlgsch. 28, 28. — [29] Tit. 3, 10 f. — [30] vgl. Nr. 164, Note 23. — [31] vgl. ib. Note 28. — [32] ib. Note 31. 32. — [33] 5, 1.

[34] Augustin. contra Fulgent. c. 12, ed. Migne IX, 768; vgl. Nr. 164, Z. 231 und Note 42.

[35] vgl. Nr. 158, Z. 68. 82. 87. — [36] Ps. 110, 3.

[37] vgl. Nr. 158, Z. 75. 88 und Note 14. 15.

[38] ib. Z. 23. 41.

[39] Bessarion, geb. 1395 in Trapezunt im Pontus, 1436 Erzbischof von Nicäa, wurde von dem griech. Kaiser auf das Concil zu Florenz abgesandt, wo er zuerst scharf gegen die Lateiner disputierte, nachher aber zu ihnen überging und eine Vermittelung zwischen der morgenländischen und abendländischen Kirche zu Stande zu bringen versuchte. Er starb als Bischof von Tivoli und Cardinal am 19. November 1472 (nach Andern 14. December 1473) in Ravenna; vgl. über ihn u. A. Herzog's R.-E. s. v.; Vast, le card. Bessarion. Paris 1879; Sadov, Bessarion de Nièce, son rôle au concile de Ferrara-Florence, ses oeuvres théol. et sa place dans l'histoire de l'humanisme. St. Pétersb. 1883.

[40] Dungersheim citirt hier nach der von Bessarion selbst verfertigten lateinischen Uebersetzung seines griechischen Briefs, welche u. a. 1513 in Straßburg im Druck erschienen war (vgl.

Panzer, Annal. VI, p. 62. Nr. 304). Der griechische Text ist gedruckt in Migne, Patrolog. graec. Tom. 161. p. 450, die latein. Uebersetzung ib. p. 482.

[41] Migne p. 484 D. — [42] ib. p. 485 D. — [43] ibid. — [44] ibid. — [45] p. 485 C. — [46] ibid. — [47] p. 489 A. — [48] p. 490 B. — [49] Die folgende Stelle geht vielmehr voran: p. 488 A. — [50] p. 488 A. — [51] p. 489 A. — [52] p. 481 D. — [53] p. 483 B. — [54] p. 486 C; p. 487 B. — [55] p. 487 B. — [56] p. 481 B. — [57] p. 490 C. — [58] vgl. Nr. 168, Z. 399 ff. — [59] 1 Thessal. 5, 21. — [60] Nr. 210, Z. 20. — [61] 1 Corinth. 1, 10. — [62] Ephes. 4, 5. — [63] 14, 22. — [64] 2 Corinth. 10, 5. — [65] vgl. Nr. 210, Z. 14, Note 1. — [66] ib. Z. 9. — [67] Z. 13. — [68] B. der Weish. 9, 14. — [69] ed. Migne, T. II. p. 181, §. 28.

[70] Nach Martianaeus ad h. l. hießen die Donatisten Montenses, weil sie ihre Kirche in Rom auf einem Berge hatten; dagegen Migne ad h. l.: Ita Donatistas per convicium vocari autumo, quod in campis aut montibus habitarent, ut vox ipsa loquitur. — In ep. 15 (al. 57) ad Damas. §. 3 und 5 (Migne T. I. p. 356) werden die Meletianer von Hieronymus ebenfalls Campenses genannt. — Erasmus (opp. Hier. ed. 1516. T. III, 68) führt die Montenses auf Montanum haeresiarcham zurück.

[71] l. c. p. 180. §. 26. — [72] ep. 41 (al. 54) §. 2, Migne T. I, 475. — [73] ib. §. 4. p. 476. — [74] Auslegung des 109. Psalmen rc. Erl. Bd. 40. S. 36. — [75] l. c. S. 36. — [76] l. c. S. 35. — [77] Migne T. II, 321. ep. 93. — [78] Luther's disputatio contra scholast. theol., v. J. 1517, thes. 1—3 (opp. v. arg. I, 315). — [79] ib. thes. 99, l. c. p. 321. — [80] Ps. 5, 7.

Nr. 214.

Wittenberg. 22. September 1519.

Luther an Spalatin.

Sendet ihm die für den Kurfürsten in seiner Krankheit verfaßte Tessaradecas consolatoria, damit er sie ins Deutsche übersetze, erbittet sich aber deren Rücksendung; desgleichen den Commentar zum Galaterbrief. Die Schrift gegen Emser ist noch nicht fertig. Gegen den Joh. Rubeus in Leipzig wird eine Gegenschrift erscheinen. Fürbitte für den Ueberbringer des Briefs, daß ihm erlaubt werde, in Wittenberg die Bäckerei zu treiben. — Nachschrift: Der Franziskaner-Provincial in Jüterbogk hat eine Botschaft geschickt, daß Luther seine Schrift gegen die dortigen Franziskaner zurückhalte, sie ist aber schon in den Händen Lotther's in Leipzig.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch. in Zerbst; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 32; 3. Cod. Jen. a. f. 57; — Drucke: 4. Aurif. II, 3; 5. de Wette I, 335. — Deutsch: Walch XXI, 640.

Wir geben den Text nach 1.

Optimo viro Georgio Spalatino, Principis Illustrissimi Electoris a sacris et libellis, suo in Christo.

Jhesus.

Salutem. Venit tandem ad te, mi Spalatine, Tessaradecas mea, tarde quidem, sed vix etiam sic procellas occupationum mearum elapsa, quam ut transferas libere, et Illustrissimo Principi nostro offeras, si ita videtur, epistola praefationis adjecta licet. Nam res mihi minutior videri coeperat, quam ut ampulla epistolari tanto Principi dicaretur: arbitrium tuum esto.

Mitto simul insensatos[1] Galatas meos, multo sale conditos, quos Lotterus Lipsianus tibi misit donandos, ut vides. Aegoceros Emserianus nondum absolutus est.

Tibi et Scharto satis fiet[2], modo respirare liceat. Nascitur et nescio quid in laudem Rubei[3].

Petit hic literarum lator, ut pro se ad Principem scriberem, quo impetraret, sibi licere apud Vittenbergenses pistoriam artem exercere. Nam hoc[a] eum[b] interdicunt (audio) pistores, quod filius sit viri, qui balneator olim fuerit: tam religiosa est nobilitas opificum. Verum ne essem molestus, tuo id ore fieri peto, meo (si voles) nomine.

Sed heus, quod paene praeterieram, exemplar Tessaradecados, postquam suam servitutem servivit, revideam. Nam et ipse me his nugis solari cogito, nec semper sunt in promptu, quae ibi congessi, etiam hac ratione, quod meditatione sui locupletiores evadent mihi. Vale, et me Principi commenda. Vittenbergae, die S. Mauritii 1519.

[c]Martinus Luther, Augustinianus.

---

[a] hic 2. — [b] ei 4. 5. — [c] † Frater 4; F. 5.

Misit ad me Fratres seu Patres satis spectatos Provincialis Minorum, intercepturus causam meam cum Jutterboccensibus[d], quos jam eunt punituri et a loco moturi. Ego dedi eis[e], si Lotterum Lipsiae queant exorare, aut indamnem[f] eum servare, ego in gratiam eorum libello meo spongiam mitterem. Atque id agitur; nescio, quid efficitur[4].

[1] Anspielung auf Gal. 3, 1. Warum Luther diesen Ausdruck gebraucht, sagt er selbst im Brief an Staupitz vom 3. Oktober.

[2] in Bezug auf die versprochene Schrift; vgl. Nr. 178, Note 5.

[3] Joh. Rubeus, ein in Leipzig studierender Franke, hatte einen dem Bischof Conrad von Würzburg gewidmeten, für Eck Partei nehmenden Bericht über die Leipz. Disput. herausgegeben u. d. T.: Solutiones ac Responsa Wit. Doctorum in publica Disputatione Lipsica contra fulmina Eckiana parum profutura, tumorque adventus et humilitas eorum recessus, per Jo. Ru. Longi [politanum] comportata (bei Löscher III, 252), wogegen Joh. Montanus, Rector Scholae Wittebergensis (vgl. Schlegel, vit. Langeri p. 20, not. r), unter dem Namen Nemo mit Encomium Rubii Longipolli apud Lipsien. in errores quos pueriliter commisit adversus Vuittenb. (bei Löscher 786) erwiderte. Ueber die darauf wieder ergangene Entgegnungsschrift s. Seidemann, Beitr. z. Rfgsch. I, 29.

[4] Es war zu spät hierfür, schon 8 Tage nachher hatte Luther Exemplare seiner Schrift Contra malignum Joh. Eccii judicium etc. (opp. v. arg. II, 472) in Händen.

Nr. 215.

(Wittenberg.) (um den 22. September 1519.[1])

Luther an Kurfürst Friedrich von Sachsen.

Widmungsbrief der Schrift Tessaradecas consolatoria pro laborantibus et oneratis.

Drucke: I. Lateinisch: **1.** opp. ed. Viteb. II, 23; **2.** opp. ed. Jen. I, 473 (andere Ausg. I, 454); **3.** Aurif. I, 242b;

---

[d] ad Jutterboccenses 4. 5. — [e] † responsum 4. 5. — [f] indemnem 4. 5.

4. opp. var. arg. IV, 132. — II. Deutsch: 1. Luth. WW. Wittenb. VI, 346; 2. Altenb. I, 368; 3. Leipz. XXII, 473; 4. Walch X, 2131; 5. de Wette I, 409 (datirt: Im Februar 1520); 6. Erl. LIII, 31 Nr. 14 (datirt: Im Febr. 1519 [!]).

Wir verweisen für den ursprünglich lateinischen Text auf I, 4, für den deutschen auf II, 6.

---

[1] Die Tessaradecas, so genannt nach den „vierzehn Nothhelfern", an welche man sich sonst in Krankheiten zu wenden pflegte, und die Luther für seinen erkrankten Kurfürsten verfaßte, war am 22. September an Spalatin gesandt worden (vgl. vor. Brief). Gedruckt wurde sie in beiden Sprachen zugleich im December (vgl. Br. an Spal. v. 18. Decb.) und war Anfang Februar 1520 im Druck vollendet (vgl. an Spal. 5. Febr. 1520), nicht zu Luther's Zufriedenheit, besonders weil in der lateinischen Ausgabe die Zuschrift an den Kurfürsten durch ein Versehen weggelassen war. Daß jedoch der lateinische, und nicht wie de Wette meint der deutsche, der Grundtext ist, ersieht man daraus, daß in ihm die specielle Veranlassung der Schrift erwähnt wird, opp. v. arg. p. 134, Z. 35: Ac spero eam in praesenti tuae Dominationis fortuna maxime fore utilem, welche Stelle in der deutschen Uebersetzung fehlt; auch die Stelle p. 134, Z. 14: ut ad Deum pro valetudine et salute tua interpellemus, lautet im Deutschen allgemeiner, Erl. LIII, S. 33: „sondern auch Gott den Herren zu bitten, E. K. F. Gn. gesund und Leben zu erhalten". Die erste Stelle zeigt aber auch, in welche Zeit der Brief zu setzen ist, nämlich noch in den September 1519, wo der Kurfürst krank war (vgl. darüber Stud. und Krit. 1882. S. 693), und nicht erst in den Februar 1520, wie de Wette will. Vgl. auch Köstlin[2] I, 793. — Die Schrift selbst fand übrigens noch später den Beifall des Erasmus, als dieser schon mit Luther zerfallen war, indem er im J. 1523 an den Bischof Christoph von Basel schrieb (epp. lb. XXI, ep. 8; cf. Seckend. lb. I. §. 63): Mitto Celsitudini tuae libellum Lutheri de quatuordecim spectris, qui magnopere probatus est, etiam ab his, qui doctrinam illius omnibus modis aversantur; scripsit enim hunc prius, quam res ad hanc rabiem est progressa.

Nr. 216.

Altenburg. 26. September 1519.

Miltitz an Luther.

Verwundert sich über Luther's langes Stillschweigen, ladet ihn zu einer Verhandlung nach Liebenwerda ein, wo durch Luther's persönliches Erscheinen eine Menge Gefahren beseitigt werden könnten[1].

Original: 1. Cod. Goth. A. 336. Nr. 9; — Drucke: 2. Cyprian, Urk. II, 127; 3. Löscher III, 832. — Deutsch: Walch XV, 899.

Wir geben den Text nach 1.

Reverendo Patri, Fratri Martino Luter, Sacrae Theologiae Professori, amico carissimo. Ad manus.

Frater Martine, amice singularissime! Salutem. Miror, quod tot menses praeterierunt, et nullae[a] *Fraternitatis tuae literae mihi ad manus venere. Hoc abs te*[b] *sicut ab amico nostro expectatissimo praetereo. Velim autem, ut quantocius iter arriperes ad oppidum Libenwerdt, et diem etiam significares, quando illic esse praesens velis; ego etiam accersibo, erit enim profecto in rem tuam, quare cito facias. Nam multa imminent pericula, quae per tuam praesentiam, ut spero, auferentur*[c]*. Cum hoc commendo me Fraternitati tuae sicut fratri amantissimo. Datum Aldenburgk, Lunae post festum divi Matthaei apostoli 1519.*

Tuus frater Carolus de Miltiz, Nuntius et Commissarius Apostolicus etc., manu propria.

[1] Am gleichen Tage schreibt Miltitz an den Kurfürsten (Cypr. I, 417; Löscher III, 828), bedankt sich für das Gratial von 200 fl. für Ueberbringung der goldenen Rose, und schreibt dann bezüglich Luther's: „Es hat mir och Herr Fabian von Feylschs [= Feilitzsch] angezeigt, daß E. K. Gn. soll erfahren haben, daß ich etzlichermaßen hab lassen hören mit Excommunication und Censuren wider D. Martino zu handeln. Laß ich E. K. Gn. wissen, daß ichs nihe gedacht; wohl magk ich unter andern Worten lachenweis, wenn mich die Leut mit D. Martino umbgetrieben haben, ein Wort sulcher mossen [= maßen] laufen lassen. E. K. Gn. weiß, wie ich mit D. Martino in E. K. Gn. zue Aldenburgk Beiwesen gehandelt; deß will ich mich halten. Und ist mein demuthiges Bitten, E. K. Gn. wollt gnädiglich vorordnen, daß D. Martinus kein [= gen] Libenwerde in E. K. Gn. Stadt wer [= werde] kommen, so wollt ich mich mit ihm vereiniget haben vieler Sachen, und darnach m. g. H. von Trier schreiben; bin forderlich, ich will ein Vorfuger sein, die Sache soll wohl heingelegt werden ahne sunderlich Nachtheil Doctoris Martinus. E. K. Gn. wollt mich fürständigen lassen 4 Tag zuvor, ehe D. Martinus ken Libenwerd

[a] Das Orig., sowie 2, hat nullus (!). — [b] re 3. — [c] auferuntur 3.

kummet, uf daß ich och do magk sein." Mit diesem Brief schickte er den an Luthern zur Weiterbeförderung. Der Kurfürst schickte die beiden Briefe, welche er am 30. erhielt, an Spalatin (vgl. die folg. Nr.).

Nr. 217.

Lochau. 30. September 1519.

Kurfürst Friedrich von Sachsen an Spalatin.

Sendet die von Miltitz erhaltenen Briefe (Nr. 216 und 216, Note 1) und willigt in die verlangte Unterredung zu Liebenwerda ein. Luther antwortet auf diesen Brief am 1. Oktober.

Drucke: **1.** Cyprian, Urk. II, 129; **2.** Löscher III, 832. Wir geben den Text nach 1.

Dem wirdigen, unsern Capellan und lieben andächtigen Herrn Jörgen Spalatin, Thumherrn zu Aldenburg rc. rc.

Von Gotts Gnaden Fridrich, Herzog zu Sachsen, Churfürst und Vicarius. Unsern Gruß zuvor! Wirdiger, lieber Andächtiger! Wir geben euch genädiger Meinung zu erkennen, daß uns heut ein Schrift von Er Karl von Miltitz zukommen ist, an Doctor Martinus lautend, die wir euch uberschicken, Doctor Martinus zu uberantworten, und euch nit verhalten, daß er uns darneben auch geschrieben und angezeigt, wie er Doctor Martinus zu ihme gein Liebenwerdt bescheide. Nu können wir nit wohl achten, was er mit ihme handeln magk. Doch bedenken wir, daß Doctor Martinus nit zu weigern noch abzuschlahen sei, zu ihme zu kommen. Darumb wu es Doctor Martinus, deßgleichen ihr auch für gut ansehen werdt, so wollet dem Doctor sagen, daß er Ern Karl, wann er zu Liebenwerdt zu sein gedächt, ein Tag zuschreiben wollt, und uns den Brief bei diesem Boten zusenden, so wollen wir den fürder Ern Karln gen dem Scharffensteyn schicken. Nachdem ihr auch wißt, daß sich Er Karl hat vernehmen lassen, daß

er zu unserm Freund, dem Erzbischof zu Trier, wollt, und daß wir ihme darauf einen Brief an gedachten unsern Freund mitgäben, als hat sich Er Karl zu Aldenburg vernehmen lassen, daß er erstlich mit Doctor Martinus handeln, und dann unsern Brief wieder von dem von Miltitz fordern, so werden die Sachen vielleich ein ander Meinung gewinnen, dann in der Schrift vermeldt und angezeigt worden. Das wollen wir euch nicht verhalten, denn euch zu Gnaden sind wir geneigt. Datum zur Lochaw, am Freitag St. Hieronymus-Tag, Anno Dom. XVCXIX.

Fridericus.

Nr. 218.

(Wittenberg.) 30. September 1519.

Luther an Franz Günther, Pfarrer in Jüterbogk.

Empfehlung eines Mannes aus Günther's Gemeinde, daß dieser sich beim Magistrat für ihn verwende. Zusendung der Schrift gegen Eck und die Franziskaner in Jüterbogk, sowie des Commentars zum Galaterbrief.

Drucke: **1.** Aurif. I, 208b; **2.** Löscher III, 982; **3.** Kinderbater, Nordhusa illustris. 1715. S. 87 (nach 1); **4.** de Wette I, 338.

Wir geben den Text nach 4.

Martinus Lutherus Magistro Francisco Günthero[1] salutem.

Virum hunc tibi commendo, mi Domine Magister, cui vel hoc nomine debes officium, quod sit in populo, cui te praefecit in verbo Christus. Igitur tu tanquam tui membri et portionis tuae curam habe, atque age, ubi potes, cum magistratu ac bonis viris, ne vim patiatur, aut saltem mitius (si quid peccati subest) puniatur. Caeterum et locum et

Non enim est doctoris boni officium, dicere aliquem mentitum, qui vix erravit, *(T)* cum tot locis ipse Augustinus fateatur, obscura loca parere multiplicem intelligentiam, cum tamen necesse sit una simplex intelligentia. *(U)* Et fateor, impiissimum esse, dicere Augustinum excessive contra haereticos locutum; hoc tamen, quasi non intelligas, iterum torques ad singula verba, quae ego de summa sententiae contra haereticos dixerim; *(V)* nisi enim insanus essem, non possem negare, Augustinum aliquando torsisse et variasse Scripturae expositionem, *(W)* ut taceam, quod tú «excessive loqui» intelligis esse, quod «mentiri» et varie exponere seu aliter, quam sensus literalis habet. *(X)* Si talibus vocabulariis in me usus fueris, pulchre venies, imo nunquam erit finis scribendi et rixandi. Semper enim, ubi quid dixero, tu aliud dictum accipies, *(Y)* sicut et asinus ille vester[2] facit. *(Z)* Nescio, an genius Lipsensium ita ferat, ut tam indiligentes lectores, tam audaces judices, tam tardi ingenii sitis in alienis literis. *(Aa)* Crede, erit mihi, quod in te dicetur. Scripsisti antea contra Pighardos[3], scis quam feliciter! *(Bb)* Si quid amici consilium ducis, id cura, ut non multa, sed apta congeras. Scio, victoriam non in multitudine, quae caedi semper exposita est, sed in arte rei militaris consistere. *(Cc)* Te esse traductum me connivente, frustra querularis. Fateor, me tuas literas communicasse, ne solus judicarem causam meam, quod tu mihi perpetuo objicis; tamen, si quid hinc laesus es, permitto tibi, ut retalies[d] me, non in hac re tecum pugnabo nec offendar. *(Dd)* Si in re fidei tam facilis esset nostra concordia, nulla syllaba scriberetur. *(Ee)* Cogita autem tu, quanta ego et nostri a vestris passi, quotidie patimur, quae non possunt fieri nisi vestro nutu. *(Ff)* Videte et vobis, ne Deus reddat aliquando. *(Gg)* Res ista ad vos nihil pertinet et hucusque semper recusastis.

---

[d] retallies 2.

Nunc ultimo vos ingeritis; videte, ne involvamini. ***(Hh)*** Sed et perspectum habeo, mi Hieronyme, sicut Lipsiae tibi scripsi[4], quanta in dorsum meum semper fueris molitus, quae semper ignovi, adhuc ignoro et dissimulo. Tuum erit curare, ne semel furiat laesa patientia. ***(Ii)*** Homo sum sicut et tu, nisi quod tu otiosus et quietus occulte mordes, ego negotiosissimus omnium dentibus petor ac modestiam expostulor, unus tot immodestissimis lupis convulsus. ***(Kk)*** Orbis me premit, et paululum mordens, Deus! quam accusor, et vos, si nutemur vix, non fertis. ***(Ll)*** Haec scribo, ut malle me intelligas pacem et concordiam; sin fieri non potest, fiat voluntas Domini. ***(Mm)*** De caetero non est opus, ut de iis ad me scribas, satis intelligo tua. ***(Nn)*** Tu cura, ut et mea intelligas; ***(Oo)*** convelli ut a te non potuerunt, ita non patiar Christo propitio. ***(Pp)*** Vale bene et ora, ut non modo recte sapiamus, sed etiam vivamus et salvemur.

[1] Wir setzen den Brief noch in den September 1519, da anzunehmen ist, daß Luther, der diesen Briefwechsel beendigt zu sehen wünschte und auch auf spätere Briefe D.'s nicht mehr antwortete, nicht allzulang mit seiner Antwort gezögert haben wird.

[2] Nach Seidemann l. c. S. 8 soll unter dem asinus der Minorit Augustin Alveld gemeint sein, wie auch Dungersheim in seinem Dialog diesen gemeint glaubt (vgl. darüber an betr. Stelle). Jedoch Alveld hatte damals noch nicht gegen Luther geschrieben, so daß er ihn wohl auch hier nicht meinen kann. Der asinus scheint sich uns vielmehr auf den Leipziger Rubeus zu beziehen (vgl. Nr. 214, Note 3), den er im Brief an Lang vom 16. Oktober asinus nennt. Ebenso dürfte Seidemann l. c. im Irrthum sein, wenn er zu de Wette I, 255 (vgl. unsere Ausg. Brief 172, Z. 61) unter taurus Emser, unter bos Ochsenfahrt, unter asinus Alveld angedeutet findet, da auch mit Emser Luther damals noch nicht in Streit gerathen war; vielmehr scheinen uns «ille taurus, bos et asinus» nur epitheta ornantia des Einen Dungersheim zu sein.

[3] Dungersheim schrieb im J. 1514 zwei Schriften gegen die Pickarden: 1. Confutatio apologetici cuiusdam sacrae scripturae falso inscripti ad illustrissimum principem Georgium, Saxoniae ducem etc., a Magistro Hieronymo Dungerssheym de Ochssenfart, sacrae theologiae professore edita.

Lipsi impressit Vuolfgangus Monacensis in regione Grimmensi. 1514; 2. Reprobatio orationis excusatoriae picardorum, regiae majestati in Ungaria missae, ad illustrissimum principem dominum Georgium Saxoniae ducem etc. scripta; am Schluß: Lipsi impressit Vuolfgangus Monacensis. s. a., aber noch vom J. 1514. — Beide Schriften sind für die Brüdergeschichte nicht unwichtig. Vgl. Seidemann l. c. S. 9 f.; Unsch. Nachr. 1758, 29; Comenius, Kirchenhistorie der böhm. Brüder. Schwabach 1739. S. 54; Weismann, introductio in memorabil. eccl. hist. 1745. P. I. p. 1699.

[4] Dieser, jedenfalls während der Leipz. Disp. geschriebene Brief hat sich nicht erhalten.

Nr. 220.

(Leipzig.) (September oder Oktober 1519[1].)

Hieron. Dungersheim an Luther.

(Sechster Brief.)

Antwort auf Nr. 219. — Drohung gegen Luthern öffentlich zu schreiben; Ankündigung seines Dialogs. — Luther beantwortete diesen Brief nicht mehr.

Druck: **1.** = Nr. 136, 1 (p. 60).

Hieronymus ex Ochsenfarth Martino Luthero.

S. Oportet, Martine, literis meis, etiamsi recusantem, adhuc te conveniam, quandoquidem iis tuis ad ea, quae mihi[a] *nihil respondes, magis aut sentire te, ut sensisti, pertinaciter affirmas. Minaris autem te mihi occursurum, si quid contra haec tua sentimenta edidero, veluti nulla fuerint, quae jam ad te de iis scripsi, ad quae, ut dixi, nihil hucusque respondere aut voluisti aut potuisti, excutiens omnia vafritie*[b] *quadam et aliorsum detorquens. Qua quidem si non vel tacite per Patres Scripturasque te convictum fatearis, catholice de sacris sentientes faciant judicium. Proinde, ut fugam anke-*

[a] mi 1. — [b] vafriticie 1.

lanter te petere, observare[c] *me intelligas, utque diverticula*[d] *atque recessus omnes tibi obstruam, ea, quae tam extranea contra promissionem tuam rescribis, necesse est, omnia repetam. Et quia epistolis talibus tamque amicis fatigari te quereris, petisque jam sic scribere desinam, potius autem quae me movent libellis (ut intelligo) edam, ecce assentior et responsionem ad hanc tuam epistolam, qua (rupto jam patientiae limite) pro beneficio, quod praestare conatus sum, succensere mihi videris, Dialogo inter te et me edito obviare me tibi opportunum cogitavi, ne nihil ad tua tam ingrata dixisse videar. Non minus enim, crede, me tibi ex Christi gratia occursurum confido, quam tu mihi; et eo certe amplius, quo certus sum, veritatem (quae juxta Scripturas semper vincit) stare a parte mea cognovi. Neque vero finem meum in infinitis libris scribendis, de quibus gloriatus vinci*[e] *non vis, sed animarum salute in gloriam Dei, qui prima veritas est, collocavi. Ob quam etiam alia, si necesse, amphora mittam, nec tamen ita, ut hactenus feci (quandoquidem non vis), sed juxta quod te erga me, imo ecclesiam Christi exhibueris, id faciam. Vale*[2].

[1] Wir stellen diese Antwort D.'s gleich hier ein, weil D. mit seinen Entgegnungen nicht lange zu warten pflegte und wir sie anderwärts nicht einzureihen wüßten. Der Zusammengehörigkeit wegen lassen wir auf diesen Brief gleich den Dialog folgen, obgleich er u. E. erst später, nach Ausbruch des Alveld'schen Streitschriftenwechsels, also etwa Mai 1520 geschrieben scheint.

[2] Im Druck folgt hier: Dialogus ille, de quo supra, post epistolam sequentem habetur (näml. als zweite Schrift der Aliqua opuscula). Ad epistolam autem praecedentem et sequentem (D. schrieb 1528 noch einmal an Luther) responsa ipsius Lutheri non accepi.

[c] oservare 1. — [d] divertiula 1. — [e] vnici 1.

Nr. 220a.

Dialogus Hier. Dungersheim ad Lutherum.

Dieser Dialog, mit welchem D. den letzten Brief Luther's widerlegen will, bildet die zweite Schrift der Aliqua opuscula (vgl. Nr. 136), und steht daselbst unter dem Titel:

Dialogus ad Martinū Lutherum | pro responsione ad impertinentem quandā ipsius epistolam | supra positā veluti collocutoris vice intermixtam, datus | per Hieronimum supradictum. || (Titelbild: Typus Ecclesie, wie auf dem Gesammttitel, jedoch ohne die Randworte links und rechts; darunter: || Ego inimicus factussum *[sic!]*, vera dicēs. Ad Galath. 5. — 14 Seiten, die letzte falsch mit 41 paginirt.

Der Dialog besteht nur darin, daß Dungersheim den Brief in kleine Stücke zerlegt, welche er als Rede des Martinus einführt und darauf als Hieronymus antwortet. Um den unter Nr. 219 abgedruckten Brief Luther's nicht nochmals geben zu müssen, lassen wir mit Ausnahme des Anfangs die Dialog-Form fallen, und geben nur die Gegenrede D.'s, indem wir dabei die einzelnen Absätze durch vorgedruckte Buchstaben, welche sich auf die betr. Stelle in Nr. 219 beziehen, kenntlich machen.

Dialogus ad Martinum Lutherum, de quo supra.

Exsolvo promissum, Martine, mitto enim dialogum, quem irascenti epistolae tuae suprapositae oppositurum me promisi; hinc et eandem hic vice collocutoris intermiscere per partes, necesse habui, quo non omnia simul (ut tu mihi hic facere cognosceris) transiliendo respondere tibi videar, sed magis per singula eam repetens, universam (ut et in prioribus feci) refellam. Sit ergo tibi per epistolam tuam loquendi initium.

Martinus:

S. Sane vos etc.

Hieronymus:

A. *Quando haec dicens non explicas vel majores vel minores meas (nam ego tibi solus haec scripsi)*

oportet ipse, quanquam satis in literis meis utrasque, si capias, expressas, repetam. Principia ergo seu, ut vocas, majores meae ex eis sumptae, sunt literae divinitus editae, quibus videlicet a prima et infallibili veritate revelatis, nihil subesse falsitatis potest. Non quidem ut haeretica eas capit perversitas atque vesania, sed ut Christi intelligit catholica ecclesia, quae est una ejus, juxta Scripturas[1] *ipsas, sponsa. Una, ait, fidei scilicet concordia, non multa atque diversa haereticorum conventicula. Minores vero conformiter ad illas suppono, unde, ut interim in genere dicam, tales edo virtute syllogismos: Quisquis Scripturas in aliquo passu contra id, quod catholica intelligit Christi ecclesia, accipit ac pertinaciter defendere pergit, haereticus est; sed omnis Vuicleffista, Hussita, Taborita etc. in passu de superioritate Papae, de qua Matth. 16. et Joan. ultimo atque aliis similibus, est hujusmodi, Ergo. Est enim facile, ex his elicere conclusionem. Deinde et facere subsumptionem de hoc vel illo Vuicleffista etc. non est difficile. Similiter et in quibuslibet aliis passibus Scripturae a perversae mentis hominibus impugnatis suo modo fieri potest. An non videntur tibi eae*[a] *minores bonae, quandoquidem verae sunt, verum autem bonum intellectus esse et ipsius perfectionem comprobatur? Porro ecclesiam Dei eam accipimus, quam divus pater Augustinus (cujus regulam coram Deo et eadem ipsius ecclesia, o Luther! professus es) describit libro contra epistolam Fundamenti c. 4, ubi dicit*[2]*, in ea ecclesia se permanere et teneri, quae ab ipsa Sede Petri, cui pascendas oves suas Christus post resurrectionem suam*[b] *commendavit, et in qua usque ad praesentem episcopatum successio sacerdotum duravit etc., quae ibidem videre poteris.*

B. *Imo et in corde et ore habemus pleraque alia, ad rem scilicet facientia*[c]*, inter quae et ea, quae praefata sunt. Quandoquidem diebus his malis haereticorum veterum errores resuscitare et alios quoque addere contra ecclesiam Dei tu tuique conamini, nos vero ecclesiam*

---

[a] Druck: heae. — [b] Dr. usam. — [c] Dr. facencia.

salvam esse volumus et errores illos jam dudum condemnatos et apud inferos sepultos, ut sunt, permanere.

C. *Non unum hominem, Papam, ecclesiam dicimus neque tibi ostendimus, sed Christum in ecclesia sua, hoc est, in coetu orthodoxe credentium, vicarium suum in Petro constituisse eum asserimus atque ex Scripturis catholice intellectis probamus; cujus ecclesiae autoritas, juxta ipsum S. Augustinum ubi supra*[3]*, miraculis inchoata est, spe nutrita, charitate aucta, qualem et eam esse omnes recte credentes consentiunt. De qua et superius in epistolis copiose adductum est et a Patribus contra haereticos atque scismaticos multo plurimâ praescripta noscuntur.*

D. *Neque hoc recte dicis, neque enim ei tribuimus in rebus fidei, quam quod sibi competit et ab universalibus Synodis ex Scripturis recognitum est. Neque fidei indefectibilis eum esse, ab aliquo unquam puto audisti, magis autem, si a fide haereticus factus deficiat, a papatu eum dejiciendum.*

E. *Tot, opinor, in Decretalibus haereses offendisti, quot ex ipsis hic inducis. Quod si aliquando aliquas exprimere mendaciter temptaveris, fortasse invenies, qui veraciter tibi occurrat. Offendisse autem te longe amplius non dubites Deum et ecclesiam ipsius, quod jura ecclesiastica sic temere contemnis. Contemnis autem (ut timor est) ob id, quod ea viam tot haeresibus praecludant et tibi quoque in multis sunt adversa, maxime, quod regulam sanctissimi patris Augustini ac ordinem, quem pro toto tempore vitae servandum promisisti, confirmarunt.*

F. *Vitiosissimum certe est, ut disertissimus*[d] *simul et sanctissimus, ad Paulinum scribens, vult Hieronymus*[4]*, Scripturas sacras trahere in sensum sibi repugnantem, quod tu in hac quoque de papatu sententia perpetue facere convinceris, priores secutus haereticos jam olim*

---

[d] Dr. disertistimus.

condemnatos. Ubi vero principium nos petamus, explicare debebas, ne ex proposito calumniam struere videreris; nisi hoc forte principii petitionem habeas, quod ea, quae secundum sanum Scripturarum intellectum, quem, ut dictum est, habet ecclesia, fideliter sentimus et fortiter confitemur.

***G.** Hoc, inquam ego, quod vice exempli inducis, calumniosum est aperte, nec a me certe vel dictum vel scriptum est unquam, quod nec ab aliis factum esse interim opinor. Quin imo per orbem catholice sentientem ubique diffusam esse ecclesiam, plausibiliter affirmamus, et eam nunc novissimis his diebus usque ad insulas terrasque continentes hactenus nobis incognitas, Dei gratia propagari. Quam longe autem a vero aberret, quod de papa ex Picardis resumis, jam supra in epistolis ostensum est.*

***H.** Nos Scripturam pro testimonio catholicarum veritatum, ut ecclesia Dei, universalia concilia et sancti Patres, accipimus, atque per hoc secundum eum ipsarum sensum, qui eis a Spiritu sancto inditus est, judicamus. Tu vero, quod aliis imponis, ipsemet aperte agis, nempe qui unus vis probare et quod tibi videtur, veluti bonum sit, tenere, quod nec toti ecclesiae concedis, sed contra eam tam impudenter te erigis. Hinc, quaeso te, nonne vides, catholicae probationis principia per hoc te negare, quandoquidem eum negas Scripturae sensum, quem Spiritus sanctus, autor eorum, flagitat?*

***I.** Quando sic desperate obstinatus es, ut non feras, quod tam pacifice hactenus ad te et pro te scripsi, nolo jam frustra niti, sed alia potius via incedere, et populos, quos possum, de tuis conatibus cautiores reddere. Id autem, quod feci, ad petitionem tuam actum est, scilicet ut boni consulerem de ea re, pro qua dolere te ajebas. Quod et ego (fraterna ductus charitate) pro viribus acturum me obtuli, dummodo quod praetendebas, tibi constanter in animo sedisset.*

K. *Edam, nihil dubita, si Deus praestiterit, etiam epistolas illas, quas invicem misimus.*

L. *Haec dicis non sine sanctorum Patrum praejudicio. Hos enim Deus, juxta Apostolum[5], dedit doctores ecclesiae ad consummationem corporis mystici, sicut et apostolos et evangelistas atque pastores. Cedit autem et in eorum injuriam, quasi sine Scripturis locuti sint, tuque Scripturarum judex esse possis aequior tam lectissimis viris. Sed crede, ecclesia a Deo docta, quos in rebus fidei tam videt concordes, ob tuam discordiam non abdicabit.*

M. *Senti ut voles, quando secus non vis. Non tamen excuties, quin de iis ac aliis plerisque apud quosque catholicos male sentire convincaris, nam et conscientiam quoque tuam de tanta obstinacia te arguere parum haesito.*

N. *Nec ego dubito, te mihi occurrere velle, sed non evicturum te, aeque non dubito. Veritas enim tandem, juxta Scripturas, vincet.*

O. *Si hoc est insultare, quod fraterne et pie monere, judicent alii. Tu vero quam omnibus insultes, dicant libelli, quos hactenus in ejusmodi emisisti, viderisque praesumere de Hussitarum et similium inventis, adeo ut (velut Deus ecclesiam suam reliquerit) nemo tibi occurrere possit. Sed exitus acta probabunt.*

P. *Ut video, nec pauca, nec multa, quantumvis solida certaque allegata a pertinacia tua te, etiamsi moveant, dimovere possunt, cum, quod semel contra commune ecclesiae Dei sentimentum protuleris, defensum habere velis. Qualia autem sint mea, catholica scilicet, quibus per veritatem refragari necquicquam possis, tua quoque aut false per te inducta, aut a te non intellecta, quam facile ostenderim, ipsae nostrae priores epistolae probabunt.*

Q. *Verba tua sunt, Martine, quae ad me scribis. Ab errore et violenta Scripturae torsione defendi nec*

possunt nec debent, scilicet Patres, de quibus continuo dixeras. Item et verba tua sunt de Patribus alibi. Eae[e] (inquis) expositiones eorum penitus extortae sunt et violentae. Item (quod pejus est) Patres proclives seu inclinatos fuisse Scripturas contra haereticos exponere aliter, quam textus habet in fundamento. Definisti autem e regione alibi sic scribens[6]: «Dicere, quod Augustinus contra haereticos excessive loquatur, est dicere, Augustinum fere ubique mentitum». Si ergo hoc est imponere Augustino, mentitum eum esse, si dicatur excessive locutus etc.; quanto magis est, ei imponere mentitum eum esse, si (quod tu facis) dicatur proclivis fuisse Scripturas aliter exponere. Item, vim eis inferre etc. ut supra, cum hoc ad affectum, cujus est mentiri, id est, falsum a proposito dicere, pertineat. Alterum vero ad intellectum, qui errare quidem potest, mentiri autem est voluntatis. Vides ergo, an quod voluerim ego, an quod tu scripseris, ex dictis tuis elicuerim. De quo et ad alias literas te remitto.

R. *Rogo ego te vicissim et obsecro, reverentius te habeas ad Patres, praecipue ad eum, cujus votivus es alumnus. Noli talia dicere, et non erit necesse, eas consequentias et corollaria producere, quae etiam si non producantur, prodeunt tamen sua sponte et in ea verborum forma aperte se offerunt. Desine ergo, iterum precor, ab hac intentione tua, ne te putes meliorem doctioremve Patribus, et terminos, quos cum ecclesia fortiter sentientes, posuerunt, ne transgredi praesumas. Alioqui praedico tibi, nunquam tibi bene cedet, si sic temere pergas, quo coepisti.*

S. *Non sunt tam obstrusae Vuiclefficae atque Hussiticae neniae, quibus te niti clare perspicio, ut majori acutia opus sit, gratia Dei assistente, quanquam majori opera atque labore bonis viris opus fortasse erit, si obstinacior contenderis. Potes autem, quandoquidem per eas, quas dixi, frascas parata quae vis in eis invenies.*

---

[e] Dr. Heę.

Sed iterum dico, cogitare velis victuram veritatem Deumque ecclesiae suae (ut semper facit) provisurum.

T. *Quando haec nostri, age tu melioris doctoris officium, qui ex proclivi Patres nedum errasse, verum et torsisse Scripturas et vim eis intulisse, atque hujusmodi alia asseris. Ex quibus, quid sequatur, jam supra ostensum est.*

U. *Si hoc, ut tu dicis, necesse est, artatam oportet dicas Dei sapientiam, quae in una litera non possit plura significare. Et ubi manebit, quod Scriptura dicit: «Ipse erit mihi in filium», quod de Salomone dictum tertius Regum*[7] *narrat, et Apostolus ad Hebraeos primo*[8], *de Christo? Sic et alia similia. Ubi manebit multiplex Scripturae sensus, quo praegnantem Scripturam sacram Patres sancti dicunt atque ostendunt? Et ipse Apostolus per allegoriam dicere Scripturas de duobus Abrahae filiis Galatis*[9] *scribit. Ubi nunc sunt tam acuti oculi tui? Nonne scriptum est*[10]: *«Pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia»?*

V. *Si hoc est impiissimum, dicere scilicet, Augustinum excessive contra haereticos locutum, erit utique plus quam impiissimum, dicere, eum Scripturas aliter exponere, quam in fundamento habent, contra haereticos, et hoc praecipue, ex proclivi eum facere et eisdem vim inferre etc. Id quod tu etiam in vernacula audacter facis, ut ex scriptis tuis supra adduxi*[11]. *At ego ubi ad singula verba hoc vel illud torqueam, quando ostendes? qui plane, quae tu dicis, attuli, quod aeque in superioribus literis apertissimum est. Absit enim, ut fraude tecum agam, aliudque intelligam et aliud dicam, qui tuam reductionem simplici atque fraterno animo semper intendi.*

W. *Longe aliud est, variare Scripturae expositionem, quod pro multiplici ejus sensu, de quo supra dictum est, nedum licet verum et laudabile est pro aliis et aliis ejusdem Scripturae sententiis ea uti, ut sancti*

faciunt; et aliud est (ut tu loqueris), ex proclivi aliter eam exponere, quam in fundamento habet et vim ei inferre etc. Quod tu, etiam si insanire velis, de Augustino ita nunquam docebis, scilicet ex proclivi sic eum contra haereticos agere, quanquam «torquere» pro «jaculari» sumptum admitterem; hoc enim est, adversarium veluti quadam Davidica funda prosternere ac superare.

X. *Mirus es tu rhetor, qui alteri sic ridicule imponis, quod tu ipse aperte dicis scribisve. Non enim hoc intelligo ego, sed tu ita loqueris. An oblitus es, quod in excusis Conclusionibus ais? «Dicere, quod Augustinus contra haereticos excessive loquatur, est dicere, Augustinum fere ubique mentitum» etc.*[12] *Et ut haec ita se habere confirmes, ita finis: «His nihil nos dixisse credimus, quod non sit catholicae ecclesiae et ecclesiasticis doctoribus consentaneum»*[13]. *Vides ergo, quid ego intelligam, quidque a te dictum mihi imponas, videsque, mihi per Dei gratiam oculos esse, qui et quid intendas et qua stropha utaris, perspiciant.*

Y. *Adhuc more tuo rhetoricaris. At non sunt tua tam remota neque obstrusa, quae opus habeant vocabulariis talibus, de qualibus dicis, neque ego eis usus sum, ut dicent, opinor, si qui legerint mea atque tua, qui et judicabunt, quam amice tibi venerim, et tu quam pulchre etiam nunc me exceperis. Itaque in tuis aliud pro alio me accipere, non est quod verearis, satis enim te intelligo, nec me clam est, quae tua sint principia, quod et supra significavi.*

Z. *Quem asinum nostrum velis, non satis scio. An forte Fratrem illum humilem, qui aliqua tua discussit*[14]*? quem quidem pro sua ad Christum et majores obedientia dicere posse confido, ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum. Vide autem, ne veluti equum indomitum, ecclesiae et praelatis tuis parum obaudientem, hi te aliquando, quorum interest, refrenent.*

Aa. *Suntne haec tua vocabularia, ut de aliis judices quidvis, ac indiligentes, tardos, audaces, asinos*

quoque habeas atque scribas, te vero omnibus praeloces, sapiens sis in oculis tuis, atque per hoc bellus tibi videaris? Jam dixi tibi, non tam remotam sapientiam tuam, quam putas, cum quantum vera sit ubive eandem repereris, apertum sit; deinde et quantum tibi ipsi constes, utique non latet. Sed de hoc alias; nam ita habere, vel transeunter tua legenti non potest non esse apertum.

Bb. Scripsi contra Picardos jussu majorum, summisi, quae scripseram, ecclesiae. Quam feliciter id egerim, nihil attinet dicere, dummodo (quod spero) gratum Deo fuerit, nec aliquis Picardorum, quod ego sciam, replicavit. Quod si tu nunc, posthabitis fere Hussitis, Picardis (quos paulo ante certos haereticos non false ipsemet scripto quoque nec semel asseruisti) patrocinari coeperis, crede tu mihi, responsionem, quam eis replicantibus, haereticis scilicet dignam, in Apologia promisi, tibi eorum patrono exsolvam, confisus in Domino, quod ingenii vires negant, ipse gratia sua pro ecclesia ipsius stanti mihi praestabit. Nec (dum semel coepero) vita comiti et ipso Domino cooperante cedam, crede mihi.

Cc. Quae priori epistola misi plura, sic accepisti amice, ut in responsali tua diceres[15]: «Vehementer mihi placuit tua diligentia, vir optime, qua tot excussisti libros» etc. Quae et quam apta fuerint, ex hoc apparet, quod nihil eorum nisi negative tergiversando refellere potueris. Quod si multa vera et in eandem veraciter coëuntia sententiam te non movent, minus certe movebunt pauca. Tu de arte militari videris gloriari; ego autem, cum Machabeo[16] de coelo victoriam esse sciens, strophas tuas despicio, confisus in veritate, quam a Deo habet ecclesia, quam tu persequeris, dicamque cum Davide[17]: Tu venis ad me cum gladio et hasta et clipeo, confisus scilicet in arte militari, ego autem venio ad te in nomine Domini etc.

Dd. Quod semel duntaxat tibi significavi, tu me tibi perpetuo objicere ubi ostendes? Nolo autem, si quid asperius, non quidem contra te, sed errores tuos dixero,

tu (quod pro veritatis defensione fiet) retaliationem[f] *aut veluti vindictam habeas. Neque mihi adeo displicet, te literas meas, ut fateris, communicasse. Per hoc enim et tuas communicare mihi licebit, quas hactenus in tui favorem apud me solum continui. Sed quod addis pro causa, ne causam tuam solus judicares, qua ratione id suspicabor, cum nedum non homines quoslibet, verum nec angelos tuarum rerum judices habere te velle clamites.*

Ee. *Nisi opiniones, jam diu condemnatas sopitasque atque extinctas haereses contra ecclesiae Dei fidem certissimam resuscitare conareris, certum est, in hac re nihil oportere scribi. Sed quia etiam convictus (quandoquidem Scripturis juxta verissimum ecclesiae intellectum), ut debes, non acquiescis, Patres posthabes, Concilia oecumenica contemnis et, veterum haereticorum libris perusus, quotidie scriptitas, quae nunc in vernacula quoque ad corrumpendum simplices emittis: quid putas? an non tibi respondendum? Erras certe, si sic putas, et secus experieris. Non enim deerunt, qui, praestante Domino, planius te convincant, adeo ut nec ipse in conscientia tua contra sentire possis, etiamsi, faciente animi tui obtinacia, verbo contradicas.*

Ff. *Nihil a me iniquum passum te esse reor, nisi commonitionem fraternam persecutionem habeas. Quod quam primum suspicari videbaris, ego, quoad potui, id exemi animo tuo, quo certum haberes, nihil me intendere (quod et nunc facio faciamque Deo praestante), nisi honorem Dei, reductionem tuam et animarum salutem, de quibus ad literas meas superiores te remitto. Quod si ab aliis offensum te putas, quid imputas hoc mihi? Neque vero aut meo hoc nutu, minus auxilio factum esse ostendes unquam. Mallem enim interim te, si possibile esset, hac via sanari. Quod quia tibi ingratum est, scis pro aliis saltem antidota confici oportere praeservativa, etiamsi acriora.*

---

f Dr. retalliationem.

Gg. *Vereor certe, ne Deus reddat nobis quotidie per te flagellum suum. Vide autem tu tibi. Nam post purgationem populi sui Dominus eidem (ut semper) misertus, flagellum (timor est) in ignem projiciet. Vult enim Deus per hujusmodi haeretica flagella, ut manifesti fiant (juxta Apostolum)*[18]*, qui probati sunt. Nolo autem sic me loqui, dure accipias, sed magis te ipsum emendes. Scis enim juxta veteres christianissimas synodos, a praesidibus ecclesiae, Papa et Imperatore, et toto Imperio in Comitiis numerosissimis tua esse damnata. Verendumque tibi, ne pejora secutura sint.*

Hh. *Ut pro me, qui solus ad te scripsi id, quod misi, loquar, fateor, me semper recusasse, imo et detestatum esse factionem a tempore, quo primum gliscere coepit; catholicus enim Dei dono et esse et permanere desidero. Hinc hanc rem tuam, qui a catholica dissides, ad me, ut omnes pertinere, quis negabit? intellige impugnandam. Quod utinam non oporteret! Oportet autem te obstinacius agente. At quod hoc sit se ingerere quasi negotio extraneo, nemo recte sentiens dicere poterit. Nec vero timor est, involvar, qui, involutus per te, Dei auxilio evoluturum me confido.*

Ii. *Placet mihi, quod tuae factioni me adversum esse semperque fuisse, et tu et omnes noverint. Hinc et in arce Lipsensi, priusquam infausta illa tua disputatio initium sumeret, verbis satis expressis mentem tibi meam aperui, commonuique modestius ageres. Quod vero ante et post, in scolis et cancellis contra tuorum pravitatem dogmatum, partim quidem atque temperantius, quam promeritus es, ego locutus sum, tu quasi occultos conatus habes? De eis vero, quae mihi scripsisti, gloriatus sum gloriorque in Domino, quod, si quae respondi, non advertisti, potero tibi ea cum foenore replicare. Deinde quod de furia tua misces, nihil quicquam me movet, quin potius, timore Domini ductus, quantumvis furias, dogmatibus tuis semper adversabor; quidni enim et in me furias agites, cujus furiam omnes catholicum sapientes,*

jam dudum experti sunt et incessanter experiuntur. Sed vide, ne usque ad vincula et catenas eas agites.

Kk. *Cum te hominem esse adhuc memineris, quid tam inhumane te exhibes ad eos, qui achristianis dogmatibus tuis pro domo Domini, quae est ecclesia, murum se opponunt*[19]*, non veritus etiam capita ejusdem, Papam, Christi generalem vicarium, et ipsius ecclesiae advocatum, Imperatorem, tam immaniter incessere. Unde autem tu nosti, me otiosum esse, quem in quotidianis laboribus ecclesiasticis versantem omnes nostri agnoscunt? Poteras autem et tu cum fructu laborare, nisi Erynnis infernalis te occupasset, ut tanta temeritate negotium perniciosum revera desumeres, quo perdantur animae, destruatur ecclesia, majestas contemnatur divina ad certamque provocetur vindictam. Putabas forte, tali tua furia omnes cohibiturum te, nec cogitare poteras, scriptum esse de Ismaele*[20]*, viro pugnaci: Manus ejus contra omnes et manus omnium contra eum. Quod de eis, qui intus sunt, dictum puta.*

Ll. *Premit te orbis, ut tu loqueris. Ego vero conscientiam longe amplius premere te propriam non dubito, si tamen quicquam luminis veri tibi adhuc superest. Nempe qui trabem in oculo tuo non videns, paululum te mordere vel simulas vel putas, cum tuis morsibus vix simile in quoquam etiam rabioso inveniatur, aliorum autem, majorum quoque ecclesiae, justas increpationes immodestissimorum luporum convulsionibus comparas. Si non est haec tua tanta insolentia, lupina quaedam convulsio, nullus unquam fuit lupus!*

Mm. *Tu sic institutus malles pacem et concordiam? Tu tota die scribis agisque, quae paci christianae atque sincerae concordiae penitus adversantur, et pacem velis? Dicis enim: pax, pax! et non est pax*[21]*. Num enim pacem componet ecclesia cum eo, qui summo conatu perdere ipsam laborat! Quod utique non faceres, si voluntatem Domini fieri revera optares. Desine ergo ab hac tua intentione, te precor, propter eum, qui in seipso habituros suos pacem promisit*[22]*.*

Nn. *Si ea, quae ad te scripsi (quae quidem ecclesiae sunt) intelligis, nec tamen acceptas atque per hoc neque ecclesiam audias, reputaberis utique, juxta verbum Christi, ut ethnicus, et voluntatem Domini sciens nec faciens plagis vapulabis multis*[23]*. Itaque quia quae scripsi tibi non vis, scribam ea aliis.*

Oo. *Qui Vuiclefficas atque Hussiticas ac similes haereticorum intelligit fraudes, ea utique, quae tua videri vis, non intelligere non potest, utpote eisdem malo foedere conciliata. Quae praefata, cum jam olim me non penitus latuerint, absque difficultate illa tua, quam primum etiam insidiose adhuc gliscerent, adverti, ac multos de eisdem cautiores reddidi. Nihil ergo mihi, in ecclesia catholica gratia Dei persistenti, opus est aut cura aut labore discernendi tua. Catholica vero (Deo laus) non sunt mihi penitus ignota. Cura permaxima autem esse debet omnibus, ut veluti labem ac necem animae, invocato Deo, illa tua*[g] *devitent.*

Pp. *Tunc quidem, nec ante, Christum tibi propitium spera, quando sanam, id est catholicam sustinueris doctrinam, et magistros illos tuos prurientes auribus abdicaveris, ipseque errorum magister esse desieris. Non enim propitio, sed irato Christo ab ecclesia excidisti, ac sectis te contaminasti haereticis in nihilum facile redigendis. Frustra igitur minaris, non passurum te convelli tua tam absurda ac frivola. At ego minus patior Deo adjuvante convelli aut subrui catholicae fidei veritates et sentimenta ecclesiae certissima. Vellem autem te advertisse, quantum orbi christiano expedisset monitiones fraternas atque errorum tuorum ostensiones, passum te potius et gratanter amplexum, secutumque in hoc Tauleri tui doctrinam, ex quo tantum theologiae, quantum ex nullis aliis didicisse te gloriaris, quam sic insolenter contra stimulum calcitrare. Quod utinam vel hodie perpendas!*

---

g Dr. rua.

[1] Hoh. Lied 6, 8. — [2] ed. Migne, T. VIII, 175. — [3] l. c. p. 175. — [4] ep. 53 (al. 103), §. 7. ed. Migne I, 544. [5] Ephes. 4, 11 f. — [6] vgl. Nr. 213, Note 78. — [7] vielmehr 2 Reg. (= 2 Sam.) 7, 14. — [8] V. 5. — [9] 4, 22. — [10] Dan. 12, 4. — [11] vgl. Nr. 213, Z. 382. — [12] vgl. opp. v. arg. I, 315. thes. 1. — [13] ib. thes. 99. — [14] Alveld, aus dessen Erwähnung sich auch die ungefähre Zeit der Abfassung unseres Dialogs bestimmt; vgl. Einl. zu Nr. 220. — [15] Nr. 137, Z. 4 ff. — [16] 1 Macc. 3, 19. — [17] 1 Sam. 17, 45. — [18] 1 Cor. 11, 19. — [19] vgl. Ezech. 22, 30. — [20] 1 Mos. 16, 12. [21] vgl. Jerem. 8, 11. — [22] Joh. 16, 33. — [23] Matth. 18, 17; Luc. 12, 47.

Nr. 221.

(Wittenberg.) (Ende September 1519.)

Luther an Hieronymus Emser.

Die Aeußerungen Luther's auf der Leipz. Disputation über die Böhmen und Hus, sowie die Briefe der beiden Böhmen (Nr. 195, 196), welche ihrem Inhalt nach Emsern bekannt geworden waren, veranlaßten diesen an Joh. Zack in Prag einen Brief zu schreiben (vgl. Nr. 195, Note 1), den er auch sofort durch den Druck veröffentlichte, worin er unter dem Scheine der Unpartheilichkeit Luthern gegen den Verdacht der böhmischen Ketzerei in Schutz nahm. Luther vermuthete aber dahinter die Absicht, diesen Verdacht gegen ihn nur stärker erregen zu wollen, und antwortete durch eine heftige Streitschrift: Ad Aegocerotem Emserianum M. Lutheri additio, welche ganz in Briefform abgefaßt ist. Wir führen sie deßhalb hier unter den Briefen an, während wir für den Text auf die opp. var. arg. IV, 3 verweisen.

Nr. 222.

Wittenberg. 1. Oktober 1519.

Luther an Kurfürst Friedrich von Sachsen.

Auf den von Miltitz erhaltenen Brief (Nr. 216) meldet Luther dem Kurfürsten, daß er den 9. Oktober zur Zusammenkunft in Liebenwerda bestimmt habe.

Original: 1. Cod. Gothan. A. 379. Nr. 8 (Aufschrift von Spalatin's Hand über der Adresse: A. [= anno] 19; unter derselben: d. Martinus. Die Adresse ist sehr defekt); — Drucke: 2. Erl. Ausg. Bd. 53. S. 37, Nr. 10, woselbst auch die übrigen Drucke angegeben sind. Erl. und de Wette mit dem falschen Datum 30. September.

Wir verweisen für den Text auf 2, wo nach dem von uns verglichenen Original zu verbessern ist: Z. 7. Patronen † &c. — Z. 21. so es E.

[1] Siebenwerda, in der Nähe Wittenbergs, an der schwarzen Elster, im jetzigen R.-B. Merseburg.

Nr. 223.

(Wittenberg.) 3. Oktober 1519.

Luther an Joh. Staupitz.

L. übersendet den Commentar zum Galaterbrief, schreibt über seine bevorstehende Unterredung mit Miltitz; ferner von Ordensangelegenheiten; von den beiden Briefen aus Böhmen; von Thesen Melanchthon's; von des Erasmus Urtheil über ihn und Eck; von dem Haß des Bischofs von Brandenburg; von Staupitzens Kälte gegen ihn; von einem ihm feindlichen Franziskaner-Capitel in Wittenberg; von des Fontinus Disputation; von einem Traum in Bezug auf Staupitz.

Drucke: 1. Aurif. I, 209; 2. Löscher III, 983; 3. de Wette I, 340. — Deutsch: Walch XV, Anh. XXXVI.

Wir geben den Text nach 3.

Reverendo et optimo Patri Johanni Staupitio, Eremitarum S. Augustini Vicario, suo in Christo colendo patrono ac majori.

Jhesus.

Salutem. Mitto duo exemplaria, R. P., insensatorum Galatarum[1] meorum. Nec jam adeo placent, quam placuerunt primum, ut videam potuisse latius et clarius eos exponi; sed quis omnia simul? imo quis semper multa? Confido tamen apertiorem esse

Paulum istum, quam antea ab aliis factus sit, etsi stomacho meo non satis facit. Psalterium proficit[2], nisi quod typographo tardo moror. Princeps noster redditus sanitati[3] moratur Lochae.

Carolus Miltitz diem mihi dixit in Libenwerd Dominica proxima, consensu Principis, datis ad me suavissimis (vulpem intelligo) literis. Quid futurum sit nescio. Rosam tandem obtulit Aldenburgi[4], absente Principe, quam nescio quanta pompa conatus fuerat Wittembergam ducere.

Nihil adhuc ex convocatione Erfurdiana[5] vidimus, nisi Petri fratris conversi[6] obedientiam: quem Prior noster[7] nondum dimittit, quod expectat alium in locum ejus, non credens te hunc conventum minoris facere Dresdensi. Frater Matthias Gruneus[8] etiam venit procurator noster factus. Necdum quid fieri velis de libris apud me relictis, video, idque miror valde.

Vellem plures ad nos fratres et eos idoneos mitti. Scripsit mihi uterque Prior inferiorum partium[9], Jacobus[10] et Heinricus[11], querulosissime ac desperate prorsus, tete implorantes, nihil agi per eorum Vicarium, missuros tamen dicunt se fratres, imo se ipsos venturos; sed non fiet, cum in paschalibus datae sint literae, nec dum comparent.

Accepi hac hora ex Praga Bohemiae literas[12] sacerdotum duorum factionis illius de utraque specie, eruditos sane in Scripturis sanctis, una cum libello Johannis Huss[13], quem nondum legi. Exhortantur autem me ad constantiam et patientiam, esse hanc theologiam puram, quam doceo. Erasmisant miro modo tam sensu[14], quam stylo; venerunt autem per aulam Principis nostri, mittente Spalatino, ad me, nec jam ibi occultum est.

Philippi positiones[15] vidisti aut nunc vides audaculas[16], sed verissimas. Ita respondit, ut omnibus nobis esset id quod est, scilicet miraculum[17]. Si Christus dignabitur, multos ille Martinos praestabit, diabolo et scholasticae theologiae potentissimus hostis;

novit illorum nugas simul et Christi petram; ideo potens poterit. Amen.

Venerunt literae ex Gallia, in quibus scribitur Erasmum dixisse: timeo Martinum perire probitate sua; de Eccio autem, quod nomen suum privaverit una litera, scilicet quod pro Eccius Jeccius dici debuerit: Jeccius autem Hollandis fatuum significet[18]. Adeo pugnat Christus cum vana gloria, ut quem Lipsenses adorant et Eck vocant, eruditi omnes, ut illi scribunt, mire detestati Jeck appellent.

Episcopus meus Brandenburgensis monstrum parturit, bonus homo, et sicut Moab, plus praesumens quam possit[19]. Dixisse fertur, non reclinaturum se caput suaviter, nisi prius Martinum in ignem projiciat, sicut titionem, inquit, istum, quem (haec dicens) simul in ignem conjecit[20]. Sed tam inflat Ecciana ventositas hanc miseram vesicam.

Verum haec de aliis. De me quid vis? Nimis me derelinquis[21]. Ego super te, sicut ablactatus super matre sua[22]; tristissimus hac die fui. Obsecro te, Dominum laudes in me etiam peccatore; vitam odi pessimam, mortem horreo, et fide vacuus sum, aliis donis plenus, quae scit Christus quam non desiderem, nisi ei serviam.

Minores apud nos, capitulo coacto, disputant de stigmatibus S. Francisci et gloria ordinis sui, sed adeo feliciter, ut qui ante utrumque venerati sumus, jam dubitare incipiamus, tam de stigmatibus illis quam de ordinis istius conditione. Utraque falsis similiora quam veris inventa sunt: contigit eis illa nimio extollentibus, quod praedicatoribus S. Thomam nimium celebrantibus. Perduxit eos in has disputationes Martini hujus invidia, quae disseminaverat rumorem, me contra stigmata illa praedicasse[23]. Ideo ansam contra me se adeptam putantes, mihi speraverunt nonnihil se exhibituros negotii. Et vere felix sum, quem adeo omnes delectat impugnare, ut etiam fingere incipiant dogmata, quae tanquam mea impugnent; verum doleo, quod universam suam professionem ita ludibrio traducunt sine causa.

Erfurdiensis fuit, qui haec disputavit, ille scilicet, qui cum Lango nostro socius magisterii fuit. Cras Petrus Fontinus[24] disputabit, qui me et omnes nos doctulos et sciolos pungens, posuit hallucinandum esse cum patribus primoribus. Videbimus miracula magna Minorum istorum operariorum. Ita concitant homines isti ignari tragoedias sine causa. Quid? Baccalaureus eorum Jacobus[25], qui hodie pro circulo respondit, quia modestus fuit, et positiones recte posuit, praecellit illos utrosque Magistros Nostros. E Zwickavia hic est, Wittembergae educatus, bonus et ingeniosus pariter. Sic Christus superbos humiliat, et humiles exaltat.

Hac nocte somnium de te habui, tanquam recessuro a me, amarissime me flente et dolente, verum te manu mota mihi dicente, quiescerem, te reversurum esse ad me; hoc certe verum factum est hoc ipso die. Sed jam vale, et ora pro me miserrimo. Vigilia S. Francisci, vesperi, 1519.

F. Martinus Lutherus.

1 vgl. Nr. 214, Note 1.

2 Die operationes in Psalm., wovon 1519 nur Ps. 1—5 erschien (opp. exeg. T. 14, praef.).

3 vgl. Nr. 215, Note 1. — 4 am 25. September; vgl. Nr. 212, Note 11.

5 Zweck und Bedeutung derselben ist unbekannt. Es war vielleicht ein Districtscapitel, welches Lang abgehalten, wofür jedoch kein Analogon aufzuweisen ist, Kolde, Augustinerc. S. 326, Note 1.

6 Ueber frater conversus vgl. Nr. 184, Note 4.

7 Conrad Helt. — 8 vgl. Nr. 184, Note 3.

9 Die infer. partes sind die Niederlande.

10 Jakob Probst, Prior in Antwerpen, vgl. Nr. 191, Z. 5 und Note 3, daselbst Luther's Schüler genannt, er war im J. 1509 Magister zu Wittenberg geworden. Vgl. über ihn bes. Janssen, Jacobus Praepositus, Luthers Leerling en vriend. Amsterd. 1862 und 1866; Seidemann in der Ztschr. f. hist. Theol. 1873. S. 159.

11 Der bekannte Heinrich von Zütphen, Prior in Dordrecht (vgl. Nr. 26. Z. 60 und die Note), vgl. Iken, Heinr. v. Zütphen. Halle 1886. S. 10; es handelte sich um Einführung geeigneter Maßregeln im Sinne der Reformation,

wozu der Vikar Johann von Mecheln (vgl. Nr. 20, Note 8; auch Johann von Osbach genannt) nicht die Hand bot.

[12] Nr. 195 und 196. — [13] de Ecclesia, vgl. Nr. 196, Note 4.

[14] Seidemann, Leipz. Disp. S. 84: Diese Aeußerung Luther's scheint für seine Abneigung gegen die Böhmen zu zeugen.

[15] Die von Melanchthon zur Erlangung des theol. Baccalaureats am 9. Septb. 1519 gestellten Thesen, welche verloren schienen (vgl. Ranke, Deutsche Gesch.[5] I, 287; Förstemann im CR. I, 125; Schmidt, Melanchth. S. 44), und von Krafft abschriftlich in der kgl. Bibliothek zu Berlin aufgefunden und in seinen „Briefen und Documenten" (1875) S. 6 veröffentlicht wurden. Daß sie gedruckt waren, ergibt sich aus dem Briefe Eck's an den Kurfürsten vom 8. Novemb., s. unten.

[16] besonders die 18.: Ergo citra haeresis crimen est non credere characterem, transsubstantiationem et similia.

[17] Fast zu derselben Zeit wird der gleiche Ausdruck in Beziehung auf Mel. von dem eifrigsten Gegner der Reformation, Cochleus, gebraucht: Lutherus Philippum sic alienavit a recta scribendi dicendique ratione, qua juvenis ille ad miraculum usque longe supra aetatem cum gloria Germaniae pollebat. (Krafft, l. c. S. 2.)

[18] vgl. Eck, Schutzred. Kindtlicher vnschuld wider den Catechisten Andre Hosander ꝛc. 1540. Bl. Bj[b]: „wie die Ehrendieb mich lang in vielerlei Gestalt malen lassen, auch ein Sau ins Kartenspiel gebracht, gehobelt, gebraten, jetz Doctor Keck ...., dann Doctor Geck" u. s. w.

[19] Jesaj. 16, 6; Jer. 48, 29.

[20] Zu dieser Stelle bemerkt Seckend. lb. I. §. 57: Spalatinus tamen in *hist. Ms.* autor est, Episcopum hunc postea aequo animo erga Lutherum fuisse, ut existimaretur publice Evangelium recepturus fuisse, si supervixisset. (Hieronymus Schulz, Scultetus, starb am 29. Oktober 1522 als Bischof von Havelberg, wohin er im September 1520 von Brandenburg kam.)

[21] Durch seine Vertheidigung Luther's in Augsburg Cajetan gegenüber hatte sich Staupitz den Römischen sehr verdächtig gemacht; der Erzbischof Matthäus Lang von Salzburg suchte ihn deßhalb zunächst äußerlich von Luthern zu trennen und nach Salzburg zu ziehen. Durch die äußerliche Trennung scheint auch eine innerliche Entfremdung von Luther's Sache eingetreten zu sein, was sich jedoch nach seiner zeitweisen Rückkehr nach Norddeutschland im nächsten Jahr wieder änderte; vgl. die Briefe an Spalatin vom 1. Mai 1520.

[22] vgl. Ps. 131, 2.

[23] Kolde, Luther I, 383: Wenn die Franziskaner auf einem Capitel zu Wittenberg auch die stigmata verfochten, so bezieht sich dieß wohl auf eine dunkle Kunde von einer Stelle in seinem Galaterbriefe; vgl. ed. Erl. III, 46 f.

[24] Petrus Fontinus (so, nicht Fontanus zu lesen, wie Seidemann-de Wette VI, 622 vermuthet, nachher aber in der Ztschr. f. hist. Theol. 1874. S. 136 zurücknimmt), Franziskaner aus Borna, daher Fontinus, war später, 1523, Minister der sächsischen Provinz des Franziskanerordens, und trat als solcher der Reformation in Görlitz feindlich gegenüber, wandte aber bald darauf sich ihr zu, verheirathete sich in Breslau, ward 1525 Prediger zum heil. Geist daselbst und war später Pfarrer in Wohlau; vgl. des Mag. Joh. Haß, Bürgermeisters in Görlitz, Rathsannalen (Scriptt. rer. Lusaticor. Neue Folge, Bd. 4. 1870) S. 223; Kämmel, Joh. Haß, im Neuen Lausitz. Mag. Bd. 51. S. 130; Köstlin, Joh. Heß. S. 217.

[25] Jakob Fuhrer, aus Zwickau; Alb. p. 75: Fr. Jacobus Fuhrer Cigneus, Dioc. Numburgens. Minoritanus Theologie Baccalaureus 2. Octob. 1518.

Nr. 224.

(Wittenberg?) (10. [?] Oktober 1519.)

Luther an Spalatin[1].

Kurzer Bericht von der Unterredung mit Miltitz am 9. in Liebenwerda; in der Nachschrift: daß sie sich in ihrer Ansicht von der Gewalt des Papstes einander sehr genähert haben.

Original: **1.** Cod. Gothan. A. 379. fol. 4 (am Rande defekt; wir bezeichnen die zu ergänzenden Worte durch [ ]; Aufschrift Spalatins: Colloqu. D. Martini | Lutheri cum D. Carolo | de Miltiez apud | Liebenwerdam. | M.D.XIX.); — Drucke: **2.** Seckendorf, hist. Luth. lb. I. §. 47; **3.** Löscher III, 835; **4.** Strobel, Lutheri epistolae, ed. Ranner, Norimb. 1814. p. 52; **5.** de Wette I, 343. — Deutsch, nach Spalatin's Uebersetzung: Cyprian, Urk. II, 140; Löscher III, 835; Walch XV, 902.

Wir geben den Text nach 1.

Jhesus[a].

Primo mihi mandata dedit[b], salutem suo nomine dice[rem] Illustrissimo Principi nostro. Secundo, salutem quoque tibi eodem mandato[c] dicerem.

---

[a] Jhesus fehlt 2—5. — [b] † (Miltitius) 2—5. — [c] nomine 3. 4. 5.

Tertio, an pacto, quod Aldenburgi placuerat[d], de judice[e] Archiepiscopo Treverensi starem. Respondi, utique. At hic ultimus actus fabulae. In fine his dictis commissionem apostolicam sese expedivisse ajebat, profecturumque se mox Romam[f2], noluisse se discedere, nisi hanc commissionem[g] ore mecum tractasset.

Martinus Luther.

Vice chori[3] tandem lusimus de potestate papae, in quo convenimus, papam non habere jure divino eam potestatem, quam modo habet, aliam tamen commissionem a caeteris ap[ostolis], quae cum a me quaereretur, quomodo aliud a potestate esset? di[xit]: eandem tandem[h] esse, nisi quod in aliam partem orbis Petro tradita. O wir wollten der Sachen bald eins werden! dix[it][i].

[1] de Wette, auch Seidemann, Miltiz S. 17, halten diesen Brief für ein bloßes Bruchstück eines Briefes. Dem widerspricht aber das darüberstehende Jhesus, sowie die Aufschrift Spalatin's. Uns scheint es ein, vielleicht noch in Liebenwerda, dann also noch am 9., eilig geschriebenes Billet zu sein, in welchem er den Freund kurz von den Hauptpunkten der Unterredung benachrichtigt.

[2] vgl. den Brief des Kurfürsten an Miltiz vom 12. Oktober. — [3] Seckendorf l. c.: quo scil. scenae [d. i. die Schauspiele] finiuntur.

[d] placuerit 2—5. — [e] de judice fehlt 3. 4. 5; 2 hat de Luthero, was freilich keinen Sinn gibt, weßhalb es 3—5, die 2 folgen, wegließen. — [f] domum 2—5. — [g] † in 3. 4. 5; commissionera (!) ore 2. — [h] tamen 3. 4. 5. — [i] dixit fehlt 2—5.

Nr. 225.

Mühlberg. 10. Oktober 1519.

Miltiz an Kurfürst Friedrich von Sachsen.

Miltiz berichtet über die Unterredung in Liebenwerda, besonders daß Luther eingewilligt mit ihm zum Kurfürsten von Trier zu reisen. — Beantwortet 12. Oktober.

Drucke: 1. Cyprian, Urk. I, 421; 2. Löscher III, 836. Wir geben den Text nach 1.

Durchleuchtigster, hochgeborner Fürst und Herr! Meine unterthänige, gehorsame Dienste sind Euren Curf. Gn. zuvoran bereit. Genädiger Curf. und Herr! Als Herr Fabian von Feylschz jungst zu Aldenburg[1] von wegen Eur Curf. Gn. Doctor Martinus Sache belangende mit mir geredt, und ich darauf Eure Curf. Gn. geantwort durch mein Schreiben, daß selbest ken Liebenwerde will kommen, do mit Doctor Martino zu handeln und sein Gemuth zu verstehn, laß ich Eur Curf. Gn. wissen, daß ich gestern bei seiner Wirde gewest und mich nach aller Nothdorft mit ihm unterredt, und ist zufreden, zu meinem genädigsten Herrn von Trier mit mir zu reisen, do, als ich zu Gott hoff, diesen Erthum allenthalben niederzulegen. Ich hab sulchs och heut meinem gn. Herrn von Trier geschrieben, dobei synen Genaden Eur Curf. Gn. Schriben mit uber geschickt. Wenn ich Antwort erlange, will ich dieselbige ufs förderlichste Eurn Curf. Gn. zufertigen. Domit will ich mich ufs demüthigste und unterthänigste Eurn Curf. Gn. als meinem allergenädigsten Herrn entpholen haben. Gegeben zu Mülburgk am Montagk nach Dionisi 1519.

E. Curf. Genaden

unterthäniger demuthiger Capellan

Carolus von Miltitz.

[1] am 25. September; vgl. Nr. 212, Note 11.

Nr. 226.

Lochau. 12. Oktober 1519.

Kurfürst Friedrich von Sachsen an Miltitz.

Antwort auf Nr. 225. Er macht auf den Gegensatz aufmerksam, welcher zwischen Miltitzens und Luther's Bericht über die Verabredungen zu Liebenwerda bestehe. Er habe mit dem Kurfürsten von Trier verabredet, Luthern auf den nächsten Reichstag mitzubringen. — Miltitz antwortete am 14. Okt.

Drucke: 1. Cyprian Urk. II, 131; 2. Löscher III, 387.

Gott walts.

Von Gottes Gnaden Friderich, Herzog zu Sachsen und Churfürst. Lieber, Andächtiger und Rath! Wir haben euer Schreiben auf die Handlung, so ihr mit Doctor Martinus gehabt, vernommen, und als ihr unter andern darinnen anzeigt, daß derselbe Doctor Martinus zufrieden sei zu unserm Freund von Tryer mit euch zu reisen 2c.; derhalben wollen wir euch nicht verhalten, daß uns Doctor Martinus hat berichten lassen, daß ihr ihme gefragt, ob er nochmals bei der Abrede und Unterhandlung, zwischen euch und ihme hievor zu Aldenburg beschehen, bleiben und bestehen wollt und unsern Freund, den Erzbischof zu Tryer zu Richter zu erleiden: darauf hätt er geantwort: ja, er mocht unsern Freund von Tryer zu Richter wohl erleiden; und ihr euch endlich sollet haben vernehmen lassen, ihr hätt' nun den bebestlichen Befehl ausgericht und wollt' zu Stund euern Weg gen Roma nehmen; ihr hätt' auch euern Bescheid nit nehmen wollen, ihr hätt' denn diese Sache zuvor mit ihme mündlich gehandelt 2c., das sich unsers Ermessens mit euer Anzeige nit vergleichen wurd. Daß ihr aber anzeigt, daß ihr unsern Brief dem von Tryer zugeschickt, deß hätten wir uns nit versehen. Denn wir haben euch nähst geschrieben, wenn der Brief mit einem Boten sollt überschickt werden, daß wir selbst einen darzu bestellen wollten, und daß ihr uns den wieder zusenden sollt. Dann wir haben unserm Freund von Tryer darinnen geschrieben auf den Abschied, so wir zu Franckfurth mit seiner Lieb Doctor Martinus halben gehabt, wenn ein Reichstag fürgenommen und wir den besuchen werden, daß wir alsdenn Doctor Martinum mit uns bringen; wurden wir aber solchen Reichstag beschicken, daß wir Doctor Martinus auch mit schicken wollten. Das haben wir euch nicht verhalten wollen, denn euch zu Gnaden sind wir geneigt. Datum zur Locham, am Mittwoch nach St. Dionysien-Tag Anno Domini 1519.

Nr. 227.

Lochau. 12. Oktober 1519.

Kurfürst Friedrich von Sachsen an Joh. Eck.

Schickt ihm hiebei Copie des Briefs Luther's und Carlstadt's vom 18. August (Nr. 205), deren Absendung sich aus mancherlei Verhinderungen verzögert habe. — Beantwortet am 8. November.

Drucke: 1. s. Nr. 198, 1. Bl. A_4^b. (Bei Löscher fehlt dieser Brief.)

Dem Wirdigen und Hochgelehrten, unserm lieben Besundern, Herrn Johann Ecke, Doctor ꝛc.[a]

Von Gottes Gnaden Fryderich, Herzog zu Sachsen, Churfürst und Vicari ꝛc.

Unsern Gruß zuvor. Wirdiger, hochgelehrter, lieber Besunder! Nachdem ihr uns hievor auf die ergangen Disputation zu Leypßig D. Martinus Luther und Doctor Andreas Carlstat halben geschrieben, darauf wir euch in unser Antwort angezeigt, daß wir solich an die Gedachten wollten gelangen lassen, wie wir dann gethan; als geben wir euch zu erkennen, daß dieselben darauf hievor für guter Zeit wieder an uns geschrieben, wie ihr ab inliegender Copeien vernehmen werdt. Und hätten euch sollichs lang gerne geschickt, so ist doch das aus etlichen Verhinderungen verblieben[1]. Das wollten wir euch nicht verhalten, dann euch zu Gnaden seind wir geneigt. Datum zu Lochaw am 12. Tag des Monats Octobris Anno Domini 1519 ꝛc.

[1] Es ist demnach nicht ganz richtig, wenn Löscher III, 626 sagt: „D. Eck, nachdem ihm von dem Churf. Hofe das Schreiben dieser Theologen war zugesandt worden, hat darauf erst am 8. Nov. geantwortet".

---

[a] Adresse im Druck am Ende.

Nr. 228.

(Wittenberg.) 13. Oktober 1519.

Luther an Spalatin.

Er habe Miltitz nicht die Reise nach Trier, sondern nur seine Bereitwilligkeit zugesagt, den Kurfürsten daselbst als Schiedsrichter anzuerkennen. Was man in Rom von Miltitz erzählt. Ueber die Schriften einiger Gegner. Entschuldigung über seinen schnellen Weggang bei einem Gastmahle. Von der Pest in verschiedenen Gegenden. Zum Schluß drängt er, daß seine und Carlstadt's Antwort an den Kurfürsten (Nr. 205) dem Eck überschickt werde.

Original: **1.** Anhalt. Ges.-Archiv; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 33; **3.** Cod. Jen. a. f. 59; — Drucke: **4.** Aurif. I, 211b; **5.** Löscher III, 985; **6.** de Wette I, 344. — Deutsch: Walch XV, Anh. XXXVII.

Wir geben den Text nach 1, die Varianten nur von 6, der mit 4 und 5 übereinstimmt.

Christi servo Georgio Spalatino, ab epistolis et sacris Principis Electoris Saxoniae, suo in Domino.

Jhesus.

Salutem. Ne verbum quidem, sed nec cogitatio mihi fuit unquam, mi Spalatine, cum Carolo de profectione mea ad Trevirim; miror hominis audaciam vel oblivionem, qui vix ei concessi, ut Libenwerdam venirem; quomodo fiet[a] verisimile, tantum iter et ipso socio promitterem? Non dubites itaque, aliud nihil me esse pactum, quam ut juxta Principis nostri et jussum et consilium (cujus ob hoc nomen et acta cum Trevirensi Episcopo intercensebam) perstarem in voto et pacto, quo Aldenburgi nobis convenerat in Episcopum Trevirensem judicem causae hujus: de judice, inquam, sola fuit mentio, de profectione nihil.

Adde, quod idem Carolus dixit, se non Tre-

---

[a] sit.

virim, sed Romam mox hoc itinere profecturum, atque se jam expedivisse suam commissionem, quam ex Urbe habuisset. Denique ego suspicatus fui, non ob aliud eum voluisse denuo mecum personali praesentia de re jam diu certa loqui, quam ut in Urbem rediens haberet, quo diligentiam suam commendaret, videlicet qui non semel mecum egisset personaliter, omniaque tentasset, quae potuisset.

Verum credo frustratum sua spe ita nugari prae angustia conscientiae, aut more suo fabulari. Talem enim nobis descripsit heri in prandio Doctor quidam, Praepositus Collerburgensis[1] Pomeranus, qui ex Urbe veniens mecum apud Principem Pomeranum Rectorem nostrum[2] pransus retulit, eundem in Urbe pro nescio quo haberi. Jactasse enim ibidem sese de affinitate Ducum Saxoniae[3], ita, ut passim apud Italos de parente Duce Saxoniae (id est, de parentela Ducum Saxoniae) fuerit appellatus, et multa alia ridicula et vana: breviter, homo miserandus est, ludibrio illic[b] passim habitus, hic habendus similiter.

Retulit idem Doctor, fuisse traditum ei Breve apostolicum rosam allaturo, in quo ei mandaretur, ut rosam Principi sic offerret, ut Martinum vicissim mitteret, fuissetque ita progressum, nisi prudens quidam Cardinalis intervenisset, qui lecto Brevi dixit multo stomacho: Puerine omnes estis, an insani, ut monachum emere tentetis a Principe? atque mox eum discerpsisse manibus propriis idem Breve.

Sylvester Prierias meus tacet (ipso referente), alius autem Cyprianus frater Parrhisensis[4] scribit contra me, mandato Papae, sed invitus; dixisse enim eum refert (ut illius verba ponam): Papa vult, ut[c] scribam, sed facio male libenter; frater ille verbosus est, non tacebit. Dialogus meus durus est illis, et Romae bene notus.

Literas Universitatis Lipsensis nondum habeo; inveni autem denuo hominis illius Rubii Longipolli[d][5] insanias istas vernaculas in meum nomen crassantis[e]:

[b] ille. — [c] ut fehlt. — [d] longipilli. — [e] grassantis.

mirum, quam delectet Lipsenses per hanc fistulam idoneam sibi sua venena efflare. Ut anxie quaerit invidia causas maledicendi, sed contemno adhuc omnia.

Abitionem meam perproperam excusa, quaeso. Feci enim, quod sciam nomen monachorum male audire propter aulas et ollas; tum quod nolui scandalum esse homini illi, de quo tibi dixi, cui videbar mihi esse gravis et molestus conviva. Scis, quam propter unum hominem etiam multa omitti oporteat, quae liceant[6]. Vides etiam, quam acute Lipsenses me observent. Quod si ille occulte Lipsensibus suis scribat, me fuisse laetum ac levem, lusisse etiam tesseris cum pistorio[f] nostro, et illi ansa arrepta, et vitam meam cum verbo, quod odiunt a me doceri, conferentes, evangelio Christi mei occasione impedimentum praebeant[7]? Quid enim non scriberent, qui per Rubium effutiunt, quod Lipsiae in manu complicatum ac compressum sertum odoris et spectandi gratia gestavi, libentius dicturi, quod in capite gestassem, si auderent? Satis cavere omnia non possum nec volo, infirmitati tamen et invidiae, quantum possum, locum dabo. Nullo ergo contemptu festinavi, sed timore offensionis.

Helvetios pestis[8] saeva percutit, ita ut 16000 virorum absumpserit, exceptis parvulis et mulieribus. Retulit haec Doctor Praepositus, qui supra[g]. In Creutzberg[9] virgines 18 in monasterio una cum Praeposito eorum absumpsit, in Sangerhusen 8 Fratres cum Priore eorum simul, dicitur et Nurnbergae furere, et fere ubique. Ita nobis scribitur ex nostris locis. Pater Vicarius[10] 24. Septembris sanus Nurnbergam venit, inde Monacum.

Jam incipio etiam optare et petere, ut ad Eccium mittantur, quae respondimus Principi nostro[11]. Scripsit ille summo Pontifici, jactans suas glorias, quod nos duos victos prostratosque Lipsiae reli-

---

[f] Pistorio. — [g] † etc.

querit: homo totus gloriaceus, glorianus, gloriensis et gloriosus, ausus etiam a summo Pontifice petere expensarum suarum in hac re vicem. Retulit haec Doctor Praepositus, qui supra[h]. Vale. Raptissime, die quinta post Dionysii 1519.

F. Martinus Luther.

[1] Löscher hat in Klammer: Colbergensis.

[2] Herzog Barnim von Pommern.

[3] Heinrich der Erlauchte hatte in dritter Ehe eine Elisabeth von Maltitz, die auch für eine Miltitz gehalten worden ist; gestorb. 14. Januar 1300; vgl. Seidemann, Miltitz S. 18 und die dort angef. Quellen.

[4] Es ist der schon Nr. 190, Note 7 erwähnte Dominikaner Cipriano Beneti gemeint, welcher, aus Arragonien gebürtig, hier Parisiensis heißt, weil er in Paris Magister geworden war. In dem Rotolo de' Professori dell' Università di Roma per l'anno 1514 (bei Renazzi, stor. dell' Univ. di Roma II, 236) wird er unter den Theologen erwähnt. Vgl. über ihn Quetif et Echard, Scriptorr. ord. Praedicat. 1721. T. II, 49, wo jedoch unter seinen Schriften keine gegen Luther aus dieser Zeit aufgeführt wird, er scheint demnach sein Vorhaben nicht ausgeführt zu haben.

[5] vgl. Nr. 214 Note 3 und Nr. 212 Note 3.

[6] vgl. 1 Corinth. 8, 13. — [7] vgl. 1 Corinth. 9, 12.

[8] Ueber diese Pest vgl. Bullinger's Rfgsch. ed. Hottinger und Vögeli, 1838. Bd. I. S. 28. In Zürich wüthete sie besonders im August, auch Zwingli wurde von ihr Ende September ergriffen.

[9] Creuzberg, 1/4 Stunde unterhalb Vacha an der Werra, daselbst war ein Augustiner-Nonnenkloster (Ztschr. des thür. Gsch.V. II. H. 1. S. 110. 113).

[10] Staupitz.

[11] Nr. 205; der Brief war jedoch schon abgeschickt, vgl. Nr. 227.

[h] † etc.

Nr. 229.

Wittenberg. 14. Oktober 1519.

Luther an Martin Seligmann[1], Vicar im Thal Mansfeld.

Auf die Anfrage S.'s, wie sich der Christ, insonderheit der Seelsorger bei der Pest und andern Landplagen verhalten solle, antwortet L., daß den Schwachen zu fliehen erlaubt sei, der Geistliche aber bei seiner Gemeinde aushalten müsse.

Drucke: 1. Aurif. I, 213b; 2. Löscher III, 987; 3. de Wette I, 347. — Deutsch: Walch XXI, 642.
Wir geben den Text nach 3.

Sacerdoti et servo Christi, Martino Seligmann, Vicario in Valle Mansfeld[2], suo in Christo charissimo.

Jhesus.

Salutem. Accepi literas tuas cum quaestionibus tuis, vir optime, et quae tu pro fraterna charitate et flagello Dei ferendo fortiter asseris, maxime probo. Atque utinam tales inveniantur omnes christiani, quales hic describis; verum quid faciemus, si non omnes omnia possint[3]? nonne infirmos ferri oportet et suscipi, ut Rom. 15. docet[4]? Et, quod tu adducis, alter alterius onera portare[5], magis ad eos pertinere mihi videtur, contra quos tu adduxisti. Illi potius infirmi sunt, qui mortem fugiunt, quam qui expectant. Ad haec sine dubio fames et gladius aeque sunt plagae Dei, sicut pestis, ut locupletissime in Prophetis patet. At legimus in Genes.[6], Abraham famem fugisse, itidem in libro Ruth.[7] Porro quoties etiam fugerunt gladium sancti? quando apud Hieremiam[8] filii Jonadab in urbem sese contulerunt tempore belli, quorum tamen votum erat nulla domo uti.

Quare, meo judicio, hortandi quidem sunt, ut manum Domini fortiter omnes ferant, non tamen cogendi, aut ideo peccare dicendi; aut, si peccare dicentur, ferendi sunt tanquam infirmi. Nonne et Christus apostolos tulit, quando mori timentes dormientem excitarunt[9], et Petrum corripuit[10], quod timuisset ambulare supra mare, sed tamen tulit ejus infirmitatem. Quare si pestis et quodlibet flagellum Dei omnino ferendum est, sequitur quoque, non licere invocare Sanctos Dei pro corporalibus sanitatibus. Tum etiam medicos omnes ad unum cum universis apothecis auferemus, ut ex quibus non liceat effugium aut remedium quaerere flagelli Dei,

cum etiam infirmitas sit flagellum Dei. Haec enim pro infirmioribus in fide divina bonitas providit.

Caeterum qui perfecti sunt, ultro mortem petentes, his non habent opus. Nam et ecclesia cum orat a peste, a fulgure et tempestate, non utique pro infirmis orat, et flagella iracundiae avertere tentat. Quae male oraret, si non liceat fugere, repellere, vitare (si fieri potest) flagellum Dei. Charitas autem fraterna, quae in his malis perseverat cum aliis, perfectorum est, laudabilis ipsa vehementer, et ubi necessaria esset, proximis etiam praecepta. Tunc autem necessaria est, si morientibus peste nemo alius[a] adesse possit, qui serviat aegris. Nam sacerdotem, cui cura commissa est, non licere fugere aut fidelem suo loco constituere, persuasum habeo.

De qua re, lege eruditissimam epistolam August. ad Honoratum, quae ponitur in legenda ejus a Possidonio[b] descripta, parte undecima, in fine[11]. Pastorem enim docet adesse ovibus Christi, et animam suam pro eis ponere[12], ut qui statum perfectorum gerit. Itaque firmi portemus infirmos[13], et eis licentiam, etsi illaudatam, demus fugiendi et servandi carnem suam. Haec breviter habeo, quae tu boni consulas, oro, et Dominum Jonam[14] pastorem saluta, omnesque pro me peccatore oretis, oro; carnem meam[15] quoque valere cupio; latratores adversarios contemno. Vale in Christo. Wittembergae, VI. post Dionysii 1519.

F. Martinus Lutherus.

[1] Seligmann war aus Heilbronn gebürtig, weßhalb ihn auch Melanchthon in Briefen nach Mansfeld als seinen conterraneum grüßt (vgl. z. B. CR. V, 471); er war eine Zeitlang Münzer's Freund und Bewunderer (Seidemann, Münzer 35. 132; CR. I, 153). 1546 bekam er den bekannten Joh. Wigand zum Nachfolger und starb 1548 nach dem Distichon numerum annorum continens Joh. Spangenberg's (in MS. der Dresdener Bibl. M. 53, nebst dem Epitaphium abgedruckt

[a] aliud 3. — [b] Possidamo 1. 3.

bei de Wette VI, 597. Note 1): **Hoc viridi in tumulo vates venerande quiesce | Ossa teget tellus, Spiritus astra colit.** (D litera non computetur.) Vgl. Krumhaar, Mansfeld. S. 75.

[2] Thalmansfeld, bei Mansfeld. — [3] Erasm. Adag. s. v. — [4] Röm. 15, 1 und 14, 1. — [5] Galat. 6, 1. — [6] 12, 10. — [7] 1, 1. — [8] 35, 6—11. — [9] Matth. 8, 25 f. — [10] Matth. 14, 31. — [11] Possidonius, de vita Augustini c. 30, in T. XI, Bl. $P_4{}^b$ der Basler Ausg. von 1506; bei Migne T. I, 60 und nochmals II, 1013. — [12] Joh. 10, 12. — [13] Röm. 15, 1.

[14] Jonas Kammerer oder Kemmerer, Pfarrer an der Kirche St. Georgii zu Thal Mansfeld. (Vgl. Agricola's Sprüchwörter Nr. 667; Krumhaar, Luther's Vaterhaus 2. Aufl. S. 26. 74.

[15] Luther's Verwandtschaft; vgl. Jakobs, Thalmansfeld, Luther, seine Familie und Mansfelder Freundschaft (in der Ztschr. des Harzer Gesch.V. II, 2, 54).

Nr. 230.

Dresden. 14. Oktober 1519.

Miltitz an Kurfürst Friedrich von Sachsen.

Antwort auf Nr. 226. — M. sucht sich über die in dem kurf. Schreiben enthaltenen Punkte zu rechtfertigen. — Beantwortet 17. Oktober.

Drucke: **1.** Cyprian II, 422; **2.** Löscher III, 838.

Durchlauchtigster, hochgeborner Fürst, genädigster Herr! Eur Curfürstlichen Gnaden sind meine unterthänige, ganz willige Dienste zuvoran bereit. Genädigster Curfürst und Herr! Ich hab als heut Freitag nach Dionysi einen Brief von Eur Curf. Gn. empfangen, der an der nächsten Mittwoch zu der Lochau ausgegangen, darinne Eur Curf. Gn. anzeiget die Handlung, so ich mit Doctor Martino zu Liebenwerth gehabt, vernommen, auch zu verstehen gegeben, daß Doctor Martinus Unterricht mit meinem Schreiben nicht überein kommt, laß ich Eur Curf. Gn. demüthiglich wissen, was Doctor Martinus Eurn Curf. Gn. wird angezeiget haben

anders, dann ich Eurn Curf. Gn. geschrieben, wird he[a] sich warhaftigk geirrt haben, allein daß ich ihm alle Freundschaft und Gesellschaft allda leiste, welches ich Eur Curf. Gn. zu schreiben vorhielt[b]. Wahr ist, daß ich Doctor Martinum gefraget, ob he unser Abrede nach, zu Aldenburg geschehn, zu meim gn. Herrn von Trir wollt und syn Curf. Gn. zu einem Richter leiden; auf welches he mir gesaget: ja, er wollt es gerne thun, auf daß er aus der Unruhe und Mühe käme. Daß ich aber Doctor Martino sollte gesagt haben: dieweil ich mit ihm mündlich geredt, so hätt ich bebestlichen Befehl genongk gethan, und mich von Stund wieder ken Rome geben ꝛc., ist von mir, genädigster Curf., und in Wahrheit nicht geschehn. Wohl hab ich gesagt: wenn ich ihn ken Trier brengk zu meim gn. Herrn dem Erzbischof, so hab ich meinem Befehl nach genug gethan, und will mich dann wieder gen Roma machen. Hat es Doctor Martinus anders verstanden, muß ichs dabei bleiben lassen.

Eur Curf. Gn. schreibet mir und verwundert sich, daß ich meim gn. Herrn von Trier den Brief, welchen mir Herr Fabian von Feilsch zu Aldenburgk überantwort, sein Curf. Gn. hab zugeschickt, dieweile Eur Curf. Gn. anzeiget, daß mir Eur Curf. Gn. soll haben geschrieben: so ich den Brief mit einem Boten wollt übersenden, so sollt ich ihn Eurn Curf. Gn. wieder zuschicken, so wollt Eur Curf. Gn. mit einem eigen Boten übersenden, laß ich Eur Curf. Gn. demüthiglich und unterthäniglich wissen, daß ich davon nichts gewußt habe, auch von Eur Curf. Gn., sint ich von Aldenburgk bin kommen, keine Schrift empfangen, dann die ich jetzund Eurn Curf. Gn. mitschicke, daß ich den Brief meinem gn. Herrn von Trier nicht habe sollen zuschicken, dieweil mir Herr Fabian von Feylsch meim gn. Herrn von Trir zuzuschicken gegeben, und ich mich allda wahrte, sulchen Brief überzusenden, es sei dann, daß ich mit Doctor Martino persönlich verriethe[c]; und hab solche Briefe am nächsten Montag von Milberg[1] ken Saltz[2] zu Sittig von Berlips[3] gefertiget, der sie dann fürder ken Kobelentz sollt bestellen, dieweil ich zu Mulbergk keinen konnt erlangen, dem zu getrauen wäre gewest, der hätt wollen ken Kobelenz laufen. Bitt ufs demüthigste, Eur Curf. Gn.

---

a = er. — b = verhielt. — c = beriethe? Orig.: ferrithe.

wollt mich entschuldigt haben, dann ich, so mir Gott nerthen[d] Vernunft verleihet, nicht gern gedenken wollt, das Eurn Curf. Gn. nicht lieb oder fröhlich wäre, schweige dann daß ich etwas thun wollt, das Eurn Curf. Gn. wider wär. Damit befiehl ich mich Eurn Curf. Gn. in aller Demuth und Unterthänigkeit als meinem allergenädigsten Herrn. Datum zu Dressen, am Freitag nach Dionysi 1519.

Eur Curf. Gn.

unterthäniger demüthiger Capellan
Carolus von Miltitz.

[1] = Mühlberg. — [2] = Salza, Langensalza.

[3] Sittig von Berlepsch, geb. 1480, kam 1510 an den Hof Herzogs Georg von Sachsen und ward Hauptmann zu Langensalza; starb 1544. (Vgl. König, Genealogische Adels-Histor. 1729. Thl. 2. S. 113 ff.)

[d] = nur (?).

Nr. 231.

Wittenberg. 15. Oktober 1519.

Luther an den Kurfürsten Friedrich von Sachsen.

L. erklärt, daß er Miltitzen nicht versprochen und auch nicht Willens sei, nach Trier zu reisen. — Der Kurfürst sandte diesen Brief in Copie am 17. an Miltitz (vgl. Nr. 235).

Original: 1. Cod. Gothan. A. 379 (de Wette und Erl. falsch: 397) Nr. 6 (mit Spalatin's Aufschrift: Doctor Martinus Luther | bericht von der vnterred | mit Her Karl zu Liebenwerd | .1.5.1.9.); — Gedruckt Erl. Bd. 53. S. 28. Nr. 11, woselbst auch die andern Drucke angegeben sind.

Wir verweisen für den Text auf Erl. und geben nur die Correctur nach dem Original.

S. 28. Z. 3. des heiligen Ro. Reichs Erz . . . [defekt]. — Z. 5. Ländern . . . . [defekt; es ist zu ergänzen „Vicario“]. — Z. 6. „Meissen“ fehlt [defekt]. — Z. 20. desselben halben. — Z. 26. „worden“ (nach: gedacht) fehlt.

S. 29. Z. 5. schweig.

[1] S. 28. Z. 13. geschrieben] am 10. Oktober, Nr. 225.
[2] Z. 20. zu Frankfort] bei der Kaiserwahl.
[3] Z. 22 f. unser Prior] Conrad Helt, vgl. Nr. 96, Note 8.

Nr. 232.

Wittenberg. 15. Oktober 1519.

Luther an Spalatin.

Ueber einen Boten der Böhmischen Brüder und die Antwort auf die Briefe derselben (Nr. 195. 196); von des Rubeus Schmähschrift, einem Briefe des Leipziger Rectors und einer im Werke seienden Schrift Emser's gegen ihn.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch. in Zerbst; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 34; 3. Cod. Jen. a. f. 61; — Drucke: 4. Aurif. I, 215; 5. Löscher III, 989; 6. de Wette I, 350. — Deutsch: Walch XV, Anh. L.
Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino Georgio Spalatino, Christi servo, charissimo.

Jhesus.

Salutem. Fecimus omnia cum Boëmo isto homine vere humano, mi Spalatine, ut videbitis et legetis. Tradidi ei omnia mea opuscula. Philippus dictavit ei epistolam praesentibus et conspirantibus omnibus nobis, etiam ipso Boëmo, in monasterio nostro.

Rubii insanias misi ad te[1], sed video aliunde accepisti; insaniunt Lipsenses. Mitto epistolam superbam Rectoris Lipsensis[2] heri acceptam, in qua omnia ea committit insipiens caput, quae excusat vel deprecatur. Adeo acriti[a] sunt homines. Respondebo ei, aliud non facturus, quam sua ei ostensurus; tu modo velociter remitte exemplar.

---

[a] = ἄκριτοι; acuti 2—6.

Emserum ferunt moliri Iliada[3] in me, et jactasse se, quam superbum monachum illum velit tractare[4]; expecto avidissime hunc montium[b] partum[5]. Curabimus, ne aliquid ultra edatur apud nos hujusmodi vanitatum. Cogito, si Universitas nostra Lipsensi Universitati scribat, Principi Georgio scriberem; sed expertus illius Cancellarium[6], nolo occasionem dare vesicis, quas ibidem prius cognovi. Vale et ora pro me. Vittenbergae, vigilia Galli 1519.

F. Martinus Luther, August.

1 am 13. Oktober, Nr. 228.
2 Arnold Westenfelder oder Wüstenfelder, vgl. Nr. 193, Note 2; ferner (Köhler) Fragmente zur Gesch. der Stadt und Univers. Leipzig. S. 145.
3 vgl. Nr. 203, Note 48.
4 Emser's Gegenschrift A venatione Luteriana Aegocerotis assertio erschien erst im November; vgl. an Spalatin v. 19. Novb.
5 Anspielung auf das Sprüchwort: Parturiunt montes etc.
6 Dr. Johann Kochel; vgl. Alb. ed. Förstem. p. 29: Dns. Joh. Kochell de Magdeburg., inscrib. Sommersem. 1509.

Nr. 233.

(Wittenberg.) 16. Oktober 1519.

Luther an Joh. Lang.

Von dem (falschen) Gerücht, mit welchem die Leipziger prahlten, daß die Erfurter gegen L. und für Eck entscheiden würden; von Emser's bevorstehender Gegenschrift; von Rubeus' deutschen Reimen.

Handschriftlich: **1.** Cod. Gothan. A. 399. fol. 127b; — Drucke: **2.** Aurif. I, 215b; **3.** Löscher III, 989; **4.** de Wette I, 351. — Deutsch: Walch XV, Anh. XLIX.
Wir geben den Text nach 1.

---

b momium 4—6.

Reverendo Patri Johanni Lango, S. Theologiae Magistro, Eremitarum Augustinianorum Vicario medio, suo in Christo majori.

Jhesus.

Salutem. Redit tandem ad vos Frater Georgius[1], sicut voluistis, R. P. Nova nulla, nisi Lipsensium invidiam[2] indies gliscere; jactant iidem pro constanti, Erffordenses vestros tulisse sententiam contra nos pro Eccio[3]: quod si ita est, proficiat vobis, quod vestri in alienam causam sine causa involvuntur. Ego et latina et vernacula Apologia infamare proposui in totum orbem eam sententiam, et ejus vel iniquitatem vel inscitiam pro veritate tuenda publice traducam, quam primum edita fuerit, eroque innocens a sanguine vestrum. Non est animus ullam syllabam nostrarum Propositionum relinquere indefensam. Fiat Domini voluntas.

Emserus pro Aegocerote parturit[4] (ut dicitur) elephantem, et nescio quantas tigrides, obstetricantibus Lipsensium musis amusissimis. Ita res fervet, et furit Satan adversus verbum Dei, et nihil proficiet. Rubeus asinus denuo[5] vernacula me proscidit pessime: nec sic satura Lipsiae invidia est. Dominus autem vivit, et ego vivo, in quo tu quoque vive et vale, et ora pro veritate. Die Galli 1519.

F. Martinus Luther, August.

[1] der Augustiner Georg Hoch aus Erfurt; vgl. Nr. 43, Note 2; Album. p. 73 (inscribirt 22. Mai 1518).

[2] über die invidia der Leipziger hatte L. schon öfter geklagt, vgl. Nr. 184, Z. 22; Nr. 197, Z. 210.

[3] Es war ein falsches Gerücht. Man kam in Erfurt, wo Anfangs die Meinungen getheilt waren, endlich überein, ein Urtheil überhaupt nicht zu fällen, weil die streitenden Parteien selbst nicht einig geworden seien über die zuständigen Richter. Auch ein nochmaliges Schreiben des Herzogs Georg konnte diesen Entschluß nicht ändern; vgl. an Spalat. 8. Febr. 1520.

[4] vgl. Nr. 232, Note 4. 5.

[5] zuerst in den Solutiones (vgl. Nr. 214, Note 3) und dann in: Ain neu Byechlein ꝛc. (vgl. Nr. 212, Note 3); über letzteres vgl. Gervinus, Gesch. der deutschen Dichtung II, 403.

Nr. 234.

Bologna. 16. Oktober 1519.

Crotus Rubianus[1] an Luther.

Versichert ihn seiner alten Freundschaft von Erfurt her, habe zuerst von Jakob Fuchs Nachricht von dem ausgebrochenen Streit, und nachher von Andreas Fuchs L.'s Schriften gegen Rom erhalten, welche er aber geheim gehalten habe; über den Eindruck, welchen die Leipziger Disput. in Italien gemacht; über die römischen Zustände und den muthmaßlichen Erfolg von L.'s Vorgehen bei der Abhängigkeit Deutschlands von Rom; Ermunterung zur Fortsetzung des Kampfes, nur nicht auf dem Wege öffentlicher Disputation, die doch zu nichts nütze. — Ueberbringer des Schreibens war Joh. Heß aus Nürnberg, später in Breslau. Luther erhielt den Brief im December; vgl. an Spalatin, 7. Decb.

Handschriftlich: **1.** Cod. Gothan. B. 20. fol. 11 b; — Drucke: **2.** (Mieg) Monumenta pietatis 1701. II, 12 (mit dem falsch gelösten Datum: 17. Oktober); **3.** Böcking, opp. Hutteni I, 309 und Verbesserungen zum Text in den Addendis, Vol. II, 488.

Wir geben den Text nach 3 unter Vergleichung von 1.

Reverendo Patri Martino Luthero Augustiniano, sacrarum literarum Professori tum docto tum sancto, amico suo antiquissimo. [a]

S. P. D. Duo, Martine venerande idemque mihi charissime, firmum in te amorem meum custodiunt, quod summa familiaritate Erffordiae bonis artibus simul operam dedimus aetate juvenili, quod tempus inter similes mores arctissima fundamenta amicitiae collocat, deinde quod te habemus tam egregium defensorem rectae pietatis, quam tantum protegis clypeo scripturae, quantum conantur alii spe lucri subvertere. Quo fit, ut qui tam longe absum, saepius tecum colloquar, jungam dextram, de te somniem, quam ii, quos prope habes; in qua re Hessum nostrum testem facio, utriusque nostrum apud te legatione

---

[a] Diese Adresse, welche bei 1 am Schluß des zweiten Briefs vom 31. Oktober steht, fehlt 3.

fungentem: movet enim me, Martine, movet controversia, quam tibi concitarunt cum multis aliis in caput tuum conspirantes Dominicistae. Et nisi contigisses divinitus huic corrupto saeculo, ut te magistrum doctrinae christianae tueretur coelestis dextera, jam a nobis esses declamatus[2]*: tantus illorum furor est, qui doctrinam suam quam* Χριστοῦ *malunt probari; tanta Romana avaritia, ut mille veneni modos ac proditionis*[b] *inveniat, ubi quid lucro officit. Cum in Germania adhuc essem*[3]*, nondum auditum erat vestrum illud Punicum bellum; anno post Jacobus Fuxus*[4]*, tuus item singularis patronus, dum Petri limina visitaret ex voto, primum nuntium captorum*[c] *armorum attulit; primum autem quod in manus nostras ex eo literario certamine*[d] *pervenit, erat Dialogus Silvestri Theologi acuti, scommatis salibusque feliciter utentis, ita ut ferreos tuos nasos*[5] *commoveat, cui partes pontificias defendenti sua sponte influit veritas. Post illud acumen mittit nobis Andreas Fuxus*[6]*, decanus Babenbergensis, tuum commentarium in disputatas conclusiones, deinde disputationem Augustensem, quae omnia a nobis perlecta avide multorumque doctorum hominum manibus contrita Romam quoque legavimus, quo falsam de te per malos homines divulgatam famam supprimeremus. Oportebat ista secreto fieri, ut venirent in manus legentium sine nomine mittentis, ne quid mali capitibus nostris accerseremus per imprudentiam iis locis, quibus formidabile est imperium sacerdotum; nam loco haereticorum habentur, qui Romae tuos libellos probant, et qui important, capitali periculo important: impatiens est enim Roma, superba*[e] *semper formidulosa, ne quid veritas demat eorum, quae per tyrannidem occupantur. Cognita disputatione tua qui volebant inter theologos prudentius judicare, disserebant corde esse tecum, ore dissentire, non tam quod Pontificis vim formidarent, quam quod illius diminuta auctoritate status christianae reipublicae perturbaretur. Quae sententia, quam proba*

---

[b] so 3 in add., im Text sowie 1: proditiones. — [c] so 3 in add., im Text: coeptorum, 1: ceptorum. — [d] ex eo etc. fehlt 3. — [e] 3 im Text und 1 (aber corrigiert): superbia.

sit, ipsi viderint; ego hic[f] *existimo, christianam religionem non egere fuco, ac qui aliter ore quam corde sentit, eum non esse Christi discipulum, cujus doctrina praecepit*[7]*: «Sit sermo vester Est, est, Non, non». Qua sententia, si aeque stetissent theologi recentiores, iidemque*[g] *disputatores ac in Aristotelicis decretis vel aenei muri, non eo ventum esset, ut cogeremur plus obedire Pontificis voluntati, quam Christi praeceptis, neque tu in tua controversia tantum gravarere illius auctoritate, neque Roma adeo mutasset fidem catholicam in aliam formam, formam*[h] *scilicet*[i] *illius, qui cum sit homo, divinos honores ab assentatoribus sibi permittit impendi, contempta ejus forma, qui deus cum esset, sese exinanivit accepta forma servi*[8]*. Communis vox est Romae etiam eorum, qui sapere videntur, illud non esse non posse christianissimum quod Pontifici maximo visum fuerit; imo si centum Paulos, imo totam scripturam objicias, cum sit ille Christi vicarius, ducem habens sanctum spiritum, quo regatur: versantur enim in communi usu loci quidam ex scriptura male intellecti, quibus ora contradicentium e vestigio obturare conantur. Quid igitur faciet disputatio tua, quem fructum nobis afferent sacrae literae amissa auctoritate? nempe nullum, nisi principes et episcopi sanctius ducent verba Dei defendere, quam vim auri effundere pro tot palliis, indulgentiis, bullis, nugis, gerris, quo sancti patres sua scorta et cynaedos alant. Reprehendenti mihi quandoque coram quodam Magistro nostro Dominicista immodicam licentiam Romanam, qua christianus populus premeretur et mores polluerentur, respondit ille, fieri omnia illa divina providentia, et de Dei voluntate non esse inquirendum. Cui ego: Si crimina licet defendere*[k] *divina providentia, multo sanctius licet eadem proscindere auctoritate scripturae, gladio spiritus, quod est verbum Dei*[9]*; quandoquidem voluntas Dei non aliunde cognoscitur, quam ex testimoniis scripturae, progressae ex ore altissimi. — Haec*

---

f 3 im Text: sic. — g 3 im Text: iidem. — h formam fehlt 3. — i 3 im Text: sed. — k Si crimina libet defendere 1; Si crimina licet, licet [so in add., im Text: libet] defendere 3.

eo dico, Martine, ut intelligas, quam parum valeat Romae, si[l] dixeris: «Mirabilia testimonia tua, Domine, ideo scrutata est anima mea»[10]: — eo enim impietatis progressum est, ut qui vocetur bonus christianus vel theologus, is extremo contemptu spretus esse videatur; qui vero salutatur A cubiculo vel A mensa Pontificis, idem habetur gallinae filius albae[11]; ut Pontifex in dignitate primum teneat locum, Christus postremum: nihil hic fingitur: quando progreditur Rex sacrificulus, tot Cardinales, tot Prothonotarii, tot Episcopi, tot Legati, tot Praepositi, tot Causidici circa ipsum glomerantur, quot famelicae aves ad putrida cadavera confluant; sequitur Christi eucharistia in quodam asino in extrema cohorte, quam impudicae mulieres ac prostituti pueri constituunt. Fui nuper Romae cum Hesso nostro, vidi veterum monumenta, vidi cathedram pestilentiae: vidisse juvat, vidisse piget. Invaserunt ibi me quidam de indulgentiis et Pontificis potestate acuti, ut sibi videbantur, quasi ego de iis aut possem aut velim disputare, praesertim Romae; tacendo me tuebar, nisi quod aliquando per jocum respondi, quod solus dominus ad inferos ducit et reducit[12], cuidam verboso transferenti remissionem peccatorem a Dei potestate in manus Pontificis, propterea quod Christus Petro dicat[13]: «Quicquid solveris super terram». Non ergo victor es, Martine, quamquam[m] armatus praesidiis scripturae gladio spiritus sancti jugulum adversarii petieris: penes Romanam sedem, non scripturam stat judicium de victoria; haec enim ab illo, Silvestro tuo teste, auctoritatem sortitur. Sed ab hac difficultate salvum te servat provocatio tua ad tribunal generalis concilii, adeo ex omni parte munita praesidiis juris divini et humani, ut ab adversariis quoque laudem mereatur; sed mirum, quantam bilem concitet Florentinae factioni[14], timidae ne sublato jure in animas defunctorum postea simili disputatione detrahantur pallia, reservationes, bullae, privilegia, latissime patens jurisdictio ceteraque, quibus nomen imposuerunt libertatis ecclesia-

---

[l] cum 1, aber am Rand von anderer Hand in si corrigiert. — [m] quamvis 3.

sticae, retia contrahendae pecuniae miserorum. Caeca erit Germania, donec manebit in suo errore et donec studiosi publice non clamant, non scribunt contra noxios mores, quos nobis Roma mittit, rudemque plebeculam admoneant Romanae fraudis, quod hactenus toties spoliati sub praetextu pietatis pro palliis, pro confirmationibus, pro Turca debellando, nunc ad majus incommodum Cardinales in mediam Germaniam accepimus: nam quid haec novitas Florentinorum parturiat, brevi indicabit eventus. Ego te, Martine, saepe, cum de te sermo oritur, patrem patriae soleo appellare, dignum aurea statua et festis quotannis, qui primus ausus es vendicare populum Domini a noxiis opinionibus et rectam pietatem asserere. Perge, ut coepisti, relinque exemplum posteris; nam ista facis non sine numine divum; ad haec respexit divina providentia, quando te redeuntem a parentibus coeleste fulmen veluti alterum Paulum ante oppidum Erffurdianum in terram prostravit atque intra Augustiniana septa compulit e nostro consortio tristissimo tuo discessu. Post hoc tempus, etsi rara fuerit familiaritas nostra, animus tamen meus semper tuus mansit, ut potuisses animadvertere ex epistola, quam superiore anno ad te misi Augustam[15]*, si fuisset reddita, quo tempore te summo studio commendavi Thomae Fuxo, equiti auctoritate apud Caesarem spectato. Fatigatus quidem es hactenus et corpore et fama multa perpessus, sed ardua sine gravi labore non perficiuntur; ubi finis erit malorum, meminisse juvabit, et dices*[16]*: «Transivi per aquam et ignem et salvus factus sum». Tum in te vultum suum convertet Germania, tum verbum Dei abs te cum admiratione audiat. Sed per tuam mansuetudinem te rogo, ne post descendas in arenam disputationis publicae, praesertim contra temerarios; nescisne, quod pueri ajunt: Contra verbosum noli contendere verbis? Disputa intra tuum monasterium, calamo, quiete; exactissima habetur disputatio, quae chartis mandatur; quae verbis ultro citroque fertur, caret judicio et saepe animum disputantis a vero perturbat, ne interim dicam turpe esse theologo ad jurgia descendere. Ut primum constabat nobis dies contentionis,*

displicuit consilium: novit enim Bononia[17] *mores Eckianos, novit et Wienna bene, tamen cessit pro nobis, testibus epistolis Langii et Melanchtonis. Vale et me ama, ego te amare non desinam. Honorem tuum, quantum ejus tuto fieri potest, hic tuebor. Ignosce extemporalitati, malui tecum verbose et sine cura scribere, quam accurate brevem contexere epistolam. Vix licuit revidere. Bononiae XVII. Kalend. Novembris MDXIX.*

Crotus Rubianus.

[1] Ueber Crotus Rubianus vgl. Kampschulte, de Joanne Croto Rubiano, Bonnae 1862; Einert, Joh. Jäger aus Dornheim, Thl. I. Jena 1883. Sein eigentlicher Name war Joh. Jäger, diesen wandelte er, weil in Hygin's astronomischem Lehrgedicht das Sternbild des Schützen (Jägers) Krotos heißt, in Crotus um; er war gebürtig aus dem Dorfe Dornheim bei Arnstadt, und da er „Dorn" mit rubus übersetzte, was eigentl. Brombeere heißt, so nannte er sich Rubianus, auch Rubeanus. Sein Geburtsjahr steht nicht fest, doch wird es um 1480 zu setzen sein. Freund Hutten's, dem er zu seiner Flucht aus der Klosterschule zu Fulda verhalf, war er einer der bedeutendsten deutschen Humanisten und wandte sich frühe schon entschieden der Reformation zu, ohne ihr innerlich zugethan zu sein (vgl. seinen Brief an Petrejus v. 1521 in Camerarii opp. III, Bl. E_8b), von der er dann auch äußerlich abfiel und als Gegner der Reformation auftrat, als er 1531 in die Dienste des Erzbischofs Albrecht von Mainz trat. Wir werden ihm in diesem Jahr im Briefwechsel Luther's wieder begegnen. Sein Todesjahr ist ungewiß, es scheint in den Anfang der 40er Jahre gefallen zu sein. Vgl. Strauß, Hutten[2] S. 561 ff.

[2] scil. orationibus funebribus. (Böck.)

[3] Crotus war seit Frühjahr 1517 in Italien. (Einert S. 50.)

[4] Jakob v. Fuchs, einem angesehenen fränkischen Adelsgeschlecht angehörig, war Domherr zu Bamberg und Würzburg. Man hielt ihn für den Verfasser einiger der epistolae obscur. vir., vgl. Lorenz Behaim an Pirkheimer, 27. April 1517, bei Heumann, Document. liter. p. 256. Anverwandte von ihm waren die Zöglinge des Crotus in Bologna. Er schrieb später, 1523, für die Freilassung der wegen ihrer Verheirathung gefangen gesetzten geistlichen Räthe Joh. Appel und Friedr. Fischer: „Ein Missive an Bischof von Würzburg, von Herr Jacob Fuchs dem Aeltern, Thumherren, ausgangen. Was er hält von verehelichten geistlichen Personen." (Vgl. Panzer, Annal. Nr. 1870—1873; Weller, Repert. typogr. Nr. 2430.) Er entsagte später dem geistlichen Stande, verheirathete sich

und starb 1539 auf seinem Gut Arlschwang; vgl. Ludwig, Geschichtschreiber des Bisth. Würzb. S. 880.

[5] vgl. opp. var. arg. I, 345; II, 13.

[6] Andreas v. Fuchs, der Bruder des vorigen, ebenfalls Bamberger Domherr.

[7] Matth. 5, 37. — [8] Phil. 2, 6 f. — [9] Ephes. 6, 17. — [10] Ps. 119, 129.

[11] Erasm. Adag. s. v.: Albae gallinae filium (vgl. Juvenal. sat. XIII, 141) dicimus feliciter natum.

[12] vgl. 1 Sam. 2, 6. — [13] Matth. 16, 19.

[14] Leo X. war ein Florentiner, und die kirchlichen Einkünfte kamen seiner Familie zu Gute.

[15] vgl. Nr. 114, Note 2. Aus unsrer Stelle ergibt sich, daß jener Brief nicht in Luther's Hände zu Augsburg gelangte; Thomas Fuchs stand ihm übrigens in Augsburg bei, vgl. unten den Brief Fuchsens an Luther vom 12. Decb. 1519 und Luther's Antwort.

[16] Ps. 66, 12.

[17] Schon am Tage nach seiner Ankunft in Bologna (am 7. Juli 1515) betheiligte sich Eck an einer Disputation des Joh. Faber (vgl. Heumann, Docum. lit. p. 91), und wurde nach dieser von den Dominikanern eines falschen Citats beschuldigt. Seinem Gegner hatte er dadurch große Verlegenheit bereitet und ließ nachher die Sache auf sich beruhen (vgl. Albert in der Ztschr. f. hist. Theol. 1873. S. 386).

Nr. 235.

Lochau. 17. Oktober 1519.

Kurfürst Friedrich von Sachsen an Miltitz.

Antwort auf Nr. 230. Ueberschickt ihm Copie von Luther's Brief vom 15.

Drucke: 1. Cyprian II, 151; 2. Löscher III, 842 (mit dem falschen Datum: 16. Okt.).

Gott walts.

Von Gottes Gnaden Friderich u. s. f. Unsern Gruß zuvor, Ehrwirdiger, Lieber, Andächtiger und Rath! Wir haben euer Schreiben, so ihr uns jetzo gethan, vernommen, und die Anzeige, so wir euch aus der Unterrede halben, die ihr mit Doctor Martinus gethan, ist aus gedachtes Martinus Bericht

beschehen. Wir haben auch nit unterlassen, eur Schreiben, so ihr derhalben an uns gethan, demselbigen D. Martinus Copien davon zu uberschicken, der uns darauf wiederumb geschrieben, wie ihr ab obliegender Copien vernehmen werdet. Aber von wegen des Briefs an unsern Freund, den Erzbischofen von Trier, wissen wir uns nit anders zu erinnern, dann wir haben euch geschrieben, uns denselben Brief, weil ihr den mit einem Boten bestellen wollt, wieder zuzuschicken, hätten auch leiden mögen, daß es beschehen und daß der nit dermaßen hin und wieder geschickt wäre. Das wollen wir euch nit verhalten, dann euch sind wir geneigt. Datum zu Locha, am Montag nach Sanct Gallustag, A. Dom. 1519.

Nr. 236.

Bologna. 31. Oktober 1519.

Crotus Rubianus an Luther.

Berichtet, wie Eck in Rom für den Sieger der Leipz. Disp. gehalten werde; von einem nach Rom gesandten, geheim gehaltenen Briefe Eck's, worin er den Papst auffordert, gegen Luther, Hutten, die humanistischen Studien, die Universitäten Paris und Erfurt ernstlich einzuschreiten; von den Forderungen, welche Eck als Lohn für die Disputation stellt; von einem neuen Brief Prierias' gegen Luther. — Luther beantwortete des Crotus Briefe etwa Anfang Februar 1520 (vgl. den Brief des Crotus an Luther vom 28. April 1520, am Schluß).

Handschriftlich: 1. Cod. Gothan. B. 20. fol. 11 (vor dem Brief vom 16. Okt.); — Drucke: 2. (Mieg) Monum. II, 11; 3. Böcking opp. Hutt. I, 307 mit Verbesserungen in den addendis Vol. II, 488.

Wir geben den Text nach 3 unter Vergleichung von 1.

Salutem. Eckius Romae celebratur victor Lipsiacae disputationis: tantum valet proprium testimonium, ubi populus spe ducitur in eam partem, in quam velit inclinari victoriam. Ego prohibui praecipitationem sententiae, ne id iterum pateretur Roma, quod paulo ante tulit cum ignominia, quando Gallo[1] *designavit imperium*

certo sermone[a]*, ubi principes nostri Dominum Carolum elegerunt*[2]*. Sed habeat ipsa suum judicium, dummodo constat non omnia justa esse, quae judicio decernat. At stultitia est simul decernere et dubitare de victoria*[b]*. Misit Hechius*[3] *epistolam Romam praeterquam Pontifici et duobus theologis paucissimis visam, quae dum secretissime legeretur, furtim subauscultavit quidam medicus*[4] *amicus noster, et quae obiter retinere potuit memoria, mecum communicavit fraterna fide; ego tibi, Martine, refero eadem fide, ne proferas, quo salvus maneat medicus. Erat scripta epistola per multa capita exprimentia ordinem disputationis Lipsiensis, deinde modum, quo progredi debeat summus Pontifex. Ad tuam damnationem designati sunt episcopi cum certo numero ad judicium necessarii*[c]*, indicatus modus, quo habiti sunt, qui contra ecclesiam senserunt, ut ad exemplum singula fiant. Tractus es ad invidiam imprimis propter Bohemicam religionem atque approbationem Hussaici dogmatis; accusati poetae et politioris literaturae studiosi, nominatim vero Huttenus meus, cujus carmina*[5] *aliquot citata sunt de fraude Florentina; addita aggravatio instantis*[d] *periculi in ecclesia ob gliscentia indies magis ac magis nova studia Graeca et Latina; deinde obnixe admonitus summus Pontifex, quo in re periculosa moram tollat atque minis cogat scholam Parisiensem atque nostram Erffurdensem ad pronuntiationem sententiae; quin si velit moram trahere, propediem amitteret Thuringiam, Missniam et Marchiam, moxque deinde alias regiones, quarum populi animo pedibusque in tuam haereticam sententiam, ut vocat, eant. Cetera non servavit medicus, et ego ignota non possum recensere; tu ex illis similia judicato atque rem ipsam, quoniam non est parva, imis sensibus reponito, sed tace, ni velis me cum medico perdere. Quando ad ver novum in Germaniam rediero, medium digitum ostendam*[6] *pseudoapostolis, qui nos devorant et in faciem caedunt; hic connivendum est. · Heckius principio pro*

---

[a] certo sermone fehlt 3 im Text. — [b] At stultitia etc. fehlt 3 im
&
Text. — [c] 1: niitij, am Rand von jüngerer Hand: neccij, unde 2. dedit: necessarii. Locus non sanus est (3). — [d] instans 3.

mercede disputationis petiit magistratum haereticae inquisitionis in jurisdictione trium episcoporum; nunc mutata vice parochiam Ingelstadiensem ambit[7], *sed in eadem epistola graviter culpat Pontificem, quod non damnat cujusdam jus in eadem parochia pro se, qui pro ecclesia tanta patitur. Salvus sit Carolostadius. Raptim Bononiae die Vtj*[8].

Dum his diebus Romae essem, interim, nescio quo fato, huc concessit silvestris tuus Silvester[9], *cum suis facetiis et aeneo naso, qui fratribus Dominicistis prolixum contra te librum*[10] *ostendit, non Thomam*[11], *sed Christos et Paulos, puto Chrestos et Palos*[12]. *Recte pro eo precatus es, ne abortum faciat; repete precationem et Lucinam invoca; tumet venter et prominet magno indicio*[e] *alicujus monstrosi partus. Si placet, mox post partum*[f] *portemus ad extremas insulas, aut pro joco*[g] *relinquamus in medio hominum. Mirum, quam gestiam videre nova fundamenta de ecclesia essentiali*[13], *virtuali, repraesentativa, accidentali, nominali et participali. Quid enim aliter venter turgidus quam similia monstra protulerit? Phachum*[14] *saluto; hunc etiam optime valere cupit Erhardus von der Than*[h] *nobilis*[15].

1 König Franz I. von Frankreich.
2 am 28. Juni 1519.
3 d. i. Eck. — Dieser Brief ist nicht bekannt; wie sich Eck über die Leipz. Disp. ausließ, s. in seinem Brief an Christoph Tengler, Official des Bischofs von Passau, d. d. Ingolst. 26. Aug. 1519 im (Wiener) Notizenblatt, Bd. 4. S. 500.
4 Böcking hält Euricius Cordus für diesen Arzt, freilich mit einem ?. Aber nach Krause, Euricius Cordus, 1863, war derselbe noch im Sommer 1519 in Erfurt (S. 48), ja Kr. weiß überhaupt nichts von einem Aufenthalt desselben in Rom.
5 wahrscheinlich die Epigrammata Hutteni ad Crot. Rub. de statu Romano ex urbe missa (Hutt. opp. ed. Böcking III, 278).
6 Zeichen der höchsten Verachtung, vgl. Erasm. Adag. s. v.
7 Bernh. Adelmann in Augsburg an Pirkheimer,

e judicio bei 1 als Correctur von späterer Hand und bei 2. — f foetus 1 [? man kann auch fortus lesen, was keinen Sinn gibt], 2, bei 1 aber von späterer Hand in partus corrigirt. — g loco 1. 2. 3 im Text. — h von der Than ist Correctur bei 1; geschrieben war: Werder Tharius.

11. Januar 1520: Habet [Eckius] plures adversarios super parochia Ingolstadiensi, in cujus possessionem se intrusit.

[8] nach Seidemann bei Böcking, opp. Hutt. III, 577. = Quintini, d. i. 31. Oktober.

[9] vgl. Nr. 85, Z. 30.

[10] wohl die Epitoma responsionis F. Silv. Prier. ad D. M. Luth. vgl. opp. v. arg. II, 82.

[11] Thom. von Aquino.

[12] Frigida hodie videtur annominatio: χρηστός, utilis, commodus; φαῦλος, pravus, *sive* palus = Pfahl (Böcking ad h. l.).

[13] Ausdrücke aus dem Fundamentum primum in dem Dialog. Silv. Prieratis, opp. v. arg. I, 346.

[14] Alb. p. 7: Balthasar fabricius de Fach, inscribiert Wintersemester 1502 (Melanchthon schrieb dazu: Mortuus Anno 41 Montags nach Visitationis Mariae, = 4. Juli); als Rector, Wintersemester 1517 ist er verzeichnet (Alb. p. 67 als Balth. Fabricius Pacchus, ingenuarum artium Magister, utriusque humanitatis Professor; vgl. über ihn weiter: Brief an Spalat. v. 13. Juni 1520; er heirathete 1530 die letzte Nonne aus dem Eisenacher Katharinenkloster, Anna v. Farnrode (Ztschr. des V. f. Thüring. Gesch. Bd. 5. S. 15).

[15] Eberh. von der Thann, geb. 1495, inscrib. als Ewerhardus von der Than Herbipolens. Dioc. VI. Id. Aug. 1515 (Alb. p. 42), war später anfänglich Hennebergischer, nachher kursächs. Rath, und als solcher Amtmann in Eisenach und auf der Wartburg, starb 1574 (vgl. Biedermann, Geschl.-Register der Ritterschaft zu Franken, auf der betr. Tabelle). — Weil dieser am Schluß des Briefes steht, läßt Wiedemann, Eck, S. 149, Note 15 den ganzen Brief von ihm geschrieben sein und macht aus ihm gar einen Eberh. v. d. Than.

Nr. 237.

Wittenberg. (Ende Oktober 1519[1].)

Luther an Johann Eck.

Auf den Brief Luther's an Spalatin vom 15. August (Nr. 203 und Note 1 daselbst) hatte Eck eine Gegenschrift ausgehen lassen, welche er ex Ingoldstat, 2. Septemb. anno gratiae M.D.XIX. dem Franziskaner-Guardian in Nürnberg Gaspar Saltzgeir (sic für Satzgeier oder Schatzgeier) widmete und die in Gemeinschaft mit einem Brief des Joh. Cellarius an Capito (welcher letztere übrigens auch in einem besonderen Drucke existirt) u. d. T. erschien:

Ad Wolphängum *[sic!]* Fabricium Capitonem .... Joan. Cellarii Gnostopolitani .... de vera et constanti serie theologicae disputationis Lipsicae epistola. || Expurgatio Joan. Eckij Theologi Ingoldstadieñ. aduersus | criminationes F. Martini Lutter Vuittenbergeñ, | ordinis heremitarum. | Libellus. —

Er zerlegt den Brief Luther's in kleine Absätze und sucht diese zu widerlegen. Luther antwortete ihm mit einer in Briefform gehaltenen Gegenschrift, welche er in der letzten Woche Oktobers (denn am 1. November theilt er Spalatin mit, daß sie beendigt sei, vgl. Nr. 240) verfaßte und u. d. T.: Ad Johannem Eccium Martini Lutheri Epistola super expurgatione Ecciana erscheinen ließ. Am 7. November schickte er seine mit Eck's Schrift an Spalatin.

Da diese, den gewöhnlichen Umfang eines Briefs überschreitende Schrift bereits in unserer Ausgabe von Luther's Werken, opp. var. arg. IV, 47, aufgenommen ist, so begnügen wir uns für den Text dorthin zu verweisen. Daselbst ist auch die Stelle angeführt, wo diese Schrift in den andern Ausgaben von Luther's Werken steht, denen wir hier nur noch den Abdruck in Luther's Werken ed. Knaake II, 700 hinzuzufügen haben.

Von Varianten der ersten Ausgabe, nach welcher auch Knaake den Text gibt, haben wir folgende zu bemerken:

S. 48. Z. 3. v. u. obtulisti. — S. 49. Z. 34. libero arbitrio. — S. 50. Z. 3. (st. tunc:) sicut. — Z. 10. libero arbitrio. — Z. 25. gratis (falsch). — Z. 35. adero † et. — Z. 37. liberi arbitrii. — S. 51. Z. 18. Carlstadii † has duas propositiones (falsch). — S. 52. Z. 18. Doctorum scholasticorum. — Z. 25. obtinuit, libero arbitrio ante gratiam. — S. 53. Z. 3. dignissimus. O me. — S. 55. Z. 4. mephitide. — S. 56. Z. 25. optimae optimis (falsch). — S. 57. Z. 33. (st. has:) Carlstadii. — S. 58. Z. 2 und 1 v. u.: Vuittembergae. Anno M.D.XIX. fehlt.

---

[1] de Wette I, 353 setzt diese Schrift „Anfang Novembers“, nach der Zeit ihres Erscheinens.

[2] S. 48. Z. 4 velut medium comicum] vgl. Enarratt. in Genesin 44, 17 in opp. exeget. X, 298.

[3] S. 48. Z. 2 ff. v. u.] Die 11. und 12. These Carlstadt's für die Leipziger Disputation, genommen aus Augustin., de spir. et lit. c. 3 und Ambros. de vocat. lb. I. c. 2. (vgl. Löscher III, 290).

[4] S. 49. Z. 24. hoc ad Pyrcheymerum scripsi] de Wette: „Dieser Brief fehlt“; Knaake II, 701. Note 2: „Luther's Brief an Wilib. Pirkheimer vom 5. Juli 1519“. Es ist uns bis jetzt nicht gelungen, diesen Brief zu finden.

⁵ S. 49. Z. 25. scheda publica] in der Disputatio et excusatio Lutheri adversus criminationes Joh. Eccii, opp. v. arg. III, 15.

⁶ Z. 49. Z. 38. cujus multo plures etc.] Mit dem Briefe Rozd'alowsky's (Nr. 196) war ihm der Traktat Hussens de ecclesia zugeschickt worden, aus dem er jetzt zuerst seine Uebereinstimmung in vielen Punkten mit Huß erkannte.

⁷ S. 54. Z. 28. te non Thersitas etc.] Eck hatte in seiner Expurgatio geäußert: Neque cum Thersite aut stupido asello congredi volui, velut Alexander Magnus dedignabatur in Olympicis certare.

⁸ S. 56. Z. 3. Erasmi epistola] an Eck vom 15. Mai 1518, als Antwort auf Eck's Brief vom 2. Februar (s. beide Briefe in epp. Erasm. ed. Cleric. p. 296 und 397), welcher Brief gleich bei seinem ersten Erscheinen im Auctarium selectarum aliquot epistolarum Erasmi etc. Basil. ap. J. Froben. im August 1518 viel Aufsehen erregte; vgl. Scheurl's Brief an Eck v. 24. Novb. 1518 (Briefb. II, 61).

⁹ S. 56. Z. 4. Zasii] Apologetica defensio contra J. Eccium, Basil. ap. Froben. m. Martio 1519 (vgl. Panzer, Annal. VI, 212. Nr. 275); vgl. auch Zasii epp. ed. Riegger. Ulm. 1774. p. 166. Ueber Zasius später; über seinen Streit mit Eck s. Wiedemann, Eck. S. 330 ff.

¹⁰ S. 36. Z. 10. tuos Ingolstadienses] Eck's Brief an Georg Hauer und Franz Burkhardt, professores juris, d. d. Misniae (d. i. Leipzig) 1. Juli 1519, im Auszug bei Seckend. lb. I. p. 85.

¹¹ S. 57. Z. 22. ampulla tua, quam parturis] Löscher III, 812* falsch: Alluditur ad Bullam Romanam, ab Eccio paulo post impetratam; es geht vielmehr auf Eck's angekündigtes Werk de primatu Petri, welches 1520 erschien.

¹² S. 58. Z. 14. de literis Bohemorum] vgl. Nr. 195. 196.

Nr. 238.

(Wittenberg.) (Oktober? 1519[1].)

Luther an Spalatin.

Uebersendet seinen Sermon von der Bereitung zum Sterben (Erl. Bd. 21, 253), um ihn nach Durchsicht Sp.'s drucken zu lassen.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch. in Zerbst; — handschriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 238; — Drucke: 3. Buddeus p. 12; 4. Löscher III, 1002; 5. de Wette I, 385. — Deutsch: Walch XXI, 658.

Wir geben den Text nach 1.

Suo[a] Spalatino in arce.

Jhesus.

S. Ecce sermonem de morte festinatum quidem, sed auctum inter festinandum plus, quam ipse sperabam, quanquam nec sic quaecunque occurrebant, acceptarim. Jejunus est enim, sensum Scripturae magis quam verba retinens, quod ideo feci, quia laicis eum profuturum volui. Caeterum remitte exemplar quantocius; edam enim, et si quid addendum mutandumve fuerit, tum fiet. Scripsi totum paene hunc diem, ut exonerarim me sceptro exactionis tuae. Vale.

F. M. Luther, Aug.

[1] Dieser von de Wette „ohne Tag" an den Schluß des Jahres gesetzte Brief gehört in den Monat Oktober, da Luther am 1. November (s. den Brief an Spal.) die ersten Exemplare des Sermons versendet (vgl. Knaake II, 680).

[a] † Georgio 3—5.

Nr. 239.

(Wittenberg.) (Oktober? 1519[1].)

Luther an Herzogin Margaretha von Braunschweig[2].

Aus Veranlassung etlicher Freunde (vgl. Nr. 241[1]) eignet ihr L., um sich für ihre geneigte Gesinnung gegen ihn dankbar zu erzeigen, einige Sermone zu, nämlich die vom Sacrament der Buße, der Taufe und des heil. Leichnams (s. Erl.[2] 16, 35; Erl.[1] 21, 227; 27, 25), welche jedoch einzeln ausgegeben wurden.

Wir verweisen für den Text auf Erl.[2] 16, 35 und 53, 30, Nr. 13, woselbst auch die andern Drucke angegeben sind.

---

[1] Der mittlere dieser Sermone hat am Schlusse das Impressum „am Mittwoch vor Martini" (= 9. November), der

dritte aber war Ende November in der Presse. Daraus ergibt sich, daß der erste mit der Widmung wohl im Oktober mag gedruckt sein. Auch schickte Luther ein, jetzt in der Wolfenbütteler Bibliothek befindliches Exemplar an Schart, mit der Widmung «Er Marco Scharttenn̄», wohl zugleich mit dem „Sermon von der Bereitung zum Sterben" (vgl. an Spalatin, 1. Novb.). Unsere frühere Ansicht, daß der Sermon von der Buße schon ins J. 1518 zu setzen sei (vgl. Erl.[2] 16, 34), können wir somit nicht mehr aufrecht erhalten (vgl. auch Plitt in der Theol. Litztg. 1877, 225; Knaake II, 709. 712).

[2] Margaretha, eine Tochter des Grafen Conrad von Rietberg, vermählt am 16. Novemb. 1483 mit Herzog Friedrich von Braunschweig-Lüneburg, verwittwet am 5. März 1495.

Nr. 240.

(Wittenberg.) 1. November 1519.

Luther an Spalatin.

Dank an Schart für ein Geldgeschenk, und Uebersendung des „Sermons von der Bereitung zum Sterben" (Erl. 21, 253); über Eck's Schrift Expurgatio etc. (s. Nr. 237, Einl.) und Luther's Gegenschrift, Ad Joh. Eccium M. Luth. Epistola (s. Nr. 237), welche bereits in der Druckerei. Sendet für Langenmantel ein Exemplar der Psalmen.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 35; 3. Cod. Jen. a. f. 62; 4. Cod. Gothan. B. 20. Nr. 8; — Drucke: 5. Aurif. I, 216; 6. Löscher III, 990; 7. de Wette I, 352. — Deutsch: Walch XV, Anh. XLVI.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino Georgio Spalatino, Christi servo observando.

Jhesus.

Salutem. Oro te, nomine meo gratias age Marco Scharto[1], mi Spalatine, pro florenis istis decem, missis simul his, quot visum fuerit, exemplaribus[2];

verum sic dives factus[a] eodem die pauperiorem reddidit necessitas quorundam hominum, quibus cogor mutuum dare. Piget me in populo Christi adeo nihil esse reliquum charitatis, ut qui habent ne 20 quidem florenos[b], alter alteri succurrat. Ego mihi ideo datos illos florenos arbitror, quod per me illis serviri voluerit Dominus, nec sufficit tamen. Quare, ubi tu consulueris, etiam Principem clementissimum pulsabo pro paupertate, pro me Dei gratia nihil sollicitor.

Edidit furens Eccius expurgationem adversus epistolam ad te datam, cui jam respondi uno sexternione hac hebdomada[c] absolvendo, dato jam typis. Mirum quam homo saevit, mendaciis quoque refertus: tum in quo mihi aptissime et opportune venit, simulationem suam retexit imprudens, quo solo nomine, caeteris tacitis, eum apprehendi, coacturus, ut magis prodat se et Lipsenses suos. Mittam exemplar propediem.

Si Langemantel[3] Psalterium[4] ab integro non habet, hoc exemplar mitte; sin aliquot sexterniones habet, remitte et signa numerum, ne damno afficiamus typographum. Vale in Domino. Die omnium Sanctorum 1519.

Martinus Luther.

[1] über Schart und die von ihm erhaltenen Geschenke s. Nr. 178, Note 3.
[2] ein in Wolfenbüttel befindliches Exemplar des Sermons von der Bereit. z. Sterben hat die eigenhändige Widmung Luther's „Er Marxen Scharttenn meynem lieben freund". (Knaake II, 680. 683.) Vgl. auch Nr. 239, Note 1.
[3] Christoph Langenmantel, vgl. Nr. 115.
[4] wohl ein Exemplar der Operationes in Psalmos (s. Nr. 166).

[a] soll heißen divitem factum. — [b] † quo 5—7. — [c] hebdomade 5—7.

Nr. 241.

Wittenberg. (zwischen 1. und 7. November 1519[1].)

Luther an Spalatin.

L. will auf Ansuchen des Kurfürsten eine Postille schreiben; dem Miltitz sei nichts zu antworten. — Nachschrift I. Ueber die Widmung seiner Sermone an die Herzogin von Braunschweig; II. sendet einen Brief an den Kurfürsten nach Sp.'s Vorschrift (worüber?); mit Eck will er nichts mehr zu thun haben.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch. (die Nachschrift II. befindet sich auf einem besonderen Zettel und gehört vielleicht gar nicht zu diesem Briefe); — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 42 (hat die Nachschrift II. als einen besonderen Brief unter Nr. 43); 3. Cod. Jen. a. f. 68; — Drucke: 4. Aurif. I, 221^{b}; 5. Löscher III, 997; 6. de Wette I, 376 (mit dem Datum „nach dem 8. December"). — Nr. 4—6 (auch Nr. 3?) fehlt die Nachschrift I, welche bei Burkhardt S. 24 mitgetheilt ist. — Deutsch: Walch XV, Anh. XLVIII.

Wir geben den Text nach 1.

Suo Georgio Spalatino in Christo charissimo.[a]

Jhesus.

Salutem. Nihil est, mi Georgi, quod saepius a pluribus enixius a me petitum est, quam quod tu scribis a Principe[b] Illustriss. a me peti, sed nec ego inter omnia, quae facio, libentius illo quid facerem, quod hac una ratione sacerdotibus et religiosis posse succurri crederem, ut, recisis[c] rejectisque illotis illis fabulis sermocinistarum Christum proscribentibus magis, quam describentibus, haberent, quo puram Christi theologiam in populo vulgarent et errores pellerent, qui velut diluvium inundarunt[d]. Atque utinam hoc summi pontifices curarent; hoc enim erat eorum officium.

---

[a] Erudito Viro Georgio Spalatino, amico suo 4—6. — [b] Principi 1. 2. — [c] rescisis 2; rescissis 4—6. — [d] inundarent 1. 2; jucundarunt 4.

Verum quantum est in hac re votum, tantum timeo defuturum esse successum, quod sim occupatior, quam ut huic rei serviam; aut necesse erit publicae tum lectioni tum concioni nonnihil detrahi, quod difficile erit. Tentabo tamen et ordiar: si Deo placuerit, procedet, cui[e] opto in hoc totus servire. Vale, et me Principi commenda. Placet optimi Aurbachii[2] optimum consilium.

Carolo Miltitio credo nihil esse respondendum[3]. Sicut ego scripsi et dixi, ita res gesta est, nec aliud possum loqui, nisi velim mentiri. Quia si ille aenigmatistes mihi fuit, qui simplicissimis[f] auribus audivi, sine culpa mea talis fuit. Vittenbergae, 1519.

F. Martinus Luther, Aug.

(I.) Miraberis, qua forte[g] sermones meos[h] Ducissae[4] dedicarim; miror et ego, quam nec videram[i], sed Ottoni[5] nostro magnis votis expugnatus sum, illi feminae sic praedicatae gratificari.

(II.) Mitto literas ad Illustr. Principem super argumento, quod praescripsisti, et rogo pro me gratias agas pientissimae sollicitudini suae, in qua suam[k] gratiam agitari mirum est quam doleam et nolim. Eccio nihil respondi, nisi tria verba, scilicet[l], eum sophistam per orbem non mea, sed sua culpa famari. Nolo cum homine pluribus agere: totus infidus est, et aperte rupit amicitiae jura.

[1] Die Zeitbestimmung für diesen Brief ergibt sich aus folgenden Erwägungen: hier war Luthern zum erstenmal der Wunsch des Kurfürsten betreffs einer Postille kund geworden, am 7. November (vgl. unten den Brief an Spal.) ist er bereits an der Arbeit; es muß also der Brief vor den 7. fallen. Ferner am 1. Novb. (s. Nr. 240) hatte er Spal. die Schrift gegen Eck angekündigt, zufolge Nachschrift II. ist sie jetzt fertig, und da er am 7. sie an Spalatin schickt, so muß wiederum der Brief nach dem 1. und vor den 7. Novb. fallen. Sollte aber Nachschrift II. gar nicht zu diesem Brief gehören, so müßte man ihn wohl wegen der Worte Carolo Miltitio etc. (Z. 23) noch weiter zurück, etwa gegen Ende Oktober setzen.

---

[e] aut 4—6. — [f] simplicibus 4—6. — [g] sorte, Burkh. — [h] nostros, Burkh. — [i] viderim, Burkh. — [k] summam 2. — [l] id est 4—6.

[2] Dr. Heinr. Stromer in Leipzig; vgl. Nr. 197, Note 22.
[3] Es kann hier nicht der Brief Miltitzens an den Kurfürsten vom 8. December gemeint sein, da sich aus den folgenden Worten ergibt, daß es sich noch um die in den Oktober-Briefen besprochene Streitfrage, was Luther Miltitzen zugesagt habe, handelt.
[4] vgl. Nr. 239. — [5] Beckmann; vgl. Nr. 31, Note 2.

Nr. 242.

(Wittenberg.) 7. November 1519.

Luther an Spalatin.

Empfehlung des Matthäus Adrianus zur Anstellung als Lehrers der hebräischen Sprache; schickt seine Epistola super expurg. Ecc.; dankt dem Kurfürsten für übersendetes Wildpret.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 36; **3.** Cod. Jen. a. f. 63; — Drucke: **4.** Aurif. I, 216b; **5.** Löscher III, 991; **6.** de Wette I, 384. — Deutsch: Walch XV, Anh. XLVII.
Wir geben den Text nach 1.

Suo in Christo charissimo Georgio Spalatino, Dei sacerdoti integerrimo.

Jhesus.

Salutem. Scribit ad me, mi Spalatine, sicut hic vides, Matthaeus Adrianus[1] Lovaniensis Hebraeus, forte ab illis tyrannide pulsus, petens apud nos profiteri Hebraea. Nosti hominis famam et eruditionem. Quare Illustrissimo Principi velis haec suggerere honestissimae opportunitatis pro Hebraea lingua promovenda apud nos, Dei dona[2]. Atque id quaeso quantocius[a] respondere[b], ut responsum ei dem[c]; interim nuntius ejus apud me moratur. Vides illum putare, Principis nostri occasum (quod

---

[a] quam tuis 4. 5. — [b] respondeto 4—6. — [c] respondeam eidem 4—6.

Deus differat diutius) vulgatum esse. Fallax esto omen.

Mitto Eccii insaniam cum brevi epistola mea responsoria, plura daturus, cum totus prodierit[3] impiissima sua simulatione hypocrita. Vale et pro me ora. Pro carnibus ferinis Illustriss. Principi gratias agimus. Altera Leonardi 1519.

Martinus Luther.

[1] Ueber Matth. Adr. am ausführlichsten: *Geiger*, Zur Gesch. des Studiums der hebr. Spr. in Deutschland (in den Jahrb. f. deutsche Theol. Bd. 21. S. 190); *derselbe*, Das Stud. der hebr. Spr. in Deutschl. vom Ende des 15. bis Mitte des 16. Jahrh. Bresl. 1870. S. 40—48, 134 (woselbst auch über das Verhältniß A.'s zu Luther). Wir wissen über sein Leben nur Fragmentarisches. Aus Spanien stammend, getaufter Jude, Arzt, hebr. Lehrer der Söhne Joh. Amorbachs in Basel, wo auch Pellican und Capito bei ihm Hebräisch lernten (vgl. D[elitzsch] in der Allg. Ev. Luth. Kztg. 1883. Nr. 47), dann in Heidelberg, wo Brenz (*Hartmann* und *Jäger*, Brenz I, 24 f.) und Oecolampad (*Hagenbach*, Oecol. S. 8) seine Schüler waren, 1517 in Lüttich, in demselben Jahre noch auf des Erasmus Empfehlung am Collegium trilingue Buslidianum in Löwen, wo sich ihm von Anfang die Theologen widersetzten und als er in einer öffentlichen Rede am 19. März 1519 den hl. Hieronymus als einen gewöhnlichen Menschen darstellte (Homo erat Hier., multa nescivit, alicubi dormitavit, etc.; die Rede abgedruckt bei *Riederer*, Nachr. III, 84), von dem später als Gegner Luther's so bekannt gewordenen Latomus in einer Schmähschrift angegriffen, Löwen verlassen mußte. Auch in Wittenberg, wohin er erst im April 1520 kam (vgl. Alb. p. 90: Matheus Adrianus Hispanus hebraice lingue professor et medicinarum doctor 24. aprilis 1520), blieb er nur kurze Zeit, nämlich bis Febr. 1521, da er sich bald mit Luther überwarf, wie auch früher schon mit Erasmus. — Die hebr. Lectur in Wittenberg stand nach dem Weggang Böschenstein's (vgl. Nr. 172) eine Zeitlang offen, und Melanchthon half unterdessen aus.

[2] *de Wette* in der *): „In diesem Satze ist etwas Fehlerhaftes". Wie uns scheint, nur durch seine falsche Interpunktion: lingua, promovenda apud nos Dei dona. Die letzten Worte beziehen sich auf das vorangehende haec (vgl. *Förstemann* in der Hall. Allg. Lit. Ztg. 1829. Sp. 12).

[3] L. meint die von Eck angekündigte Schrift de primatu Petri; vgl. Nr. 237, Note 11.

Nr. 243.

Wittenberg. 7. November 1519[1].

Luther an Spalatin.

Hat die Postille begonnen; nochmals über Adrian; Erläuterungen über die Leipz. Disputation in Betreff des Fegfeuers.

Original: 1. im British Museum in London (vgl. Luther exhibition, 1883, in the Grenville library. London. 1883. p. 22, Nr. 1); — handschriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 207; — Drucke: 3. Buddeus p. 6; 4. de Wette I, 365. — Deutsch: Walch XXI, 145.
Wir geben den Text nach 4.

Suo charissimo Georgio Spalatino, Christi servo, majori suo.

Jhesus.

Salutem. Sum accinctus operi enarrandi Epistolas et Evangelia[2], sane occupatissimus, mi Spalatine. Caetera mitto, quae possum.

De Hebraeo Matthaeo Adriano vides, quid scripserim; fac ergo officium tuum, sed id cito, et remitte ejusdem literas.

De autoritate Ecclesiast.[a][3] super purgatorio nihil scio, nec unquam audivi. Quadrans autem apud Matthaeum[4], quo et Eccius me petiit Lipsiae, ad purgatorium sic valet, sicut ad omnia alia. Quid enim non illis significet, qui quidvis per ipsum intelligere malint, quam recte intelligere. Sed et Eccius evidenter ex ipso textu fuit redargutus primo per adverbium «donec», quod usu Scripturae non praefinit tempus, ut illi putant, sicut Matth. II: «Et non cognovit eam, donec peperit» etc. [5]Vide

---

[a] Ecclesiastici 3. 4, 4 aber mit der Anm.: „Soll heißen Ecclesiastis"; Luth. hatte jedenfalls das Wort abgekürzt.

Erasmum et Jeronymum. Secundo quod verba Christi loquuntur de eo, qui non fuerit consentiens adversario suo, id est, qui non obedierit praecepto Christi, quem etiam ipsimet confitentur mortaliter peccare. Quare carcer ille infernus est, e quo nemo liberatur, cum illi eos solum in purgatorium mittant, qui omnia fecerint, adversarioque suo consenserint. Quare nihil valet ille textus, nisi contra eos, nisi id simul dicant, animas in purgatorio, id est, odio et ira et dissensione adversarii decessisse, quod spero ne ferrea quidem eorum frons audeat. At de his loquitur Christus, ut elucet vel puero. Locus Apostoli ad Cor.[6] etiam Eccio fuit vi ereptus, licet clarissimum illum pro se garriret. Verba Pauli clara sunt, quod dies Domini opera cujusque probabit; qui dies (inquit) in igne revelabitur. Unde vel insanus videt, quod verba Pauli loquuntur de die extremi judicii, in quo mundus ardore solvetur, et non nisi vi aut figura (quae nihil probat) ad purgatorium trahi possunt. Verbum Christi apud Joannem[7] de palmite purgando quidam Vincentius[8] ad purgatorium traxit, quasi vero ullus sit, qui saepius vim Scripturae fecerit, quam ille idem Vincentius. Si per verbum «purgare» intelligitur ubique purgatorium, quia scriptum est Lucae II: «postquam impleti sunt dies purgationis eorum». Et quid bene intelligerent, quibus Vincentii verba articuli fidei sunt? Reliquus est locus Maccabaeorum[9] apertus satis. Sed is liber non facit articulos fidei, nec est in autoritate apud Patres, rejectus praesertim iste secundus a B. Hieronymo[10] non uno in loco. Breviter, quanquam ego scio, purgatorium esse apud nos, nescio tamen, si apud omnes christianos sit. Hoc certum est, neminem esse haereticum, qui non credit esse purgatorium, nec est articulus fidei, cum Graeci illud non credentes nunquam sint habiti ob hoc pro haereticis, nisi apud novissimos haereticantissimos haereticantes. Et in Basiliensi concilio feruntur[b]

[b] reddidisse einzuschieben (4).

egregie rationem fidei suae. Vale et ora pro me. Vittenbergae, feria 2. post Leonardi 1519.

Martinus Luther, Augustinianus[c].

[1] Riederer, Nachr. II, 80 bezweifelt, daß dieser Brief mit dem vorigen am gleichen Tag geschrieben sei, aber das Original hat wirklich «feria 2ª post Leonardi» (vgl. Luther exhib. l. c.). Auch das «De» (Z. 4) ist R. verdächtig, „ich hielte es dafür, die folgenden Worte sollten im Dativ verstanden werden". Ohne Grund.

[2] Es ist darunter die lateinische Kirchenpostille zu verstehen, die Enarrationes Epistolarum et Evangeliorum etc., welche aber erst 1521 im März erschien und nur die Adventssonntage umfaßte (vgl. Erl.² Bd. 7. S. IX). Sie ist die Vorläuferin der deutschen Kirchenpostille.

[3] Pred. Salom. 4, 14, welche Stelle Eck für das Fegfeuer angeführt hatte, opp. v. arg. III, 133.

[4] Matth. 5, 14, ebenfalls von Eck angeführt, l. c.

[5] vgl. opp. v. arg. III, 153.

[6] 1 Cor. 3, 14, auch von Eck angeführt, p. 133.

[7] 15, 2.

[8] Vincentius Bellovacensis (Dominikaner aus Beauvais, Erzieher der Söhne Ludwig's IX. von Frankreich, gest. 1264) handelt in seinem Speculum morale P. I. lb. II. dist. 10 sqq. vom Fegfeuer.

[8] Alb. p. 20: Johannes schurff de sancto gallo (inscribiert in Herzberg, wohin die Wittenb. Universität in die Udalrici 1506 wegen der Pest ausgewandert war).

Nr. 250.

(Wittenberg.) 7. December 1519.

Luther an Spalatin.

L. bedauert, daß der Kurfürst nicht nach Wittenberg komme; von den Vorlesungen, von einer unächten mystischen Theologie des Aristoteles, von der Herausgabe der Tessaradecas, von Matth. Adrian. — Ueber die angebliche Nachschrift zu diesem Briefe, von Trutfetter's Tode, s. Nr. 189.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Jen. a. f. 239; — Drucke: **3.** Buddeus p. 10; **4.** Löscher III, 995; **5.** de Wette I, 372. — Deutsch: Walch XXI, 654. Wir geben den Text nach 1.

Suo in Christo Georgio Spalatino, servo Dei, aulico sacerdoti Principis Saxoniae etc.

Jhesus.

Salutem. Id quod speravimus, mi Spalatine, mutatum video, hoc est, aulam istam totam huc migraturam: ita enim sparserat fama. Sed, ut video, Principes oportet primo facere, et tum videre opera sua, quia sunt et ipsi Elohim[1]. Nam quae dicuntur et videntur, antequam fiunt, sic solent frustrari. Erat autem, quod loqueremur de multis, praesertim de ratione studii nostri. Audio enim Aristotelis lectionem non perinde[a] felicem esse atque fidebamus.

Attulit Doctor Johannes Hessus[2] ex Italia theologiam Aristotelis mysticam[3], nuper in Syria (ut scribunt) repertam, hoc est, per sycophantam aliquem somniatam, ut ego sentio, quo nobis hunc hostem Christi illustriorem factum specioso titulo adversus Christum diutius alant. Attulit et eruditorum literas[4].

---

[a] perinde fehlt 3—5.

Tessaradecada meam nondum scio an edam, praesertim latine, cum id genus scriptionis, quod Christum sapit, sophistis sit odiosissimum.

Maxime vero quod agendum erat, ex his Matthaei Adriani literis intelliges, quem vides adhuc expectare[5]. Eccii glorias, etsi paene suspicor quales sint, tamen non invitus videbo. Vale in Christo. Altera Nicolai 1519.

F. Martinus Luther.

[1] Ps. 82, 1. 6.

[2] Ueber Joh. Heß aus Nürnberg vgl. die Nr. 45, Note 9 angezeigte Literatur sowie Herzog's R.-E. s. v. Er hatte 1518 eine humanistische Studienreise nach Italien gemacht, von der er jetzt zurückgekehrt war und Wittenberg besuchte. Mit Luther war er früher schon bekannt, denn am 8. Decb. 1513 schreibt er aus Neiße an Lang in Erfurt (Kolde, Analect. S. 10): me in orationes tuas commendo fratrumque tuorum, imprimis Martini patris mei, cujus mihi diligens recordatio. — Nr. 45 nennt ihn Luther noch Magister, hier Doctor; er war in Italien angeblich am 9. Septb. 1519 Doctor geworden, zugleich mit Crotus Rubianus, und zwar zu Bologna, nicht zu Ferrara (Heß an Lang, 19. Novb. 1519, Kolde, l. l.: una ego cum ... Croto collegio theologorum nuper sumus adscripti, vgl. mit Mutian's Brief an Lang v. 1. Juli 1520, Kolde S. 21: Rubianum ... nuper Bononiae theologorum insignibus donatum; — am 10. Aug. 1519, nach seinem Aufenthalt in Ferrara, schrieb Heß aus Bologna an Pirkheimer, Heumann, Docc. p. 118).

[3] Sapientissimi Philosophi Aristotelis Stagiritae Theologia sive mystica Philosophia secundum Aegyptios noviter reperta et in Latinum castigatissime redacta. — In fin.: Excussum in alma Urbium principe Roma apud Jacobum Mazochium ... 1519. Kal. Junii (vgl. Panzer, Annal. VIII, 261, 141). — Franciscus Roseus aus Ravenna fand diese, angeblich aus dem Griech. in's Syrische von Abenama Saracenus übersetzte Schrift in Damaskus, und ließ sie von Petrus Nicolaus ex Castellaneis in's Lat. übersetzen und dem Papst Leo X. widmen. Jac. Carpentarius urtheilte über diese Uebersetzung, hujus interpretatione nihil esse et in verbis et in orationis compositione insulsius; weßhalb er eine neue gab. Sie ist abgedruckt u. a. in den opp. Aristot. ed. Casaubon., Aurel. Allobrog. 1605, T. II, 791. Luther's Urtheil, daß sie eine untergeschobene Schrift sei, hat sich bestätigt. Vgl. Fabricii Biblioth. graec. lb. 3. c. 6. p. 162.

[4] u. a. auch Nr. 234.

[5] Wenn Mosellan am 6. Decb. an Jul. Pflug schreibt

(Löscher III, 249): Is [Fridericus Princeps Elector] jam ingentibus praemiis Matthaeum Hadrianum, Hebraeum nostrae memoriae doctissimum, suae professionis medicum, e Lovanio Wittebergam accersit; so berichtet er etwas als bereits sicher, worüber die Verhandlungen erst begonnen hatten, die sich noch bis in's nächste Frühjahr hinauszogen; vgl. den Brief vom 16. April 1520.

Nr. 251.

(Wittenberg.) 8. December 1519.

Luther an Spalatin.

Ueber Eck's zu erwartende Gegenschrift; von der Besetzung der Pfarrei zu Schmiedeberg; von der Angelegenheit der Wittwe Landmann und einem ähnlichen Fall mit dem Schloßpfeifer; von der Tessaradecas.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 40; **3.** Cod. Jen. a. f. 65; — Drucke: **4.** Aurif. I, 220; **5.** Löscher III, 996; **6.** de Wette I, 373. — Deutsch: Walch XXI, 656.
Wir geben den Text nach 1.

Erudito et integerrimo viro, D. Georgio Spalatino, Christi servo, suo charissimo amico.

Jhesus.

Salutem. Deus bone, quam Eccius meus nunquam non est Eccius; ita et Lipsiae circumreptabat miser, lubricus tamen, semper veritus ad scopum accedere. Sed utinam libellus suus[1] editus esset, quem jactat; daret Dominus, ut novissimum in his nugis perderem laborem, spero.

Miror autem, quid agatur coram Illustrissimo Principe de parochia Schmidbergensi. Vota Universitatis sunt Magistri Hertzberg et haec irrita fieri prorsus non placet, te nollem quicquam agere in hac re, quo fraudetur ille, cui spiritus dedit[2].

Si tibi quippiam constat de causa viduae[3], quam nudius per te egi, rogo me reddas certiorem. Periculum est, ne ego incidam aut magis involvar odio Dominorum Canonicorum. Jam quatuor exemplis testamentorum (ut vocant) valde oppugnant patientiam meam aperte, sollicitudinem temporalium, ne dicam avaritiam, charitati praeferentes, nec sine scandalo, quod mihi pro meo (ut scis) officio non est ferendum in perpetuum.

Jam Nicolaum tibicinem[a] in arce simili casu tractant. Vox et fama est, quendam fame mortuum, quod sua omnia illis dederit tantum servanda, cui nihil reddiderunt. Non autem credo; sed metuo, si discutiantur, non omnia inveniantur, quae placeant. De his voluissem tecum loqui potius quam scribere. Tessaradecadas volui Lipsiam mittere[4], sed videbo, an tuo consilio possim obtemperare. Vale. Die Conceptionis 1519.

[b]Martinus Luther[c].

[1] Die Nr. 244, Note 57 und 246, Note 5 erwähnte Schrift.
[2] vgl. Nr. 249 und Note 7. — [3] vgl. Nr. 245.
[4] nämlich zum Druck.

[a] tibicen 1. 2. — [b] † F. 4–6. — [c] † Augustinianus 4–6.

Nr. 252.

(Wittenberg.) (nach dem 8. December 1519.)

Luther an Spalatin.

Verschiedenes über Eck und Miltitz.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 41; 3. Cod. Jen. a. f. 67; — Drucke: 4. Aurif. I, 221; 5. Löscher III, 997; 6. de Wette I, 375. — Deutsch: Walch XV, Anh. LI.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Christo charissimo amico D. Georgio Spalatino, a sacris Ducalibus Saxoniae.[a]

Jhesus.

Salutem. Remitte[b] spumas Eccianas[1], mi Spalatine. Nam literas Francisci Siccingeri[2] non mihi misisti, vix legendae mihi dabantur brevissimo tempore ab Ottone[3] nostro. De Eccio ex Nurmberga et Saltzpurga etiam manu Vicarii Staupitii scribitur, ut ille ambiat primores[4], ediditque denuo suis expensis Augustae Rubii[5] rythmos vernaculos in nos. Digna res theologo profecto! Vicarius noster Saltzpurgae sanum et honoratum se scribit, teque salutat, et ut Principi nostro eum commendes.

Carolo Miltitio faciam[6], quae jusserit et consuluerit clement. Princeps; prope opto in manus istorum impiorum[c] venire, quo furias suas aliquando satiarent, nisi verbo Dei timerem et pusillo populo Dei. Vale in Christo. Cogor Amsdorfio nostro cedere, et in Pretisch[7] ire hac hora. 1519.

Martinus Luther, Augustinianus.

[1] ist die Schrift: Ad criminatricem M. Ludders offensionem ... Eckiana responsio, vom 19. Oktober datiert (vgl. Nr. 244, Note 58) gemeint?

[2] „Ervorderung und verkundung des Edlen und vesten Francisci von Sickingen zu Eberburg an und wider Provincial prioren und Conventen prediger ordens teutscher Nation und sunderlichen Bruder Jacoben von der Hochstraten von wegen und namen des hochgelerten und weitberümbten hern Johann Reuchlins baider Rechten doctor, seiner erlangten Executorial halben" d. d. 29. Juli 1519. Abgedr. bei Burckhard, Hutten III, 158; Wagenseil, Hutten 261; Hutt. opp. ed. Böcking, suppl. I, 438. Zur Sache vgl. Strauß, Hutten² S. 300; Geiger, Reuchlin 445; Ulmann, Sickingen 168. — Bernh. Adelmann an Pirkheimer, 15. Okt. 1519 (Heumann, doc. lit. p. 177): Mitto tibi exemplum literarum Sickingeri. Audio, secundas eum ad ordinem istum seu factionem dedisse literas; quid vero contineant, ignoro. — Es kann

[a] Erudito pioque viro, Domino Georgio Spalatino, Christi servo et amico suo charissimo 4—6. — [b] + quaeso 4—6. — [c] impiorum fehlt 4—6.

oben im Brief der erste, gedruckte Fehdebrief, aber auch der zweite (bloß handschriftlich verbreitete?) gemeint sein.

[3] Beckmann; vgl. über ihn Nr. 31, Note 2.

[4] vgl. unten den Brief vom 18. December.

[5] vgl. Nr. 212, Note 3; diese Augsburger Ausgabe ist weder bei Panzer, noch bei Weller verzeichnet.

[6] Am 8. December schrieb Miltitz an den Kurfürsten (Cyprian, Urk. I, 408; vgl. Seckendorf, p. 63), daß ihm aus Rom ernstlicher Befehl geworden sei, die Sache mit Luther bald zu Ende zu führen, und stellte Interdikte und andere geistliche Censuren in Aussicht. Am 11. sprach er dann den Kurfürsten selbst in Torgau, wo er wiederholt darauf drang, daß L. nach Trier reisen solle. Der Kurf. ging jedoch darauf nicht ein und brach die Verhandlungen ab. — Darnach bestimmt sich das ungefähre Datum dieses Briefes, worin wir de Wette folgen; Keil, Lebensumst. Luther's I, 60 setzt ihn auf den 19. Decb., aber ohne dieses Datum zu begründen.

[7] Pretzsch, an der Elbe, Kreis Wittenberg.

Nr. 253.

(Regensburg.) 12. December 1519.

Hauptmann Thomas Fuchs[1] an Luther.

Anfrage im Auftrag des Raths von Regensburg über einen Streitfall mit dem dortigen Bischof. — Beantwortet am 23. December.

Drucke: **1.** Karl Theod. Gemeiner, Regensburgische Chronik, Bd. 4 (Regensb. 1824) S. 374, Note 721; daraus **2.** Ilgen's Zeitschr. f. histor. Theol. 1844. H. 2. S. 89.

Dem ehrwürdigen und hochgelehrten Herrn Martin Lutter, der h. Schrift Doctor, Augustiner Ordens zu Wittemberg, seinem sondern lieben Herrn und Freund.

Mein sonder freundlich willig Dienst mit Fleiß zuvor. Ehrwürdiger, hochgelehrter, lieber Herr und Freund! Ich bin ungezweifelt, Euern Würden sei unvergessen, welchermaßen ich verruckten Jahrs in euern Sachen zu Augsburg gegen dem Cardinal, euerm Widertheil, mit Fleiß euch zu Gutem gehandelt habe, derhalben ich mich alles freundlichen Willens

bei E. Würden wohl versehe. Und gelangt demnach an E. Würd mein gar dienstlich fleißig Bitten, Euer Würd wollen mich hiemit bei diesem gegenwärtigen meinem Boten auf hier inliegendem Casum[2] euers getreuen Rathes schriftlichen verständigen, ob und was doch die Recht derhalb setzen und wollen, das Ordinario loci oder jemand anderm an dem gebühre, auch wie und mit was Maaß und Grund man sich desselben mit Recht ufhalten und erwehrn möge. Und wolle sich Euer Würd hierin keiner Mühe bevilhen lassen. Das erbeut ich mich um Euer Würd, wo es hinwieder zu Schulden kommt, gar freundlich und gutwillig zu verdienen. Datum am Montag nach Conceptionis Mariae Anno 1519.

[1] Ueber Thom. Fuchs, Reichshauptmann zu Regensburg, Ritter und Herr auf Schneeberg, Bruder des Jakob Fuchs in Bamberg (vgl. Nr. 234, Note 4; Gemeiner, S. 471, Note 870), vgl. Nr. 234, Note 15; über die Streitigkeiten zwischen der Stadt und dem Kaiser bei seiner Einsetzung im J. 1512 s. Gemeiner S. 184 ff.; über sein späteres vorsichtig zögerndes Verhalten bei der Reformation 1523, S. 483.

[2] Der Streitfall zwischen der Stadt und dem Bischof Johann III. handelte sich um den Anspruch des Bischofs auf ein Drittheil der Opfergaben, welche in der Kapelle zur schönen Maria eingingen. Diese war an der Stelle der im Februar 1519 bei der Austreibung der Juden zerstörten Synagoge in der Eile erbaut und durch die angeblich dort stattgefundenen Wunder schnell zu einem beliebten Wallfahrtsort geworden; vgl. Chiliani Leibii Annal. in Aretin's Beytr. VII, 654 ff.; Spalatin ap. Menk. II, 595; Gemeiner S. 357. 371 ff. Es wurden in der Sache noch andere Gutachten eingeholt, verzeichnet bei Gemeiner S. 373, Note 720. Der Streit wurde erst nach vielseitigen Verhandlungen durch den Münchener Ausspruch vom 25. August 1522, vermittelt durch Herzog Wilhelm von Baiern, beigelegt; Gemeiner, S. 460.

Nr. 254.

Wittenberg. 18. December 1519.

Luther an Spalatin.

Ueber Miltitzens angebliche Reise durch Wittenberg. Der Aufforderung, eine Fasten-Postille zu schreiben, kann L. wegen seiner vielen Geschäfte nicht nachkommen. Ueber die andern Sacramente (außer Taufe, Buße und Abend-

mahl) werde er keinen Sermon schreiben, da er ungewiß, ob sie Sacramente seien. Ueber den lateinischen und deutschen Druck der Tessaradecas. Beantwortung der Anfrage, wie sich die Pflichten eines Priesters von denen der Laien unterschieden. — Nachschrift: Von einer nicht näher bekannten Bitte des Priors.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 66; — Drucke: 3. Aurif. I, 222b; 4. Löscher III, 998; 5. de Wette I, 377; die Nachschrift: 6. Burckhardt, S. 24. — Deutsch: Walch XXI, 659.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Christo charissimo Georgio Spalatino, Christi servo, viro probo et docto, amico et patrono.

Jhesus.

Salutem. Fama est, heri Carolum M.[a] per nos fecisse iter, quod miror; sed haec transeant. Quae de illusione ejus per imaginem meam scribis, legi. Verum quod de enarrandis Evangeliis et Epistolis quadragesimalibus[b] tantopere urges, nescio si queam praestare: multa sunt, et ego oneratissimus. Putasne? Psalterium[1] exigit integrum virum, totum eundem concio in populum, per Evangelium[2] et Genesim laborans; tertio totum ipsae[c] preculae et instituti[3] mei cultus; quarto totum hoc enarrandi munus, ut taceam epistolarum scribendarum, deinde negotiorum alienorum occupationem, inter quae et congressus familiarium, quem paene comessationem nomino, plurimum mihi temporum pessime furatur.

Certe homo sum et unus: accingor operi, sed si id, quod tu praescribis, perficiendum est, caetera omnia intermittenda sunt. Atque utinam huic uni liceret quieto mihi intendere, magnam mihi hanc felicitatem esse ducerem: tantum abest, ut invitus hoc agam.

De aliis sacramentis[4] non est, quod tu vel ullus hominum ex me speret aut expectet ullum sermonem, donec docear, ex quo loco queam illa probare. Non

---

[a] Miltitium 3—5. — [b] XLmalibus 1. — [c] ipsum 3—5.

enim ullum mihi reliquum est sacramentum; quod sacramentum non[d] sit, nisi ubi expressa detur promissio divina, quae fidem exerceat, cum sine verbo promittentis et fide suscipientis nihil possit nobis esse cum Deo negotii. Quae autem de sacramentis illis septem fabulati illi sunt, alio tempore audies.

Tessaradecas excuditur utraque lingua. Officia sacerdotis, quae ex me quaeris, ignoro, cum, quanto magis cogito, non inveniam quod scribam, nisi ceremonialia; deinde valde me urget[5] Petrus apostolus, 1. Pet. 2 dicens[6], nos omnes esse sacerdotes; idem Johannes in Apocalypsi[7]; ut hoc genus sacerdotii, in quo nos sumus, prorsus non differre videatur a laicis, nisi ministerio, quo sacramenta et verbum ministrantur. Caetera omnia sunt aequalia, si ceremonias et humana statuta demas, et satis miramur, unde ordo nomen sacramenti invenerit. Mira haec tibi nonne? sed praesens plura una cum Philippo, quoniam has res et saepe et acute tractavimus[8].

Proinde officium tuum a communibus laicorum officiis nihil differet exceptis oneribus, quae Romana Curia sine delectu omnibus sacerdotibus imposuit. Maximum autem est, ut consideres, in quem locum vocatus sis, hoc est, in aulam, sicut Hester, vocatus es, ut populis servias (ubi potes), qui ex hac aula reguntur.

Hoc, ut est omnium difficillimum et periculosissimum, ita non dubites esse summum et primum, scilicet incomparabiliter praestantius omnibus tuis, sive horis canonicis, sive quibuscunque, quae tibi ullus praescribere possit officiis. D. Hinrico Stromer credidi per te posse quam optime reddi literas, itaque rogo illuc cures ferendas. Vale et ora pro me. Dominica 4. Adventus 1519. Vittenbergae.

Martinus Luther, August.

Prior non redit sua supplicatione, non quod indignetur, sed (ut ait) quod jam tempus idoneum

[d] non fehlt 3–5 (3 hat es am Rande).

petendi transierat[e]. Venturus ad quadragesimam, ut tum tuo utatur officio cumulatius. Haec[f] tibi ut scriberem voluit.

[1] die Vorlesungen über den Psalter.

[2] des Matthäus nämlich, vgl. den Brief an Spal. vom 8. Febr. 1520, wo er schreibt, daß er nicht Zeit hatte, Aufzeichnungen von diesen Predigten, wie Spal. wünschte, zu machen.

[3] Augustiniani scil.

[4] nämlich außer den von ihm in den Sermonen, welche der Herzogin Margaretha von Braunschweig gewidmet waren (vgl. Nr. 239), behandelten.

[5] Hier finden wir die ersten Spuren der Lehre vom allgemeinen Priesterthum, welche die großen Schriften des Sommers 1520 voraussetzen. (Kolde, Luth. Stellung zu Concil und Kirche. 1876. S. 58 f.)

[6] V. 5. 9. — [7] 5, 10.

[8] Was er in jenem Gespräche mit Mel. verhandelte, sprach er zuerst öffentlich aus im Sermon von dem neuen Testament, Erl. 27, 163; vgl. Rietschel, Luth. und die Ordination. 1883. S. 32.

---

[e] transierit 6. — [f] Hoc 6.

Nr. 255.

Wittenberg. 18. December 1519.

Luther an Joh. Lang.

Von dem Ordensbruder Johann Cäsar, von dem Besuch der Vorlesungen Melanchthon's seitens der Ordensbrüder; Uebersendung von Schriften; von Drohungen Eck's; über die Verzögerung des Schiedsspruchs bez. der Leipziger Disputation; Emsern will er nicht besonders antworten, sondern ihn mit Eck zugleich abthun; von Miltitzens Bemühung, ihn nach Trier mitzuführen 2c.

Handschriftlich: **1.** Cod. Goth. A. 399. fol. 127b; — Drucke: **2.** Aurif. I, 223b; **3.** Löscher III, 1000; **4.** de Wette I, 379. — Deutsch: Walch XXI, 662.

Wir geben den Text nach 4 mit Heranziehung von 1.

Reverendo Patri Johanni Lango, Theologo, August. Erfordens. medio Vicario, suo in Christo suspiciendo.

Jhesus.

Salutem. De pecunia Caesaris[1] Fratris, R. P., fiet, quod scripsisti. Non erat Caesar domi, literis venientibus; an vero hic sit relinquendus, vestrum arbitrium est; prius enim scripsisti, ut maneret, donec vel cursor[2] ad vos reverteretur. Habet lectiones pro theologia, tum libros non ineptos, nisi quod doleo me non posse vel omnes fratres[a] ad lectionem theologicam[3] Philippi in Matthaeum hora sexta matutina[b] mittere[4]. Superat iste Graeculus[c] me quoque in ipsa theologia.

Psalterium[5] nesciebam te gemellum accipere, alterum ex me, alterum ex Philippo. Caeteras nugas arbitrabar sine meo studio ad te pervenire. Sermonem de usura[6] sub incudem revocavi, facturus, ut multo plures offendat Christi pura doctrina; alia omnia mitto. Disputationes impressas[7] cura, ut quantocius habeamus.

Eccius minatur[8] et mihi et Philippo et Carlstadio, et toti Universitati nostrae, denique ipsi Principi, nescio quas diras. Exspuit enim salivae quoddam chaos vernacule ad Principem, Deum crederes omnipotentem loqui; sed recte in talem Principem talis incurrit sophista.

Placet tuos Erfordienses judicium detrectasse[9]. Jam enim et frustra disputatum est, et judicatur vane a Parrhisiensibus, hoc est, campus aperitur in Romanum Antichristum loquendi, Deo propitio. Circumfertur apud nos tractatus cujusdam (ut putant) Boëmi, oppido quam eruditus et theologicus in utraque lingua adversus tyrannidem Romanae curiae.

Non satis intellexi quid velles, cum scriberes Graece, non sine magno tuo studio remissas[10] dispu-

---

[a] fratres fehlt 1. — [b] hor. sext. mat. fehlt 1. — [c] 1 hat nicht Graeculus, das Wort selbst ist aber unlesbar.

tationes Duci Georgio, et qua causa tui theologi et jureconsulti essent adeo ἀπόπληκτοι.

Emsero non respondebo peculiari libro, quod homo insulsissimus non modo affirmat et concedit, quorum eum[d] insimularam; sed[e] etiam nec statum causae ulla parte attingit, tantum conviciis furens; veniente Eccii (ut promisit) impetu, pariter et illum involvam.

Carolus Miltitius nunc Torgae[11], nunc Lochae id satagit, ut me secum ad Treverim ducat, et mire timent, valde machinantur, penitusque insaniunt adversarii, differri perditionem mei; scribunt Episcopi ad Romam contra me. Quid futurum sit, necdum ipse scio; forte Treverim ibo, accepta fide publica, et vocatione Episcopi Treverensis.

Reverendus Pater Vicarius Saltzburgae agit sanus et honoratus, scribens[12] Eccium[13] ambire primores passim, sed Cardinali Langio Episcopo displicere Eccianam modestiam. Lottherus Lipsensis apud nos erigit chalcographiam triplicis linguae. Fervet studium praesertim theologiae. Lipsia lipsiscit, sicut mos ejus est: sum occupatissimus. Vale et pro me ora. Vittenbergae, Dominica quarta Adventus, 1519.

Prosperentur novelli licentiati vestri, et P. M. Usingen saluto[f].

F. Martinus Luther, August.

[1] vgl. Nr. 193, Note 5; verschieden von Nr. 18, Note 9.

[2] Cursor Bibliae, qui Bibliam iis, qui cursum theologicum percurrunt, explicat; vgl. Du Cange II, 720.

[3] Von dieser Matthäus-Vorlesung berichtet Melanchthon selbst am 11. December 1519 an Joh. Schwebel in Pforzheim, CR. I, 128.

[4] Ueber die Sendung von Augustinern in andere Klöster ihres Ordens des Studiums wegen vgl. Constitutt. Fratrum Heremitar. S. Augustini ... pro Reformatione Alemaniae. Nurmb. 1504 [vgl. Panzer, Annal. IX, 546, 28b), cap. 36: Ubicunque autem in aliquo conventu studium sacrae

---

[d] quoque cui 1. — [e] id 1. — [f] Prosperentur etc. nur bei 1.

theologiae habetur, sit Prior sollicitus ad id omnes, quantum fieri potest, compellere fratres.

[5] die Operationes in Psalmos (s. Nr. 166).

[6] der (sog. kleine) Sermon vom Wucher, s. Erl.[2] 16, 113, vgl. S. 78. II, 2.

[7] Die Disputatio excellentium D. Doctorum Joh. Eccii et Andr. Carolostadii, quae coepta est Lipsiae XXVII. Junii an. MDXIX etc. (vgl. opp. v. arg. III, 21), welche nach Knaake's Vermuthung (Luth. WW. II, 253) von Lang im December 1519 zu Erfurt zum Druck befördert wurde. Diese Vermuthung wird bestätigt durch einen Brief Lang's an Pirkheimer vom 21. December 1519 (bei Heumann, doc. lit. p. 248): Lipsiam illam disceptationem ad tuam humanitatem mitto, quo tu quoque pro tua genuina prudentia judices, quis horum trium pugilum sacris sit propior. (vgl. Kawerau im Theol. Lit.-Blatt 1885. Sp. 81.)

[8] im Brief an den Kurfürsten vom 8. Novb., Nr. 244.

[9] vgl. Nr. 249, Note 5; Melanchthon an Joh. Heß, 17. April 1520 (CR. I, 160): Erphordiani de Lipsica disputatione non judicabunt, absterriti, ut credo, exemplo Coloniensium et Lovaniensium. Parrhisii quid facturi sint, nescimus.

[10] der ablehnende Brief der Erfurter Universität an Herzog Georg (Seidemann, Leipz. Disp. S. 152) datiert aber erst vom 29. Decb.

[11] Miltitz war am 11. Decb. bei dem Kurfürsten in Torgau; vgl. Löscher III, 846.

[12] vgl. Nr. 252.

[13] Aus dieser Stelle hat man (z. B. Seidemann, Leipz. Disp. S. 82; Seifert, Ref. in Leipz. S. 65) mit Unrecht gefolgert, daß Eck schon im December in Salzburg auf der Reise nach Rom gewesen sei; er trat die Reise nach Rom über Salzburg erst am 18. Januar 1520 an (vgl. Wiedemann, Eck S. 150). Nach dem Briefe Bernh. Adelmann's an Pirkheimer vom 1. Januar 1520 (Heumann, Doc. lit. p. 181) war er zu Neujahr in Augsburg.

Nr. 256.

Wittenberg. 23. December 1519.

Luther an Thomas Fuchs, Reichshauptmann zu Regensburg.

Antwort auf Nr. 253. — Luther räth zum gütlichen Vergleich. (In gleicher Weise fiel die Antwort der Stadt Nürnberg aus, vgl. Gemeiner, Regensb. Chronik IV, 374.)

Gedruckt Erl. 53. S. 29, Nr. 12, woselbst auch die andern Drucke angegeben sind.

¹ S. 30. Z. 10. der Papst hat gesetzt ꝛc.] vgl. Decret. P. II. caus. 10. qu. 1. c. 7.

Nr. 257.

Wittenberg. 25. December 1519.

Luther an Spalatin.

Rücksendung eines Briefs Emser's; von Eck's Schrift für Emser; Dank für ein kurfürstl. Geschenk; von der Angelegenheit der Wittwe Sandmann; einer Einladung der Fürstin von Anhalt; der Wuth der Meißnischen Geistlichkeit gegen Luther.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 44; **3.** Cod. Jen. a. f. 69; — Drucke: **4.** Aurif. I, 225; **5.** Löscher III, 1001; **6.** de Wette I, 382. — Deutsch: Walch XXI, 664.
Wir geben den Text nach 1.

Venerabili sibi in Christo Georgio Spalatino, servo Dei, a sacris Electoris Principis Saxoniae, amicissimo suo.

Jhesus.

Salutem. Remitto Emseri literas, mi Spalatine, hominis, qui est minacior, quam potentior. Ego si meo spiritui habenas laxarem, mox sentirent, adversus quem scriberent. Eccius enim et ipse novam se parente dignam peperit prolem, maledictorum colluviem, pro Aegocerote scribens[1], dignus patronus tali clientulo. Sed haec eant.

Salutem Principis et ipse curo, et curandum aliis commendo diligenter, cui tu quaeso gratias age pro nobis, quod ferinas carnes miserit.

Expectaveramus te huc venturum, ut inter caetera et viduae istius clamorem[2], quo fatigat me,

tecum communicarem. Timeo, vox oppressae in coelum ascendat, queritur enim sese paene mendicatum cogi.

Invitatus sum a Principe Domina[a] de Anhalt in Dessen[3], sed nescio an illic[b] tuto licet concedere: sane et ipsa[c] periculum excepit. Vale et ora pro me.

Hac hora mihi Philippus refert, sacerdotes Misnenses adeo cum Emsero in me insanire, ut sine peccato esse eum censeant, qui me interfecerit, quod Boëmos audiant de me gloriari tanquam suo patrono. En tempora homicidarum Christo obsequia praestantium. Sed alias haec. Vittenbergae die Natalis Christi 1519.

Martinus Luther, Aug.

[1] vgl. Nr. 244, Note 57.
[2] vgl. Nr. 251.
[3] Margaretha von Anhalt, geb. Herzogin von Münsterberg, gestorben 28. Juni 1530, Mutter von Joachim, Johann und Georg, sämmtlich noch unmündig, so daß es damals gar keinen Dominus (wie de Wette rc. haben) in Dessen gab, indem die Herzogin Wittwe war. Sie blieb übrigens streng katholisch.

[a] Domino 4–6. — [b] illuc 4–6. — [c] ipse 4–6.

Nr. 258.

Wittenberg. 31. December 1519[1].

Luther an Spalatin in Lochau.

Unterstützung einer Bittschrift des Rathes von Kemberg um Erleichterung der Steuer; von der Angelegenheit der Wittwe Landmann; von einer dem Crotus zu überschickenden Schrift.

Original: 1. anhalt. Ges.=Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 82; 3. Cod. Jen. a. f. 105; — Drucke: 4. Aurif. I, 297b; 5. de Wette I, 536 (auf den 31. Decb. 1520 gesetzt). — Deutsch: Walch XXI, 737.
Wir geben den Text nach 1.

Viro docto et probo, Georgio Spalatino, a sacris principalibus Lochae, suo in Christo majori.

Jhesus.

Salutem. Mittit hic Senatus Kembergensis supplicationem ad Principem, mi Spalatine, qua queritur opprimi per census iniquissimos; in qua re et tuum officium peto, quandoquidem potes sine periculo. Quod si Illustriss. Princeps nollet toto[a] sese negotio immergere (quod nec opus est), ut subito et vi rem mutet: saltem id impetrari adjuva, ut intelligant homines illi, sese in hoc habere Principis favorem et consensum. Miserrime enim populus exsugitur illic usura ista pessima, pessimoque peccandi exemplo magis in dies augetur. Nam et sacerdotia et officia cultus divini, tum fraternitates quaedam[b] sacrilegis his censibus et impiis rapinis aluntur, quae minime omnium oportuit. Deo et voluntati ejus scias te servire propriissima religione, quicquid tu ipse in hoc feceris, et per Principem fieri obtinueris.

Vidua ista revertitur, cujus domum ipse lustravi et vidi non frustra moveri Dominos Canonicos: est aliquid quod speratur ibi.

Modum iniquirendorum haereticorum[2] Hessus[3] noster missurus erat Croto in Italiam, si remisisses. Tu interim vale; sum occupatissimus, simul tentationibus obrutissimus. Vittenbergae, die S. Silvestri 1520.

Martinus Lutherus, August.

[1] Das Original hat zwar die Jahrszahl 1520, aber nach dem damaligen Brauch, das neue Jahr mit Weihnachten zu beginnen. Daß der Brief zweifellos aber ins Jahr 1519 gehört, ergibt sich, abgesehen von der darin erwähnten Angelegenheit der Wittwe Sandmann, hauptsächlich daraus, daß Crotus sich noch in Italien befand, welcher doch im Frühjahr 1520 nach Deutschland zurückkehrte.

---

[a] toti 4. 5. — [b] 1 (und nach ihm 2 und 4) hat quasdam, was aber verschrieben scheint.

[2] Tractatulus quidam solennis de Arte & Modo inquirendi quoscunque Haereticos, secundum consuetudinem Romanae Curiae, omnibus Fidelibus, praesertim haereticae pravitatis Inquisitoribus scitu utilissimus, compositus a quodam Legali Magistro Nostro Fratre Ordinis Praedicatorum dicto. Am Schl.: Datum Coloniae ex bursa Kneck. Auch unter dem Titel: Modus inquirendi haereticos ad usum Romanae curiae lectu dignissimus. Duodecim regulis conclusus; vgl. Panzer, Annal. IX, 186, 258; Schelhorn, Amoenit. IX, 771 (woselbst auch ein Auszug). — Eine Satire, erinnernd an die Epistolae obscur. vir., dem Sylvester Prioras [sic] und Jakob Hogostrat gewidmet per Fratrem Logumenon.

[3] Seidemann bei de Wette VI, 667 s. vv. Heß und Hessus, läßt es unentschieden, ob hier mit dem Hessus noster der spätere Breslauer Joh. Heß, oder der damalige Wittenberger Joh. Hessus (Eisermann, Montanus), oder der bekannte Dichter Eoban Hessus (den de Wette, Note ** zu unsrer Stelle nennt) gemeint sei. Aus den Beziehungen, in welchen der Erste dieser drei zu Luther und Crotus stand (vgl. Nr. 250), hat man ohne Zweifel diesen unter dem Hessus noster zu verstehen.

Nr. 259.

Wittenberg. (1519?[1])

Luther an Spalatin.

Sagt auf Befragen seine Ansicht über einige Psalmen.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 4; — Drucke: 3. Buddeus p. 9; 4. Löscher III, 991; 5. de Wette I, 384. — Deutsch: Walch XXI, 649.

Wir geben den Text nach 1.

Fratri suo charissimo Georgio Spalatino, homini sincero et eruditissimo.

Jhesus.

S. D. Libentissimus voto satisfacerem, optime Spalatine, et tuo et meo semper, nisi ecce a me

quaereres, quod prorsus extra mei ingenii est tenuitatem. Fateor meam ignorantiam ingenue, atque adeo me nescire, quae sint interjecta illa, ut nec suspicionem aliquam super iis instituere possim. Psalmos sane, quos adnotasti, LXXIX. et LXVI.[2] certissimus sum esse suspiriosissimas orationes fidelis synagogae pro adventu Christi in carnem. Tu autem[a], qui me et judicii acrimonia et eruditionis opulentia quam longissime antecellis, vide, ne forte ideo dicere voluerit interjecta[3], quod ejusmodi Psalmi interstalares[b4] sunt, qualis est Ecloga Virgiliana illa (non memini quota): «Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim». LXVI. enim bis dicit «Deus misereatur nostri», bis «Confiteantur tibi populi, Deus», bis «Benedicat nos Deus»[c]. LXXIX. autem quoties dicat «Domine Deus virtutum», ipse facile nosti. Sed huic repugnat, quod[d] dicit, summa duo: nam CVI.[5] interstalaris[e] pulchrius dicitur ambobus illis. Qua causa suspicor, ne forte pro CVI. sit LXVI. positus corrupto numero, praesertim cum non soleat in eodem libro Ps. majoris minori praeponere, minoris minimi Ps. Ac sic LXXIX. et CVI. sint interstalares[f] tantum. Habes omnia quae habeo. Vale et ora pro me. Ex monasterio.

F. Martinus Luder, Augustinensis[g].

[1] Budd. hat diesen undatierten Brief in das Jahr 1519 gestellt, de Wette: „vielleicht aus einer früheren Zeit", was durch den Cod. Jen. bestätigt zu werden scheint, der ihn schon auf fol. 4 hat, ebenso durch die Schreibweise Luder. In dem Archiv zu Zerbst liegt er unter den Briefen des J. 1519, aber von wem dahin gelegt? Zur genaueren Zeitbestimmung fehlt jeder Anhaltspunkt.

[2] nach der Zählung der Vulgata, jetzt der 80. und 67. Psalm.

[3] interjecta, Worte, mit welchen ein Redestück gleichmäßig durchflochten ist, Refrain, wie dieß in der 8. Ecloge Virgil's mit den gleich angeführten Worten der Fall ist.

[4] Dieses interstallaris vermag ich nicht zu erklären; in gleichzeitigen lateinischen Lexicis kommt es eben so wenig wie

[a] vero 3—5. — [b] intercalares 3—5. — [c] † Deus noster, benedicat nos Deus 3—5. — [d] st. quod: et 3—5. — [e] intercalaris 3—5. — [f] intercalares 3—5. — [g] Augustinianus 3—5.

in den heutigen vor. An der Lesart selbst kann kein Zweifel sein, das dritte Mal hat Luther sogar intersthalares geschrieben. D[elitzsch], ein fragliches Wort in einem Briefe Luther's, in der Allg. evangel.-luth. Kztung. 1883. Nr. 48 hält es für eine neckische Verwechslung mit intercalaris, und bringt es in Beziehung mit dem bei du Cange verzeichneten mittelalterlichen interstalare = inter se pugnam conserere, und erklärt es mit „Zwischenstellung nehmen", von wo aus sich versus interstalaris als Bezeichnung eines Schalt- oder Kehrverses einigermaßen begreifen lasse. — Aber woher hatte Luther dieß Wort, für welches du Cange nur Einen Beleg aus dem Chronicon monasterii Sythiensis St. Bertini des Joh. Iperius (gestorb. 1387 als Abt des Benediktinerklosters St. Bertin zu St. Omer) beizubringen weiß, welches Chronicon Luther sicher nicht kannte, da es erst bei Martene et Durand, Collect. ampl. T. III. gedruckt ist? — Auch in seinen Dictata super Psalterium (ed. Kawerau, in der Weimar. Ausg. Bd. 3) kommt das Wort nicht vor, obwohl er daselbst zu Ps. 79 (80), 20 die Sache erwähnt: Jam tertio hoc [sc. Domine Deus virtutum] repetens trinam exprimit apparitionem Dei etc. (l. c. S. 606). — Die schon bei Buddeus stehende Variante intercalaris drückt jedenfalls den Sinn richtig aus, denn die Benennung versus intercalaris für Refrain kommt schon bei Servius zu Virgil vor.

[5] jetzt Ps. 107, vgl. V. 8. 15. 21. 31.

1520.

Nr. 260.

Wittenberg. 10. Januar 1520.

Luther an Spalatin in Zerbst.

Sendet ihm Leipziger Briefe voll bitterer Anschuldigungen hinsichtlich seines Sermons vom hochwürdigen Sacrament; von Eck's Schrift für Emser und Oecolompad's Canonici indocti.

Handschriftlich: **1.** Cod. Jen. a. f. 69; — Drucke: **2.** Aurif. I, 226; **3.** de Wette I, 388. — Deutsch: Walch XVI, 664.

Wir geben den Text nach 3.

Suo in Christo charissimo Georgio Spalatino a sacris principalibus, modo in Zerbist[1] agenti.

Jhesus.

Salutem. Mitto tibi, mi Spalatine, literas novarum rerum, in quibus videbis, quam infelix sit studium Lipsensis invidiae, quam maligne[a] abutantur simplicitate optimi Ducis Georgii[2], non veriti asserere causam maximam, errorem, haeresim, si quis utraque specie communicet: quod tamen, licet evangelium Christi instituerit, non volui jubere, nisi autoritate concilii[3], fieri. Quid in aliis causis sint, hac una facile cognoscitur. Lege, quaeso, et reliqua de mysteriis monstrantiarum[4], item nativitatis[5],

---

[a] so nach 2; 3: malignae.

educationis, parentelae meae. Spero adhuc fingent, me uxorem et filios in Boëmia habere.

Eccii spurciloquia[6] nolui mittere, quae edidit in articulos a me defensos; videbis, si libet, praesens. «Canonicos indoctos» legisti, credo, eruditissime et grandiloquenter in sophistam grassantes. Vale in Christo, et Dominus intersit Principum istic negotio felix et propitius, Amen. Vittenbergae, feria 3. post Epiphaniae 1519.

F. Martinus Lutherus, August.

[1] Spalatin war im Gefolge des Kurfürsten, welcher mit mehreren Fürsten am 8. Januar eine länger als zwei Wochen dauernde Zusammenkunft in Zerbst hatte, um den Krieg zwischen den braunschweigischen und lüneburgischen Fürsten beizulegen; vgl. Spal. ap. Menck. II, 599.

[2] Herzog Georg schrieb selbst am 27. Decb. 1520 (d. i. 1519) an den Kurfürsten, worin er diesen auffordert, gegen Luther wegen seines Sermons vom Sacrament als böhmischen Ketzer einzuschreiten. Dieser Brief kann hier nicht gemeint sein, wohl aber konnte Luther durch die Leipziger Briefe Kenntniß von den Bestrebungen seiner Gegner bei Herzog Georg bekommen haben. Der Kurfürst lehnte übrigens in seiner Antwort vom 29. Decb. ein Einschreiten seinerseits ab. Beide Briefe gedruckt in Luth. WW. Wittenb. IX, 87; Jen. I, 213; Altenb. I, 545; Leipz. XVII, 281; Walch XV, 550; Löscher III, 920.

[3] Die Stelle, auf welche sich Luther hier bezieht, lautet: „Es ist aber bei mir fur gut angesehen, daß die Kirch in einem gemein Concilio wiederumb vorordenete, daß man allen Menschen beider Gestalt gebe, wie den Priestern". Erl. 27, 28.

[4] Brief Herzogs Georg: „Denn bei Vielen wird es dafür angesehen, daß die Figur der beiden Monstranzen [auf dem Titelblatt der Schrift, vgl. Erl. 27, 26, Nr. 1] und die Schrift sollen Anzeichen geben eins Zufalls [= Beifalls] denen, die unter beider Gestalt, mit vielen andern Artikeln, so für unchristlich geacht werde." — Desgl. an Bischof Adolf v. Merseburg, 27. Decb.: „Es ist auch am ersten Blatt desselben Schrift an der ersten Seiten eine Monstranz mit einer Hostien, an der andern auch ein Monstranz, darinnen mitten ein Trinkgeschirre stehit, gedrugkt, welchs sunderlich, als man darvon redt, viel Aergerniß und Argkwahn brenget." (Seidemann, Leipz. Disp. S. 145*.)

[5] Luther meint wohl die Nachrede: er stamme aus Böhmen. Spal. ap. Menck. II, 599 (unter den Nachrichten des Monats Januar): Hoc anno reperti sunt ... in aemulis Doct. Martini, qui non dubitarent rumores spargere, natum educatum-

que Pragae in Boemia et a puero institutum dogma Wiclefinum, ad movendam homini invidiam. Man sagte ihm noch anderes nach, so noch später Cochlaeus, commentar. de actis et scriptis M. Luth. Praefat. (nach: Petrus Sylvius, Zwey newgedruckte nützlichste büchleyn, aus welchen das Erste handelt, von der gmeynen Christlichen kirchen ꝛc. 1533): «Sunt itaque, qui affirment, Lutherum a spiritu immundo sub Incubi specie prognatum esse. Cujus rei afferunt testem religiosam quandam anum, Lypsiae habitantem, quae matrem Lutheri, olim Islebii in publico balneo famulantem, noverit, ac de adolescente, quem Incubum fuisse putat, audiverit, a quo illa impraegnata fuerit, antequam cognita esset a viro suo Joanne Ludero.»

[6] Die zu Nr. 244, Note 57 erwähnte Schrift. Hier hatte Eck in der Widmungsepistel an den Bischof von Meißen nicht undeutlich auf den Augsburger Canonicus Bernh. Adelmann als Verbreiter Luther'scher Irrthümer hingewiesen und die Randnote «Canonici indocti Lutherani» dabeigesetzt, welches Wort Oecolompad zum Titel der Entgegnung wählte, die, von Adelmann veranlaßt und in den Druck gegeben (vgl. dessen Brief an Pirkheimer v. 4. März 1520, Heumann, Doc. lit. p. 188), wie keine andere Schrift Eck auf's empfindlichste verletzte. Von Adelmann bei einem Gastmahl bei Joh. v. Schwarzenberg zur Rede gestellt: cur nos indoctos ac praecipue hypocritas vocaverit, quum a nullo vitio ... plus simus immunes, antwortete Eck: se hoc egisse, ut intelligeremus, se quoque scire maledicere. (Brief an Pirkh. v. 1. Januar 1520, Heumann, p. 181.) — Die Can. ind. abgedruckt u. a. in opp. var. arg. IV, 61.

Nr. 261.

(Wittenberg.) 14. Januar 1520.

Luther an Spalatin[1].

Der Anfang ähnlichen Inhalts wie der vorige Brief: von den Beschuldigungen seiner Gegner bezüglich des Abendmahls und Nachricht von seiner Abstammung; von einer falschen Beschwerde Miltitzens; L.'s Vertrauen auf Gott unter allen Gefahren; allerlei Mittheilungen.

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. a. f. 312; — Drucke: 2. Aurif. I, 226b; 3. de Wette I, 389. — Deutsch: Walch XIX, 2215.

Wir geben den Text nach 3.

Domino Georgio Spalatino.

Jhesus.

Salutem. Vehementer gaudeo et gratias ago Deo, mi Spalatine, causam meam eo profecisse, ut me jam, dimissis aliis, et utraque specie et parentela mea criminentur. Spero fore per insignem misericordiam Christi in me indigno, ut non perdar propter sententiam aliquam dignam et quae momentum habeat, ut sunt liberum arbitrium, gratia, claves ecclesiae. Nam in iis videntur inimici de me desperare, qui tam ridicula exquirunt. Sicut enim Christus propter vocabulum «rex Judaeorum» crucifixus est, ita et ego propter utramque speciem, quam nec jussi sumendam nec prohibui[2], sicut ipsimet scholastici quoque docuerunt.

De parentela mea nemo certius referet, quam Comites Mansfeldenses. Credo hos heroas tantum habere et nominis et autoritatis in imperio, ut in hac re mereantur sibi credi. Suspicor hoc commentum[3] esse seminatum ex Ochsenfartio[4] theologo Lipsensi, qui et Eccium occisum effinxerat, nostri explorandi gratia, homo satis impatiens suae et aliorum pacis, paratus ubique nocere, miserrimus, nec potens tamen.

Caeterum ego natus sum in Eisleben, baptisatusque apud S. Petrum ibidem. Haec non memini, sed parentibus et patriae hominibus credo. Parentes mei de prope Isenaco illuc migrarunt. Isenacum enim paene totam parentelam meam habet, et illic ab eis sum agnitus et hodie notus, cum quadriennio illic literis operam dederim, nec ulla civitas me notiorem sibi habet. Spero autem non fuisse tam stultos, ut Lutheri filium alius nepotem, alius avunculum, alius consobrinum (quales ibi multos habeo) sibi duceret, si patrem et matrem Boëmos et alios, quam apud eos nati sunt, scissent. Reliquum aetatis in studio et monasterio Erfurdiensi peregi usque ad

Vittenbergam, Magdeburgi etiam uno anno, quarto decimo scilicet aetatis, fui.

Habes vitam meam et parentelam. Vellem autem, sicut Christus coram Herode et Anna, hanc rem taceri, ut furentes homines sese digna crederent, donec erubescant aliquando. Generatio est, quae nec cantu nec luctu movetur, cui frustra quaeritur, ut prosit ullus hominum.

Hac hora literas tuas accepi de Carolo Miltitio, quem scribis jurasse, me non fuisse visum sibi[5]. Cur ergo tonsori Andreae, socio itineris ejus facto usque in Pretisch, confessus est (ut hic palam jactat) se vidisse et nescio quas diras contra me excitasse? Sed sine, mentiantur, fingant, sapiant, utut volent. Me petunt omnia, atque utinam fieret cito, quo a legendi et docendi officio solverer. Nihil enim aeque optarim (quantum in me est). Quod si persistendum est in docendo, mi Spalatine, non intelligo consilium tuum et tuorum, quos memoras, posse videlicet sacram theologiam sine offensione pontificum doceri. Scriptura potissimum sacrorum abusum persequitur, quod non poterunt pontifices sustinere.

Ego tradidi et obtuli me in nomine Domini, fiat voluntas ejus. Quis rogavit eum, ut me doctorem crearet? Si creavit, habeat sibi, aut rursus destruat, si poenitet creasse. Adeo me non teret ista tribulatio, ut incredibili sinu carbasa cordis mei inflet, ut jam intelligam in me ipso, cur daemones ventis aequentur in Scriptura[6]; dum enim sese efflant furendo, alios inflant patiendo. Id solum curo, ut Dominus in meis, quas inter me et ipsum habeo, causis mihi sit propitius, atque hoc, ut potes, juvare digneris.

Istam vero hominum causam fideli oratione Deo committamus, et securi simus. Quid enim facere poterunt? occident? nunquid resuscitabunt, ut iterum occidant? haereticum infamabunt? at Christus cum iniquis, seductoribus, maledictis damnatus est: ejus passionem si quando intueor, mire

uror, hanc meam tentationem non solum aliquid, sed etiam maximam videri tam magnis et multis, cum sit re vera nihil, nisi quod funditus desuevimus passionibus et malis, id est, christianae vitae.

Proinde sine: quanto illi insurgunt potentius, tanto a me ridentur securius. Statutum est apud me, nolle quicquam in hac timere, sed omnia contemnere. Et nisi Principem vererer involvere, apologiam fiducia plenam ederem, provocaturus amplius istas Erynnidas, irrisurus stultissimum eorum furorem in me.

De vidua[7] praesens tecum. Philippo dixi et legi, quae scripsisti. Praepositum Cameracensem[8] non recte arguis, culpa est Magistri Spalatini; nam ego te pridie quaerebam, permansurus esset Princeps necne diem Dominicam? respondisti, te nescire. Deinde nemo mihi de concione verbum fecerat; promiseram autem jam antea Praeposito, venturum esse me ad eum diem pro informando populo suo, quod mihi servandum videbatur, dum non intercipiebar alio mandato, nec credo periculum esse in tanto nostri loci spatio. Vale et ora pro me. 14. Januarii 1519.

Martinus Lutherus, August.

[1] wohl noch in Zerbst; vgl. Nr. 260, Note 1.
[2] vgl. Nr. 260, Note 3.
[3] vgl. ib. Note 5.
[4] über O.'s Charakter vgl. die Schilderung seines Famulus Michael Lindener (im Arch. f. Littgesch. v. Schnorr v. Carolsfeld, Bd. 6, 133); über ihn im Allgem.: Seidemann im Sächs. Kirchen- und Schulbl. 1874. Nr. 18.
[5] nicht mit Bezug auf Nr. 254, Z. 4. — Seidemann, Miltitz S. 21: „Ende December, vielleicht auch erst Anf. Januar: M. (vielleicht heimlich bei Luther zu Wittenberg, und dann) bei Spalatin in Altenburg" (also noch vor dem 8. Jan., vgl. Nr. 260, Note 1).
[6] Matth. 7, 25. 27? — [7] Walpurgis Landmann.
[8] Barthol. Bernhardi, vgl. Nr. 22, Note 2.

Nr. 262.

Wittenberg. 18. Januar 1520.

Luther an Spalatin.

Ueber Spengler's in Nürnberg „Schutzred" ꝛc., eine eigene Schrift zur Erklärung des Sermons vom hochw. Sacrament; erbittet sich die Confitendi ratio zurück, weil er fürchtet, daß sie gedruckt werde, und er sie vorher noch verbessern will; Empfehlung eines Pfarrers zur Pfarrei in Lochau.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 46; 3. Cod. Jen. a. f. 70; — Drucke: 4. Aurif. I, 231; 5. de Wette I, 395. — Deutsch: Walch XXI, 667.
Wir geben den Text nach 1.

Eruditissimo et integerrimo viro, D. Georgio Spalatino, Canonico Aldenburgensi, Principis Saxoniae Electoris a sacris et epistolis, suo in Domino majori.

Jhesus.

Salutem. Apologiam vernaculam Nurmbergensem[1] credo ad te pervenisse, mi Spalatine; sed et[a] ego edo vernaculam super isto monstro rumoris de utraque specie et nativitate mea[2], ita volentibus amicis.

Consarcinavi tibi aliquando modum confitendi[3], hujus exemplar cupio habere, quod metuo, id quicquid est, excudi, sicut scribit Adelmannus noster[4], qui optavit, ut emendatum aut mutatum ad se mitterem.

Hic sacrificulus[5] suasu quaestoris Lochaviensis petiit a me tibi commendari pro parochia in eadem Lochaw vacante (ut scribit) obtinenda. Atque sic facio; tu quia mores aulae et rerum negotia melius

---

[a] et fehlt 2—5.

nosti, videris, quid meae commendationi praestandum sit. Servet Dominus Jhesus nobis Principem, quem audivimus aegrotare. Deus bone, quid agitis illis longissimarum istarum causarum? Vale et ora pro me. Vittenbergae 18. Januarii 1519.

Martinus Luther, Augustinianus.

[1] Es ist die Schrift des Nürnberger Rathschreibers Laz. Spengler gemeint: „Schutzrede und Christenliche antwort. Eins Erbarn libhabers götlicher warheyt, der heyligē geschrift, auff etlicher widersprechen mit anzeygung, Warumb Doctor Martini Luthers lere, nit zam vnchristenlich verworffen, Sunder mehr, als christenlich gehalten werden solle. Apologia.“ (1519.) Luther ließ sie in Wittenberg nachdrucken (vgl. an Lang, 26. Jan.). Sie war die Hauptursache, daß Spengler von Eck auch in die Bannbulle gesetzt wurde. Vgl. über die Schrift die Lebensbeschreibungen Spengler's von Hausdorf (1741), Pressel (1862), sowie Riederer, Beitr. zu den Ref.-Urk. S. 47, woselbst auch S. 197 die Schrift selbst abgedruckt sich findet; vgl. auch die Briefe Adelmann's an Pirkheimer vom 3. Mai und 11. Juli 1520 (bei Heumann, docc. p. 196. 203).

[2] Erklärung D. M. L. etlicher Artikel in seinem Sermon von dem heiligen Sacrament, Erl. 27, 70.

[3] vgl. Nr. 141. Was Luther hier befürchtet, war schon geschehen: ohne sein Wissen war schon 1519 in Augsburg, Nürnberg, Basel und Leipzig erschienen: „Ein kurze Unterweisung, wie man beichten soll, aus D. M. L. Wohlmeinung gezogen“ (Erl. 21, 245); er selbst gab nachher die Schrift 1520 lateinisch heraus: Confitendo ratio (opp. v. arg. IV, 152), welche dann abermals von Spalatin in's Deutsche übersetzt wurde (vgl. ib. S. 153). Vgl. auch den Brief an Chrosner vom 26. März 1520.

[4] Bernhard Adelmann von Adelmannsfelden, geb. 1457, Canonicus in Augsburg und Eichstädt, nebst seinem Bruder Conrad Anfangs eifriger Beförderer der Reformation (vgl. besonders seine Briefe an Pirkheimer bei Heumann, Docc. lit.) und deßhalb auch von Eck in die Bannbulle gesetzt, hatte zuerst große Worte, gab dann aber klein bei und machte seinen Frieden mit Eck, so daß er noch 1520 die Absolution erhielt. Er starb 16. December 1523. Seine von Mich. Hummelberg verfaßte Grabschrift s. Veith, Peutinger S. 202. Ueber ihn vgl. u. a. Riederer, Nachr. II, 54; Beitr. zu den Ref.-Urk. S. 24; Uhlhorn, Rhegius S. 27; Geiger, Reuchlin's Briefw. S. 10.

[5] Jakob Gropp? vgl. an Spal. 31. Januar.

Nr. 263.

Heidelberg. 23. Januar 1520.

Martin Bucer an Luther[1].

Unter Bezugnahme auf die in Heidelberg gemachte Bekanntschaft schreibt B. an L., lobt seinen Commentar zum Galaterbrief, den er will nachdrucken lassen, berichtet von einer Heidelberger Disputation über die Nächstenliebe, von Luther's heimlichen Anhängern in Heidelberg, von Sickingen's Auftreten für Reuchlin ꝛc.

Original: **1.** Hamburger Stadtbibliothek, Uffenbach'sche Samml., Ms. Vol. I. fol. 86 und 65 (mit der Aufschrift von Spalatin's, nicht Luther's [Krafft S. 19] Hand: F. Martinus Bucerus Selestadieñ. ordīs Praedicatorij. M.D.XX. Ex Heydelberga); — handschriftlich: **2.** Thesaur. Baumius in Straßburg, Vol. I. fol. 60; — Drucke: **3.** Krafft, Briefe und Documente ꝛc. S. 16 (mit dem falschen Datum: 20. Januar; ebenso im Regest bei Kolbe, Analecta S. 11).

Wir geben den Text nach 1, notiren aber die Varianten von 2 und 3, weil die Handschrift Bucer's sehr schwer zu lesen ist, und wir nicht mit völliger Gewißheit für alle unsere Abweichungen einstehen können.

Christianiss(imo) Theologo P. Martino Lutherio Wittenbergae sacras literas multo cum fructu profitenti, viro post Christum primo.

Salve, R[everende] P[ater][a], theologorum sincerissime ac fortissime Christianorum! Cum hinc sesquiannum hic disputans, nostram quoque scholam, non tam rara[2] nobis quam christiana tua eruditione illustrasses, miro erga te amore ceu vulneratus, per sagittas nimirum verborum tuorum, imo potentis Dei acutas, te convenire fui ausus[3]. Quod ut impudentissime fuerit, certe felicissime cessit. Nam coena a te et eximiae pietatis viro Jo. Staubitz vestro antistite exceptus, praeter ciborum non contemnendas lautitias, scripturarum dapibus, juxta exquisitissimis ac suavissimis, quarum scilicet non paulo

---

[a] R. P. Salve 3.

quam ciborum esurentior adveneram, mirifice reficiebar ac liberaliter. Tunc[b] *inter alias praeclarissimas animi tui dotes praecipuo se fulgore* ἡ γνησία τοῦ Ἰησοῦ κυρίου ἡμῶν ταπεινοφροσύνη *exerebat*[c], *vultu, verbis, gestu totiusque habitu corporis hanc profitebaris. Quae profecto causa est, ut nunc etiam his literis non illatinis modo, verum ineptissimis quoque ac prorsus intempestivis, tibi, tanto aeternae sapientiae sacerdoti, quique perpetuo huic de ingenii tui feraciss[imo] agro, ac quavis Arabia beatiore odoratissima thura adoleas, facessere audeam, certus te, quicquid hic peccarem, condonaturum. Quod autem potissimum nunc primum ad te dare literas fuerim ausus, ingens quod me tenet Commentarii tui in Epistolam D.*[d] *Pauli ad Galatas [desiderium]*[e] *effecit*[4]. *Id enim videre tantum*[f] *licuit, Nurenberga per quendam fratrem allatum, eum ipsum quoque technis quibusdam extorsi, ac Beato Rhenano misi*[5], *si nemo antevertit*[g], *a Lazaro Schurero*[6] *denuo excudendum. Uterque enim modo Selestadii agit, quae communis nostra patria est. Quoniam itaque non parum eo jam opus haberem, ut amplissimus quidam sincerae theologiae dogmatum thesaurus visus est is libellus, statueram alium tua opera obtinere*[7], *cum*[h] *forte fortuna nuncius quidam hinc a nostro Principe ad vestrum esset profecturus. Verum hoc onere et Petrus tuus ille*[i], *Principi Volphgango*[8] *Palatino*[k] *a sacris, levavit, translato eo in Spalatinum, virum de literis ac pietate mirifice meritum. Cui etiam ut scriberem ignotus atque totius literaturae politioris rudis, impulit, nam totum me pridem illi consecravi, nec postliminii*[l] *jure*[9] *uti licet. Proinde de tuis dogmatibus, imo sincera Christi doctrina parum aliquid libet nugari. Quae cum*[m] *universa sine exceptione mihi*[n] *probentur, mire tamen semper arrisit, quod de ordine charitatis statuis, digne execrans illam*[o] *praesentiss[imam]*[p] *christianismi pestem: Charitas incipit a se ipso, et:*

---

[b] Tum 3. — [c] für exserebat; 2 und 3: exercebat. — [d] S. 3. — [e] muthmaßliche Ergänzung des ausgefallenen Wortes nach 3. — [f] (st. tantum:) mihi 2. 3; 1: tm̄. — [g] antevenerit 2. — [h] ni 2. — [i] ille tuus 3; tuus fehlt 2. — [k] Palatino fehlt 2. — [l] postliminari 3. — [m] cum fehlt 3; si 2. — [n] mihi fehlt 2. — [o] illam fehlt 2. — [p] praesentis 2. 3.

Proximus tibi esto. Hanc igitur propositionem: «Ordinata charitas incipit a proximo» proximis caniculae[q] *diebus, quibus hic Theologi a*[r] *publicis praelectionibus*[s] *vacant, disputatur*[t] *autem interim singulis septimanis, quidam juvenis doctus tuendam*[u] *sibi desumpserat, me, qui earum disputationum praeses eram, ut camelum sic saltitare*[v] *auditorium videret, occasionem injiciente, ac pro viribus tuendi munus pariter suscipiente. Sic enim mihi tutius erat, dum meis dicere liceret*[w]*, non meam, sed respondentis causam agere*[x]*. Respondenti huic, Theobaldo*[10] *nomen est, tuo Philippo tanquam germanus est, magni ingenii et optimae spei juvenis. Quum ergo tuam adferebam de proximi dilectione sententiam, qua perversum illum nostri ipsius amorem in proximum transferendum censes, ut qui prius quaerebamus nostra, tum quaeramus quae sunt proximi, ei propter*[y] *Christum velut in servitium*[z] *nosmet ipsos tradentes; objiciebant*[a]*: ergo proximi dilectionem in*[b] *visibilibus tantum bonis concluditis*[c]*? Quod ubi inficiaremur atque adfirmaremus perfecto christiano, uti Paulo*[d]*, majorem curam salutis proximorum esse quam propriae, tum multa adferebant, quibus nobis justitiam prius quam aliis comparare jubemur. Quae recipiebamus*[e] *omnia dicentes, unusquisque merito primam curam impendere debet, ut ipse Dei mandatis obtemperet eoque justus evadat, at*[f] *istud Deum diligere est, non se. Qui enim sermonem Domini servat, is est, qui ipsum vere diligit. Crebro quidem, sed frustra inculcantes, charitatem non quaerere quae sua sunt, unum quemque alium praestantiorem se existimare debere, ac quae sunt aliorum spectare, Paulum voluisse* ἀνάθεμα *esse pro fratribus suis*[g] *secundum carnem, quos certum erat Paulo meliores minime fuisse etc. Uni huic innitebatur: quislibet sibi primum quaerere pietatem debet, ergo se primum diligere. At nos toties referebamus, pietatem quaerere*[h] *esse Deum diligere, non*

[q] proximis his canicularibus 2. — [r] a fehlt 3. — [s] publicis fehlt 2; lectionibus 2. — [t] disputat 2. — [u] tuendam fehlt 2. — [v] ut, caniculare, si salutare 2. — [w] diceret, liceret 2. — [x] ? 1: ago (?). — [y] per 2. — [z] servitutem 2. — [a] Obtinebant 2. — [b] in fehlt 2. 3. — [c] concludi 2. — [d] Pauli 2. 3. — [e] recipiebant 2. — [f] ac 3. — [g] suis fehlt 2. — [h] quaerere fehlt 2. 3.

se, quia[i] is pietatem sectatur[k] vere, qui totum se dedicat Christo etc.

Postremo quidem ordinem diligendorum IX.[11] primo de doctrina christiana adferebat. Respondebamus nos, illic diligenda numerari potius, quam quod statuatur, quid ampliore sit affectu prosequendum. Multis tandem altercationibus id effecimus, quod fere in his disputationibus solet, nempe tempus perdidimus et aemulationem accendimus. Habes enim hic discipulos non paucos, sed qui se adhuc propter Pharisaeos quosdam prodere non audeant[l]. Oro tuam charitatem, doctissime Pater, in quo a scopo in asserendo hoc charitatis ordine aberravi[m], rescribendo digneris me reducere in viam. Nam secundum canonicas scripturas tua et Erasmi sententia nullam habeo sanctiorem. Caeteri quid de tuis sentiant[n], te clam non est, sed Hippocrate non argutiore illis opus. Spero, Christum, cujus tam strenue negotium agis, te nunquam deserturum, imo scio. Tuo Philippo, primo[o] omnium qui bonas literas amant, significa, Franciscum ex Siccingen[p], nobilissimum Equitem, indicto nostris bello, tandem coegisse nostrum Provincialem συγκρητισμὸν quendam cum Phoenice[q] nostro, Capnione, moliri. Ut enim pollicitus illis fuit, misit Ingolstadium ad Capnionem duos M. N.[12], Hogstrato quantum ad hanc litem semper iniquiss[imos][r], qui concordiam conficiant. Quod si non successerit, XIII. Martii dies dictus est, quod apud Vangiones sub arbitris res[s] transigetur[t].

Doluit fere omnibus perversissimum[u] Hogstrati studium, sed[v] inquisitoris majestatem sic[w] violare ex nostris audebat nemo. Deo gratia, qui armis tandem eos ad meliora consilia compulit. Hodie XV. dies[x], quo legati nostri hinc abiere, quos speramus modo reverti, atque[y] reverti pace confecta. Nam nos offerimus etiam Pontifici scripturas, ut[z] si alias non vult, saltem per-

---

[i] quare 2. 3. — [k] sistat 3. — [l] audent 2. 3. — [m] aberram 2, freilich mit einem sic! — [n] statuant 2. 3. — [o] so nach 3; 2: imo, was den Buchstabenformen besser entspricht; vielleicht hat sich Bucer in omnium verschrieben, und es müßte dann heißen: imo omnibus. — [p] 1: Siccigingen; 2. 3: Sickingen. — [q] amico 2. — [r] iniquos 2. — [s] rem 2. — [t] transiget 2. 3. — [u] pervers. fehlt 2. — [v] si 2. — [w] sic fehlt 2. 3. — [x] † est 2. 3. — [y] et 2. — [z] at 3.

petui silentii indictione[13] *causam finiat et Hogstratum a convitiis Provincialis compescat. Scio haec grata Philippo fore et non huic modo, verum*[a] *studiosis bonisque omnibus.*

Optime vale in Jesu, Domino nostro, hostibus tuis perpetuo futurus superior. Heidelbergae X. Calend. Februarias.

Philippum tuum Melanchthonem, etsi me amplius non novit, quondam adolescentem mihi Heydelbergae familiariter notum, meo nomine impendio salutabis. Pestilentia suum Theobaldum atque Brentium hinc ejecit, alioqui ab eis literas accepturus. Belle[b] *tamen uterque valet, id quod heri didici, brevique spero huc revertentur. Iterum cum ipso Melanchthone feliciter ac prosperrime vale.*

Martinus Bucerus Selestadiensis,
filius T. P. in Christo.

[c]*Eccii pugnam sciebam fore Claudiana tonitrua*[14], *nam Lantzhutae*[15] *hinc triennium*[d] *in nostra synodo clamosas ejus*[e] *sycophantias didici.*

[1] Am nämlichen Tag schrieb B. einen Brief ähnlichen Inhalts an Spalatin, gedruckt bei Kolde, Analecta Lutherana, S. 437.

[2] Baum in 2 setzt an den Rand: forsan: non tam rara «avis»; jedoch auch im Brief an Spal.: cum hinc sesquiannum sua dogmata non tam rara nobis juxta vera ac salubria disputaret.

[3] Über diese am 27. April 1518 mit Luther gemachte Bekanntschaft berichtet Bucer am 1. Mai 1518 seinem Freunde Beatus Rhenanus, bei Gerdesius, hist. Ref. I, D. p. 175.

[4] B. an Spal.: At vero vel brevis hujus libelli gustus ingens sui desiderium in me succendit.

[5] Bucer schreibt an Rhenanus 15. Januar aus Speier (Thes. Baum. I, 55): Commentarius in epistolam D. Pauli ad Galatas adeo mihi arrisit, tam visus est praeter accuratissimam Paulinae sapientiae explicationem refertus, ut quamquam unum tantum habeam, eumque ab amico quopiam in paucos dies concreditum, voluerim nihilominus vobis eum mittere, meque ejus lectione per tempus ali-

[a] sed 2. — [b] Belle fehlt 2. — [c] Diese Nachschrift fehlt 2. — [d] Lantzhutae etc. fehlt 3, welcher für die allerdings sehr schwer zu lesenden Worte .... setzt. — [e] esse 3.

quantulum fraudare, quo pluribus deinceps ejus copia fieret. Nam magnopere te rogo, si eum nullus alius imprimat, Lazarum nostrum inducas, suis typis vulgatiorem facere ipsum dignetur, mirum in modum hac opera studiosis gratificaturus. Sin vero vel alius opusculum excudat, vel sententiae meae tuus calculus non accesserit, ut a Lazaro excudatur, fac, te per Christum obsecro, ociissime ad me libellum revertatur, ut et fidem meam apud amicum, qui mihi visendum tantum tribuit, liberem, et ut mihi videtur salutiferam ejus lectionem diutius non desiderem.

[6] Buchdrucker in Schlettstadt. Es scheint nicht zu diesem Nachdruck gekommen zu sein; wenigstens bestreitet Knaake, Luth. W. II, 439, daß die mit einem Epigramm des Joh. Sapidus von Schlettstadt versehene Ausgabe ein Schürer'scher Druck sei, wie Förstemann im CR. I, 121 annahm, weist diesen Druck vielmehr Adam Petri in Basel zu.

[7] Bucer erhielt von Spalatin ein Exemplar; Brief an Rhenanus, 19. März aus Heidelberg (Thes. Baum. I, 76): Poenituit mox, atque oblatus ad te commentarius ille fuerat, tam anxie remitti eum postulasse. (vgl. Note 4) ... Rescripseram quidem, ne mitteres, in literis meis ad Sapidum ... Nam alium Georgius Spalatinus ... dono jam miserat.

[8] vgl. Nr. 78, Note 3. — Der Petrus tuus ist vielleicht der in Alb. Viteb. p. 53 aufgeführte Petrus Beyman ex Hemtschuchsheym Cliens ejusdem [näml. Wolfgangi, Comitis Palatini], Ecclesiae sancte Trinitatis Spiren. vicarius, Wormaciens. dioc., inscribiert 1515 prid. Id. Martii.

[9] die Rückkehr in den alten Zustand; bei den Römern jus postl. das Recht, wonach die Kriegsgefangenen nach der Rückkehr in alle ihre früheren Rechtsverhältnisse wieder eintraten; vgl. Heumann, Handlex. z. d. Quellen des röm. Rechts. Jena 1884. s. v.

[10] Billicanus, aus Billigheim bei Landau i. d. Pfalz, eigentlich Gerlach.

[11] Dies bezieht sich wahrscheinlich auf die in obiger Disputation ventilierten Thesen, ähnlich wie z. B. bei Luther im J. 1518 in der instructio pro confessione peccatorum der transgressio peccatorum eine aus 10 Positionen bestehende instructio plenitudo eorum entgegengestellt wird. (Krafft ad h. l.)

[12] = Magistros Nostros. — Reuchlin an Pirkheimer, 19. Januar 1520 aus Ingolstadt (opp. Pirkheim. p. 261. ep. 14): Heri ad me legati a fratrum Praedicatorum Provinciali venerunt, duo Theologiae doctores, alter Regens Heidelbergae, alter Prior in Esslingen etc.

[13] vgl. Reuchlin an Questemberg, 11. Mai 1520 bei Friedländer, Beitr. z. Rfgsch. S. 88; Geiger, Reuchlin 446.

[14] Claudiana tonitrua, quae Claudius Pulcher instituit,

ut in ludis post scenam conjectus lapidum ita fieret, ut tonitru sonitum imitaretur. (Festus, de verb. signific. lb. III, s. v. Claudiana.) Dici potest in homines immodice clamosos et odiose obstreperos. (Erasm. Adag. s. v.)

[15] Von dieser Reise Bucers nach Landshut finde ich in den mir zugänglichen Biographien Bucers nichts erwähnt; obige Stelle scheint die einzige Quelle dafür zu sein, und weil seither noch nicht gelesen, so blieb wohl auch diese Reise unbekannt.

Nr. 264.

(Wittenberg.) 26. Januar 1520.

Luther an Johann Lang.

Von literarischen Neuigkeiten; sendet die Erklärung etlicher Artikel ꝛc. und gibt Nachricht von der Veranlassung dieser Schrift; von einer neuen Auflage der Operationes in Psalmos, einem Briefe des Erasmus an den Erzbischof von Mainz, einem Gastmahl bei dem Kurfürsten, wo L. und Melanchthon mit dem spanischen Gesandten zusammengewesen.

Handschriftlich: 1. Cod. Goth. A. 399. fol. 130; — Drucke: 2. Aurif. I, 231; 3. de Wette I, 396. — Deutsch: Walch XXI, 668.

Wir geben den Text nach 1.

Reverendo Patri Johanni Lango, S. Theologiae Magistro, Eremitarum S. Augustini Vicario Erfordiae, suo in Domino majori.

Jhesus.

Salutem. Nova non sunt apud nos, mi reverende Pater. Nam Canonicos indoctos[1] vidisti; Apologiam Noribergensem vernaculam excudemus, si possumus prae temporis inopia[2]. Mitto declarationem pro sermone[a] Eucharistiae contra Lipsenses nequitias, quibus me Bohemum natum tanta fide spar-

[a] pro sermo Luthero (!) 1.

serunt, ut aulas Principum permoverint. Ducem Georgium captivum ducunt mihi infensissimum factum[3]; denique minatus est Dresdensibus[4] propter me expulsionem, ut vocant.

Psalterium nova ratione excudetur, quia excusor afficitur damno relictis multis sibi schedis, atque simul ex Lottheriana officina prodibit formis honestioribus suo tempore[5].

Est in manibus aliquorum egregia epistola Erasmi ad Cardinalem Moguntinum[6], de me multum solliciti (forte excudetur tandem), ubi me egregie tutatur, ita tamen ut nihil minus quam me tutari videatur, sicut solet pro dexteritate sua.

Hispaniarum Legatus[7] apud Principem nostrum est, cum quo heri ego et Philippus coenavimus[b], splendide invitati. Orationem heri habitam a Philippo[8] videbis statim excusam. Vale et pro me ora. Altera Conversionis Pauli 1520.

Saluta R[dum] P. M. Bartholomaeum Usingen et Nathin et[c] omnes.

F. Martinus Luther.

[1] vgl. Nr. 260, Note 6. — [2] vgl. Nr. 262, Note 1. Es erschien diese Ausgabe wirklich bei Melch. Lotter, 1520.

[3] vgl. Nr. 260, Note 2.

[4] Die Dresdener Augustiner waren schon frühe Luther anhängig; Herzog Georg ließ in einem Brief an seine Räthe ihnen ernstlich verweisen, daß sie sich dem Verlaut nach an die Brüder ihres Ordens in Wittenberg hiengen und sogar Wiclefs und Hussens Bücher über Tisch lesen ließen; daher sollten sie davon abstehen oder er würde auf andere Brüder an ihrer Stelle bedacht sein. (Weck, Dresd. Chron. S. 307.) Sie hielten sich aber doch bis zu des Herzogs Tod, wo sie dann am 21. Decb. 1539 zur evangelischen Lehre übertraten. (Weck, 294. 311.)

[5] Die nova ratio bezieht sich wohl auf die Art des Erscheinens des Werkes, wir würden jetzt sagen „Ausgabe in Lieferungen", wobei an dem Absatz der ersten Lieferungen die Stärke der Auflage bemessen werden konnte, und der Drucker nicht durch übrigbleibende Exemplare zu Schaden kam. Die

[b] certavimus 2. 3; daß coenavimus zu lesen, vermuthete schr Schmidt in Ulm (vgl. de Wette III, 573) und Förstemann im CR. I, 1f verbessert schon bei Burkhardt S. 26 ad h. l. — [c] ac 2. 3.

Operationes erschienen wirklich in der Art. Eine neue Ausgabe bei Lotther, die Luther hier ankündigt, erschien jedoch nicht.

[6] vom 1. November 1519; vgl. Nr. 167, Note 1; Nr. 191, Note 1. Der Brief wurde wirklich in Wittenberg gedruckt bei Melch. Lotther, vgl. Panzer, Annal. IX, 123, 159 und CR. I, 157***. Erasmus schrieb über die Herausgabe dieses Briefs später, am 8. Okt. 1520 an den Cardinal von Mainz: Epistolam, quam Tuae Celsitudini de Luthero scripseram, editam doleo. Ego certe bono animo scripseram, sed non in hoc scripseram, ut ederetur etc. (epp. ed. Cleric. p. 584.) — Eine andere, bei Laz. Schürer in Schlettstadt erschienene Ausgabe dieses Briefes ist dadurch merkwürdig, daß ihr ein Brief Wimphelings an Bischof Christoph von Basel, 1. Sept. 1520, beigefügt ist, worin er diesen auffordert, den Papst zu besänftigen, ne virum, quem christianum et evangelicum non modo in doctrina, sed in omni vita sua praedicant, funditus deleri sinat, Lutherum inquam.

[7] Hieronym. Bronner (Brunner). Spal. ap. Menck. II, 599: Eodem (scil. Dominica die post fest. Epiph.) venit Hier. Brunner a secretis et consiliis Carolis V. electi Rom. Regis ad Principem nostrum ... Ducem Fridericum Sax. Elect. .... Inde abeuntem (scil. Electorem) rheda comitatus Wittenbergam, ubi diem conversionis S. Pauli subsistens: quo die Mag. Phil. Melanchthon de more in omnibus Divis de discrimine theologiae verae et scholasticae christianissime oravit. — Ueber Br.'s Gesandtschaft vgl. Ranke, deutsche Gesch.[5] I, 267.

[8] Die Declamatiuncula in D. Pauli doctrinam, welche Mel. dem Gesandten widmete und ihm am Schluß des Widmungsbriefs Luthern als virum juxta pium atque eruditum vereque theologum empfiehlt; vgl. CR. I, 135, Nr. 61; Strobel, Miscell. 3, 233.

Nr. 265.

(Wittenberg.) 31. Januar 1520.

Luther an Spalatin.

L. will die Briefe an die Bischöfe bald fertigen. Empfehlung des Jak. Gropp zur Pfarrei in Lochau.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 47; 3. Cod. Jen. a. f. 70; — Drucke: 4. Aurif. I, 232b; 5. de Wette I, 397. — Deutsch: Walch XXI, 669.

Wir geben den Text nach 1.

Eruditissimo, integerrimo[a] viro Georgio Spalatino, Christi servo, suo in Domino majori.

Jhesus.

Salutem. Literas ad Pontifices designatos[1] hodie vel cras tradam, mi Spalatine. Interim pro parochia, quod scripsisti, Lochana[2] expedio, et hunc tibi hominem meo et multorum judicio idoneum mitto. Est enim studiosus et doctus et bonus vir: Jacobus Gropp vocatur. Quo minus autem artium fieret magister, sumptus penuria fuit in causa, atque aliud nihil; poterit futuro anno hoc gradus, quicquid est, obtinere, si parochia ista provisus, pinguior fieret. Proinde Magisterium non est visum mihi impediturum, quando et scientia et moribus tum sacerdotii functione aequat illius gradus viros. Quare eum tibi et per te clementissimo Principi commendo in nomine Domini, Amen. Vale et pro me ora. Pridie Calendas Februarii 1520.

Martinus Luther, August.

[1] an den Erzbischof von Mainz und den Bischof von Magdeburg; vgl. die folgenden Nummern. — [2] vgl. Nr. 262.

[a] integerrimoque 4. 5.

Nr. 266.

Wittenberg. 4. Februar 1520.

Luther an den Kurfürsten und Erzbischof Albrecht von Mainz[1].

Beklagt sich über die Verleumdungen und daß er ungehört und ungeprüft verdammt werde, bezeugt seine Bereitwilligkeit, sich eines Bessern belehren zu lassen, und bittet, seine Sache zu prüfen und womöglich seine Schriften zu lesen. — Beantwortet 26. Februar.

Drucke: 1. Aurif. I, 233; 2. Viteb. II, 45; 3. de Wette I, 398. — Deutsch: Wittenb. IX, 89b; Jen. I, 221; Altenb. I, 345; Leipz. XVII, 291; Walch XV, 1640.
Wir geben den Text nach 3.

Reverendissimo in Christo Patri, Illustrissimo Domino, Domino Alberto, Magdeburg. ac Mogunt. Ecclesiarum Archiepiscopo, Primati Germaniae, Marchioni Brandenburg. etc., Domino suo et Pastori in Christo gratiosissimo ac venerabiliter metuendo.

Jhesus.

Sese in Domino commendat cum omni subjectione et reverentia. Non auderem unquam, Reverendissime in Christo Pater et Illustrissime Princeps, ego infimae sortis homuncio apud Magnitudinem tuam, nec per ipsas literas (quibus multa conceduntur, quae praesens verecundia non praesumit) verba facere, nisi me majoris rei ratio cogeret, videlicet christianae fidei et veritatis professio communisque omnium salutis in Christo observatio, quibus si mea causa periculum instet, impiissimus fuero, si tacuero. Siquidem redditus sum a fide dignis viris certior, mihi etiam apud tuam Magnitudinem, Reverendissime in Christo Pater, invidiam moveri et odium conflari, forte et ab iis, qui apud alios me laudant et tuentur.

Hic, ut cum Domino meo gratiosissimo loquar juxta conscientiae meae fiduciam, nonne si falsa sunt, quibus accusor, non tam ego qui nihil sum, quam tua Reverendissima Paternitas et Illustrissima Dominatio in periculo maximo est? Ne quando (ut sumus homines) aliquis Siba adulator etiam innocentissimum David, virum secundum cor Dei electum, avertat a paupere et claudo Mephiboseth[a], ut in libro Samuel II. cap. 16 legimus. Quis Principum satis tutus esse potest a falsis et subdolis[b]

---

[a] Miphiboseth 2. — [b] subdolis fehlt 2.

suggestoribus, quando David, tantus ac tam sanctus vir, per unum Siba sic circumventus est?

Fuit sane et haec non levissima causa, ut auderem has literas scribere, quod mihi conscius essem seduli et fidelis officii debiti Reverendissimae Paternitati tuae, ne Dominum meum paterer[c] tanto exponi periculo, imo ne veritatem evangelicam sinerem sub nomine impietatis apud tantum Principem cum tanto tantorum hominum dispendio infamari. Nec enim idem est, veritatem male audire apud quemvis vulgarem hominem, et tot animarum episcopum, quem sive recte monitum, sive circumventum, necesse est plurimos sequi: sequi autem adversus evangelicam veritatem omnium malorum seminarium est.

Si vero recta sunt et vera, quibus accusor, permittat mihi gratia Domini mei meam queri miseriam. Cur non me docent meliora? cur non ostendunt errorem? cur prius apud magnates damnant, quam convincunt? praesertim cum pollicear toties, me auditurum meliora, cum tam paratus sim cedere sensu meo, imo cum tanto aestu petam a docendo submoveri et in angulo latere.

Docere cogor, quae didici et in sacris literis lego, et arguor, quod doceo, quae illi aut nolunt[d], aut non possunt arguere. Atque utinam tantum esset otii Domino meo gratiosissimo, quo meas posset legere vel audire lucubrationes: non dubito fore, quin Reverendissima Paternitas tua cognitura sit, Deo propitio, quam aliena sint a me crimina eorum[e] in me congesta. Nec enim adhuc audivi mea damnata ab ullis, nisi ab his, qui ea non legerunt nec audierunt, exceptis paucis, quos invidia non modo tenet, ne legant, sed etiam si quaedam legant, statim depravant, ea in me fingentes, quae ne cogitavi unquam. Quale est illud de utraque specie et Romani Pontificis potestate: in qua re, si velint fateri verum,

[c] pater (!) 2. — [d] volunt (!) 2. — [e] illorum 2.

ipsi vere mecum sentiunt, quantumlibet simulent dissensum; id quod facile intelliget, qui mea legerit.

Quare per tuam, Reverendissime Pater, in omnes bonas literas literatosque viros celebratam illam et omnibus amantissimam benignitatem suppliciter oro, dignetur Reverendissima et Illustrissima Dominatio tua et me benigniore, quam illi delatores quaerunt, opinione et nomine, non tam meo, quam suae ipsius multorumque aliorum salutis intuitu, imo christianae veritatis causa, quae non potest non offendi, si inique sive reprober auditus, sive contemnar erudiendus et auditurus.

Testis est mihi in animam meam Jhesus Christus omnium judex, me non esse conscium docuisse, praeter id, quod Christum et Dei praecepta referat; rursus non esse tam pertinacem, quin velim doceri et errore cognito mutare sententiam. Atque utinam id officii ex Reverendissima Paternitate tua liceat experiri. Qui enim hucusque sum multis mendaciis varie petitus et tamen postea luce veritatis revelata innocens inventus, cogor suspicari, et eos, qui adhuc et aliis viis me petunt, non sincere agere, praesertim cum[f] nolint docere paratum doceri, sed tantum criminari.

Haec, Reverendissime Pater et Illustrissime Princeps, visum est suggerere necessarium adversus sive malas, sive deceptas bonas mentes, quo implerem et meum officium, qui me partem gregis tui, in dioecesi tua natum educatumque agnosco, ne quid mei silentii culpa gravius increpet[g] in animum Domini mei gratiosissimi: quae pro sua insigni clementia gratiose et patienter velit agnoscere, et meam parvitatem magnitudini suae habere commendatam, in Christo Jhesu Domino nostro, qui Reverendissimam Paternitatem et Illustrissimam Dominationem tuam regat et servet in saecula, Amen.

Wittembergae 4. Februar., anno MDXX.

---

[f] dum 2. — [g] irreperet 2.

Tuae Reverendissimae Paternitatis deditissimus[h] filius

Martinus Lutherus.

[1] Luther schrieb diesen und den folgenden Brief, in welchen er beruhigende Erklärungen abgab, auf Wunsch des kurfürstl. Hofes. Sie wurden Spalatin vorgelegt und gingen dann etwa am 20. Febr. (vgl. den Brief vom 24. Febr. an Spal.) in zierlicher Reinschrift ab. Weßhalb man diese Briefe veranlaßte, ist unbekannt; jedoch fanden damals häufige Zusammenkünfte zwischen den Kurfürsten von Sachsen und Mainz statt (vgl. Spal. ap. Menck. p. 598 sqq.), so daß dadurch vielleicht der Wunsch des Kurfürsten nach diesen Briefen veranlaßt wurde. Sie kontrastieren seltsam mit der heftigen Sprache der gleichzeitig wider den Bischof von Meißen gerichteten „Antwort auf die Zettel des Officials zu Stolpen", weßhalb auch Luther bezweifelte, daß sie etwas nützen würden. Vgl. Köstlin[2] I, 316; Kolde, Luth. I, 242.

[h] deditus 2.

Nr. 267.

Wittenberg. 4. Februar 1520.

Luther an Bischof Adolph von Merseburg.

Aehnlichen Inhalts mit dem vorigen Schreiben. — Der Bischof empfing diesen Brief am 23. Februar Abends (vgl. Seidemann in Stud. und Krit. 1880. S. 346) und beantwortete ihn am 25.

Drucke: **1.** Aurif. I, 237; **2.** Viteb. II, 46[b]; **3.** de Wette I, 401. — Deutsch: Wittenb. IX, 91[b]; Jen. I, 224; Altenb. I, 350; Leipz. XVII, 295; Walch XV, 1647; Beckmann, Anhalt. Gesch. V, 110.

Wir geben den Text nach 3.

Reverendo in Christo Patri ac Domino, Dno. Adolpho[1], Mersburgensis Ecclesiae Episcopo, clementissimo Domino suo, inprimis gratioso.[a]

Jhesus.

Sese commendat cum omni subjectione et reverentia. Certior factus, Reverende in Christo Pater,

[a] Die Adresse fehlt 1.

Illustrissime Princeps, quam male ego apud tuam Reverendam Paternitatem prae caeteris audiam, ob quosdam, qui sive zelo Dei, sive alio affectu rapti, mea omnia traducunt aliter, quam vellent sua a quovis traduci, non potui rationem habere tam tuae magnitudinis, quam meae parvitatis, quin auderem his literis thronum Dominationis tuae accedere. Idque nulla alia causa, quam ne conscientia mea olim me vexaret, si occasione silentii mei aut veritas ibi periclitaretur aut hominum salus, ubi maxime debet tuta et rata esse.

Si enim falsa sunt, quae in me congerunt, non sine periculo creduntur, quod hac fide impie fiant alieni a fide Christi, cujus veritatem falso accusatam pro mendacio habent, quicunque delatoribus istiusmodi credunt.

Nec difficile est, etiam Principes viros falli adulatoria sedulitate speciosissima, quando David, rex integerrimus, uno Siba adulatore, in Mephiboseth[b] saeviit seductus[2]; et Josaphat, bonus rex, nec sano propheta Michea potuit revocari, quin raptus multitudine et autoritate falsorum prophetarum, cum impio rege Achab iret in praecipitium periculi[3].

Sin autem vera sunt, mirum, imo miserum est, non inveniri, qui me docere dignetur, qui toties promisi auditurum meliora, et sententiam mutaturum; quin usque hodie opto a publico moveri, relicto docendi negotio, tam apud Deum, quam homines periculosissimo. Scio, quod non vivo, quae doceo, ideoque taedet me officii hujus: tantum abest, ut gloriam quaeram, ut multi mihi imponunt. Unde testem audeo invocare in animam meam Dominum Jhesum Christum judicem futurum, me nec nosse nec posse alia docere, quam quae docui. Nec mihi sum conscius, unquam aliquid docuisse, quod non Christum et Dei praecepta referat; nec ullus adhuc aliter convicit.

---

[b] Miphiboseth 2.

Quid igitur faciam? Lucrum non quaeritur, nec si quaererem, possem invenire in tanto multorum odio, multo minus gloria, in tanta mei infamia. Essem ego sane omnium, qui unquam fuerunt, insanissimus, qui has res sectarer, ob quas damna pro lucris, confusionem pro gloria, censuram, vim et mortem pro tutela et vita assidue[c] patior: si qua errarem, post haec mala aeterno quoque sim igni perdendus. Etsi talis quispiam forte queat inveniri obstinatus, ego tamen spero me aliter affectum esse, vel hoc nomine, quod invitus doceo, et ministerio verbi servio. Qui enim gloriam obstinati quaerunt, non inviti docent.

Haec, Reverende in Christo Pater, ea fiducia ad Reverendam Paternitatem tuam scribo: primum, quod multa mihi praesumam de ingenita mihique perspecta benignitate tua, quam omnino confido haec mea scripta benigne agnoscituram; deinde[d] quod mihi reus videbar, si Reverendam Paternitatem tuam inter has linguas iniquas, in me machinantes mala, solam relinquerem, imo veritati evangelicae propter me forsan male audienti defuissem. Necdum audivi, qui mea legissent et damnassent, nisi paucos quosdam, quos invidia moveri ex eo conjici potest, quod hucusque in me toties reperti sunt mendacia sua cogitasse, etiam sub sacro[e] Romani Pontificis nomine. Quid enim non auderent, qui sub Papae nomine falsis Brevibus me citant, monent, accusant, damnant, haereticum declarant?

Fidem autem mihi facit, mea esse sana et recta, quod hi, qui apud exteras nationes sunt, et neutri partium adhaerent, ingeniosissimi et doctissimi, mihi plurimum gratulantur: quod et accidere Reverendae Paternitati tuae firmiter crediderim, si prae negotiis vacaret, mea scripta vel legere vel audire.

Proinde, quando ego non possum offendi, nisi veritas simul offendatur, si reprobor auditus, aut

---

[c] assiduo 2. — [d] denique 1. — [e] sacri 1. 3.

contemnor auditurus (neque enim aliud facere possum amplius, quam quod auditurum me polliceor meliora, si bona non sunt, in quibus audior[f]): volui his literis Reverendae Paternitati tuae tum meum debitum officium persolvere, ne Dominus meus aliquo Siba vel pseudopropheta Zedechia[4] praeoccuparetur, et ad tanti Episcopi exemplum plurimi similia saperent, atque ita meo silentio non meam quidem famam, sed Christi gloriam pessundari permitterem; tum humiliter et obnixe[g] rogare, ut Reverenda Paternitas tua velit meam parvitatem suae clementiae habere commendatam, et si me usquam errasse norit aut credat, paterne revocare et errorem indicare.

Nam quod de potestate Romani Pontificis et utraque specie sacramenti in me tantum elevant, confido proprias eorum conscientias pro me testificari, nec dissentire nos in ea re, nisi forte solo nomine. Verum dabit his quoque Deus suum finem, qui Reverendam Paternitatem tuam servet ac regat in saecula, Amen. Datum Wittembergae, 4. Februarii, anno MDXX.

Reverendae Paternitatis tuae pauperculus precator
F. Martinus Lutherus.

[1] Adolph von Anhalt, Sohn Fürst Albert's III., geb. 16. Oktober 1458; Bischof von Merseburg seit 5. März 1514, starb 24. März 1526. Mit ihm und seinen zwei Brüdern, ebenfalls Geistliche, starb die ältere Zerbster Linie aus. Ein Feind aller Neuerungen, war er der Reformation abgeneigt, wollte deßhalb die Leipziger Disputation nicht gestatten (vgl. Nr. 172, Z. 50; Nr. 197, Z. 14), war jedoch nach dem Zeugniß des Fürsten Georg von Anhalt in der Rechtfertigungslehre evangelischer Gesinnung, der von ihm in der 4. Predigt vom heil. Sacrament erzählt: „Die Worte: Delicta quis intelligit, hat mein lieber Vetter, Herr Adolph, Bischof allhier zu Merseburg 2c., den Sonntag vor seinem Abschiede von dieser Welt am Tisch in vieler ehrlicher Leute Gegenwärtigkeit gesaget: Wenn wir meinen, wir haben viel guter Werk gethan, haben gefastet, gebetet 2c., so ist's doch eitel zerbrochen Werk; und darauf diesen Vers dreimal repetieret: Non justificabitur in conspectu tuo vivens; sondern beschlossen: Es ist sola miseri-

[f] auditor (!) 2. — [g] enixe 2.

cordia etc. Und diese Rede, wie jung ich auch war, hörte ich gleichwohl mit Freuden und habe sie in mein Herz geschlossen.“

[2] 2 Sam. 16, 3 f. — [3] 1 Kön. 22, 17 ff. — [4] 1 Kön. 22, 11 ff.

Nr. 268.

(Wittenberg.) 5. Februar 1520.

Luther an Spalatin.

L. übersendet die Briefe an die Bischöfe und gedenkt des durch den Bischof von Meißen von Stolpen aus ergangenen Verbots seines Sermons vom hochw. Sacrament, und seiner Gegenschrift. Von Eck's Schrift gegen Carlstadt, welcher allzuheftig antworten wolle, wovon ihm Sp. abrathen möge. Vom Druck der Tessaradecas und der Herausgabe der Nürnbergischen Apologie und der Canonici indocti. Wunsch, daß Melanchthon heirathen möge. Abermals vom Gesuch der armen Wittwe.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 48; **3.** Cod. Jen. a. f. 71; — Drucke: **4.** Aurif. I, 240; **5.** de Wette I, 406 (falsch datiert: 9. Februar.). — Deutsch: Walch XXI, 670.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino charissimo Georgio Spalatino, a sacris et epistolis principalibus Saxoniae, suo in Christo majori.

Jhesus.

Salutem. Mitto tandem literas ad Reverendos Dominos Episcopos: tu videris[a], an prosit eas mitti, praesertim postquam[b] arte Lipsicae factionis Episcopus Misnensis publica schedula[1] edidit inhibitionem contra sermonem meum de sacramento, cum quo spes est multos alios conspiraturos. Ego tamen contrariam schedulam editurus sum, et has inscitiae insulsissimas larvas carnisprivio hoc traducturus, Deo propitio.

---

[a] videbis 4. 5. — [b] priusquam 3.

Carlstadium foedissime proscidit et me quoque insanissimus Eccius, novo libello[2] edito in eum, cui parat Carlstadius respondere, sed adeo indigesto calore animi, ut titulum libello fecerit: Contra brutissimum asinum et assertum Doctorculum etc. Fac, si licet, ut ei suadeas, aut desinat illi remaledicere, aut penitus respondere omittat: satis nimis valde se ipsummet infelicissimus sophista eo libro fecit ludibrium et nauseam, cui alterius recriminatione addi nihil potest, nisi impudentissimae suae turpitudini forte operculum, quo minus turpis appareat. Nam ego hominem ita contemnere coepi, ut nullum unquam magis contempserim. Carlstadius me monentem non patitur; sed nec tutum est, si resciscat, ex me tibi haec innotuisse, ut est homo infirmatus suspicionibus[3].

Tessaradecadis frontalis epistola[4] omissa est, magna libelli deformitate[c] et mea indignatione. Absente me prior sexternio excusus est. Vernacula propediem quoque absolvetur. Tardi esse cogimur tum copia negotiorum, tum inopia typorum. Exibit omnino vernacula Apologia[5], et Canonici indocti[6] simul.

Philippo memini me optasse uxorem suis moribus aptam, nec adhuc poenitet optati; metuo homini casum, qui magna ingenia ferme persequitur, tum quod homo est rei familiaris suique corporis incuriosissimus; necdum tamen video hominem ad id genus vitae propensum.

Viduae hujus[7] iterum mitto supplicationem: gemit ac plorat, Deumque contestatur, se mendicam futuram, nisi recipiat domum. Ego apud D. Canonicos frustra laboro, nec reliquum video, nisi Princeps Illust. in ea re quid[d] fecerit. Nollem certe mendicam fieri hac occasione, ne forte una sit earum viduarum, quarum Deus judex in Scriptura[8] pronuntiatur.

---

[c] deformatione 3. — [d] aliquid 4. 5.

Mitto, ut remittas schedam inhibitionis Misnensis, foetum scilicet et magnae invidiae et majoris inscitiae. Vale et ora pro me. Die S.[e] Agathae 1520.

Martinus Luther, Augustinensis.

[1] Die aus Stolpen vom 24. Januar datierte Schedula s. opp. v. arg. IV, 139.

[2] Contra Martini Ludder obtusum propugnatorem Andream Rodolphi Bodenstein. Carlstadium, non potentem capere, quomodo aliquid sit totum a Deo et non totaliter, Eckii ad eruditum virum Gervasium Vaim, Theologum Parrisinum Sorbonicum Epistola defensiva. — s. l. et a. 13 Bl. 4. — Die Widmung datiert Ingolstadt am 3. Decb. 1519. (vgl. Wiedemann, Eck. S. 512 ff.; Jäger, Carlst. S. 58 ff.)

[3] Spalatin muß nach Luther's Rath in dieser Sache an Carlstadt geschrieben haben, denn am 23. Febr. (die Jovis post Cathedr. Petri) schreibt Carlstadt zurück (Olear. scrin. p. 67): Nihil ad priores tuas literas respondendum duxi, quam ut desiderio isto acquiescerem; acquievi siquidem mandatis, retudi aculeos, convicia expunxi et confutationem commisi praelo, simplicem theologicamque, quanquam non desint, quibus parum nimia modestia probatur. Carlstadt's Gegenschrift erschien wirklich (gegen Wiedemann S. 149, Note 14), datiert Wittenberg, die S. Agathae = 5. Febr., aber unter einem gemäßigteren Titel, und ging wohl erst im März aus, denn in dem angeführten Brief schreibt er (Olear. p. 68): Confutatio mea adhuc sub prelo inconfecta jacet, eam ipsam perfectam mittam. — Ihr vollständiger Titel ist: Confutatio Andreae Carolostadii edita adversus defensivam epistolam Joannis Eckii, quam temere conscripsit pro assertione deridiculae et anxiae inventionis, qua dixit Lipsiae, dum acriter urgeretur, Bonum opus est a deo totum, sed non totaliter. Lector, Permulta comperies, quae theologum eruditum mediocriter possunt adjuvare plurimum. Habes item hic et ridiculas argutasque et serias concertationes Eckii et Carolostadii, notabis attente legendo, quam stupidum et jejunum sit Eckii ingenium, Deinde quam violente atque perturbate in minimis haereat, maxima ac firmissima supervolet, atque quam prorsus Eckium nihil pudeat pigeatve, pro defensione criminationem, pro solutionibus convicia, pro explicationibus scripturarum dialecticas logicalesve naenias effundere, vide, perpende, pronuncia. Vuittenbergae, apud Melchiorem Lottherum juniorem, Anno M.D.XX. — 4 Bg. in 4.

---

[e] st. S[anctae] haben 4 und 5: 5 [= quintae], daher die falsche Datierung bei 5.

[4] Nr. 215. — [5] vgl. Nr. 264, Note 2.
[6] Titel: Canonici indocti Lutherani. Argumentum epistolae. Eccio, quod in epistola ad Reverendum Misnensis Ecclesiae Antistitem Canonicos indoctos Lutheranos et seminatores errorum Lutheri vocasset, respondent Canonici indocti, quatenus et qua ratione sint Lutherani. Vuittenbergae. — s. a. — Drucker: Melch. Lotther.
[7] Walpurg Landmann. — [8] Ps. 68, 6.

Nr. 269.

(Wittenberg.) 8. Februar 1520.

Luther an Spalatin.

Von dem Verfasser der Canonici indocti; von der durch Eck beabsichtigten, aber vereitelten Verbrennung der Schriften Luther's und Anderer; von Eck's Schrift gegen Carlstadt und einer Aufforderung Herzog Georg's an die Erfurter, sich über die Leipziger Disputation zu erklären. Von seinen Predigten über Matthäus, der Arbeit an der Postille, der Antwort auf das Verbot des Bischofs von Meißen.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 49; **3.** Cod. Jen. a. f. 72; — Drucke: **4.** Aurif. I, 241; **5.** de Wette I, 404. — Deutsch: Walch XV, Anh. LV.
Wir geben den Text nach 1.

Erudito ac integro viro, Domino Georgio Spalatino, a sacris et literis principalibus Saxoniae, suo in Christo majori.

Jhesus.

Salutem. Bernhardus Adelmannus[1] scripsit sese curasse, ut Eccio responderetur: tantum habeo de autore indoctorum doctissimorum Canonicorum. Stylus, nostro judicio, utrumque refert et Icolampadium[a 2] et Conradum Adelmannum, fratrem

---

[a] Oecolampadinum 4. 5.

Bernhardi, qui mihi valentior pleniorque videtur Bernhardo.

Scripsit Wenceslaus noster[3], Eccium mandasse[4] primoribus, ut publico foro exurerentur libri mei, Canonici indocti, et Apologia vernacula[5]: cumque vas illic esset paratum, ut crastina succenderentur, quosdam saniores doctores Ingolstadii consuluisse Johannem Reuchlein[6], illumque respondisse, caverent sibi, ne hac re tam sibi quam toti Universitati maculam parerent. Itaque omissum est opus. Ubi Eccius altera die ad locum venisset, iratus discessit, re infecta: credas hominem Maenadam[b] aliquam Baccham factum. Sic theologisamus hodie. Caeterum nollem te legere, leges tamen, quae in Carolstadium effutivit[7], quem ita confoedat, ut necdum viderim nec audiverim librum impudentiorem[c] et impuriorem. Deplorati animi homo est, miser sophista, ubi videt suum propositum vel differri vel irritum fieri. Dux Georgius denuo scripsit Erffordiensibus magno supercilio (sic Langus noster scribit), ut respondeant, uter nostrum de fide melius sentiat. Bonus Princeps, sed qui ἄγεται καὶ φέρεταί τε ἀπὸ τῶν σοφιστῶν. Carlstadius in Eccium molitur contraria[7]. Ecce fructum disputationis Lipsicae.

Ne verbum quidem ego collegi de concionibus meis in Matthaeum[8], mi Spalatine, etiamsi vix aliud aeque velim, verum tempus destituit me. Porro Enarrationes[9] ab Adventu inceptas nondum perduxi ad Quadragesimam nihilque de Quadragesima incepi. Vis rationem breviter. Impossibile est mihi facere, votum non deest: vires satis sunt Dei gratia, sed vix Psalterio[10] sufficio. Non credis, quantum aliquando mihi vel unus versus praebat negotii. Dices Principi, me, sicut libenter rem sum aggressus, ita libenter prosecuturum; verum tu da dies binos aut ternos pro singulis, et vix satis erit. Rapitur mihi nonnunquam tempus et alieno obsequio fratrum et

[b] maenada 4. 5. — [c] impudentiore 5.

proximorum. Heri quoque diem perdidi medium responsione ad inhibitionem Misnensem[11]. Sum certe velocis manus et promptae memoriae, e qua mihi fluit potius, quam premitur[d], quicquid scribo: nec sic tamen sufficio; aliis tardioribus quid accidat, miror. Scis autem studium nostrum esse, ut Lotterianis typis recte institutis excudantur simul universae Enarrationes, atque id agitur, ut quam primum incipiamus simul et Philippicas super sententiarum[12]. Vale et me Principi commenda. Octava Februarii 1520.

Martinus Luther, August.

[1] vgl. Nr. 260, Note 6. — Ueber die Brüder Adelmann vgl. Riederer, Beitr. S. 18. 24.

[2] Oecolompad bekannte sich nachher selbst als den Verfasser; vgl. den Brief vom 27. Febr.

[3] Wencesl. Link in Nürnberg.

[4] Ueber diesen Vorgang schreibt Thom. Venatorius an Pirkheimer am 7. Januar (opp. Pirkh. ed. Goldast. p. 332): Verum quod de Eccio impuro theologo scribis, nihil te molestet; impius enim est, occasionem quaerit, qua omnes studiosos in sui odium trahat, quod facile assequetur. Nam et Capnio ab ejus sententia abit quam longissime, aliique bona pars academiae Ingolstadiens. Hisce enim diebus, quando bibliopola tractatus quosdam Martini Luther invexisset, publico edicto decrevit ... hos omnes Vulcano tradere. Inde quid assequutus, jam non scripserim. Omnibus risum movit ipse, confusionis rubore perfusus solus abivit. Blasphemiae vitio triumphans, praeterea nihil egit.

[5] Im Eccius dedolatus, Bl. Diij läßt Pirkheimer Eck sagen: Nuper libellus quidam, Martini laudes Germanica intonans lingua, Nurinbergae evulgatus est, quem cum ego publice Ingolstadii Vulcano consecrare intenderem, a scelestissimis collegis meis destitutus sum.

[6] Reuchlin wohnte seit November 1519 zu Ingolstadt in Eck's Haus. (Eck, de rat. studior. suor. epist. 1543: morabatur [Reuchl.] toto illo tempore in aedibus meis; — vgl. CR. I, 151); Reuchlin an Pirkh., 6. Id. Novb. aus Stuttgardt: Apud nos regnat pestis ... Quapropter nunc ad Danubium me confero, et Ingolstadii tantisper cum doctis versabor; opp. Pirkh. p. 163. ep. 18; er lehrte daselbst Hebräisch und Griechisch, und erhielt vom Herzog Wilhelm von

[d] promatur 4. 5.

Baiern ein Honorar von 100 Gulden jährlich; Brief an Pirkh. v. 29. Febr. 1520 in opp. P. p. 263. ep. 16.)

[7] vgl. die vorige Nr. — [8] vgl. Nr. 254, Note 2. — [9] vgl. Nr. 241, Note 1. — [10] vgl. Nr. 254, Note 1.

[11] Die Schrift „Antwort auf die Zettel, so unter des Officials zu Stolpen Siegel ist ausgangen“, Erl. 27, 77.

[12] Wohl die gegen Mel.'s Willen herausgegebene und deßhalb später von ihm unterdrückte Lucubratiuncula; vgl. CR. XXI, 6 ff. 59.

Nr. 270.

(Wittenberg.) 11. Februar 1520.

Luther an Spalatin.

Schickt die gedruckte Tessaradecas, das Manuscript der deutschen Antwort auf die Schedula des Bischofs von Meißen, welche er für die zu schreibende lateinische Antwort sich zurück erbittet.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 50; 3. Cod. Jen. a. f. 73; — Drucke: 4. Aurif. I, 242b; 5. de Wette I, 408. — Deutsch: Walch XXI, 672.

Wir geben den Text nach 1.

Erudito et pio viro, D. Georgio Spalatino, Christi servo, sacerdoti, suo in Domino etc.

Jhesus.

Salutem. Ecce Tessaradecada tuam, imo nostram, mi Spalatine. Responsionem meam adversus Stolpensem, tolpensem et talpensem Schedulam non mireris animosiorem et superbiorem esse[1]. Res agitur cum his, qui contra me triumphant, ubique affixis schedulis, unde necesse fuit eorum triumpho tale non deesse encomium, ut sit dignum operculum vase. Nascitur in eandem latina responsio paulum[a]

[a] paululum 4. 5.

copiosior, cui addenda est in fine schedula ipsa. Sed tu tardas eam remittere nimio. Crastina[b] enim aut ad summum postridie illa opus erit. Vale et pro me ora. 11. Februarii 1520.

Martinus Luther, Aug.

[1] Luther schickt hier, was de Wette mit Unrecht bestreitet, schon seine deutsche Antwort auf des Officials von Stolpen (Christoph v. Betschitz) Zettel, aber im Manuscript. Spalatin mahnte schleunigst vom Drucke ab, aber es war zu spät, die Schrift war schon unter der Presse; vgl. Köstlin[2] I, 317.

---

[b] crastino 3.

Nr. 271.

(Wittenberg.) 12. Februar 1520.

Luther an Spalatin.

L. übersendet einen Brief von Bucer. Die deutsche Schrift gegen die Schedula war schon im Druck, und Sp. Warnung zu spät gekommen. Von einer zu Oschatz unter jenem Zettel gefundenen Unterschrift.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 74; — Drucke: 3. Aurif. I, 245; 4. de Wette I, 412. — Deutsch: Walch XXI, 2219.
Wir geben den Text nach 1.

Optimo viro D. Georgio Spalatino, Christi sacerdoti a principalibusque sacris, in Christo charissimo.

Jhesus.

Salutem. Habes epistolam Bucerianam[1] fratris vel solius in ista secta candidi et optimae spei juvenis, qui me Haidelbergae et avide et simpliciter excepit atque conversatus fuit, dignus amore et fide, sed et spe.

Tarde venerunt tua monita. Omnia, Philippo

consule, quae uno die perdito parturivi[a], jam obstetricantibus prelis pario[2]. Esto, novum et magnum sit futurum incendium: quis potest Dei consilio resistere? Absque causa sua et mea culpa illi sic furiunt[b], et, nisi me Deus humiliet, huic animo sunt contempti, quorum et eruditionem et malitiam vides tu ipse, quam possim[c] pulchre ferre. Quis scit, an praedestinati sint, ut aliquando fiant occasio veritatis revelandae, et suae, quam in nos tam diu aluerunt, invidiae imprudentes poenam pendant, ignominiam, quam hostes veritatis decet, reportaturi. Episcopum honoravi, deinceps si pergant, nihil moraturus pro veritate Christi infulam[d] bullae hujus[3].

In Oschatz affixis his naeniis subscripsisse quispiam dicitur mihi a fratribus Waltheymensibus[4], qui huc heri venerunt, in hanc sententiam: «Ecce sic nostro saeculo episcopi suam ignorantiam etiam valvis affigunt. Hui, Episcope, relege Evangelium!» etc. Sine quaeso rem suis ire motibus, solus Deus in negotio est. Rapimur, ut video, et agimur potius quam agamus. Vale et pro me ora. 12. Februarii 1520.

Martinus Luther, August.

[1] Luther übersendet hier wohl den an ihn gerichteten Brief Bucer's (Nr. 263), den Spalatin behalten zu haben scheint (vgl. die Registrande von Spalatin's Hand); nach Baum, Capito und Butzer S. 109 den an Spalatin geschriebenen Bucer'schen Brief (Nr. 263, Note 1).

[2] Am 16. schon wurde die Schrift von dem Mainzer Secretarius Michael Reysch (aus Pirna, vgl. Alb. p. 5; Zarncke, Acta Rectorum p. 22) nach Stolpe gebracht, wo Miltitz sich gerade bei dem Bischof befand; „so hat Sein Gnad sulchs Respons von Stund gelesen in meiner und des Official Gegenwärtickeit, welcher Herr Official ganz ubel zufrieden was, und je syr [= sehrer, mehr] der Official flucht, je sir ich lachte, wiewohl mein gn. Herr von Meyßen sulchs och nicht wohl zufreden was". (Cyprian, Urk. I, 429.) Am 17. bringt Miltitz die Schrift nach Dresden. Herzog Georg las sie ganz durch und „hat zur maßen gelacht". (Cypr. 430.) Vgl. Seidemann, Miltitz S. 22 f.

[a] Tarde venerunt tua monita: omnia Philippo consule: quo uno die perdito parturivi 3. 4. — [b] furunt 4. — [c] possum 3. 4. — [d] insulam 3. 4.

[3] wird mir um der Wahrheit Christi willen nichts an der Bischofsmütze dieser Wasserblase liegen.
[4] Waldheim, südl. von Oschatz, in der Nähe von Döbeln, Kgr. Sachsen.

Nr. 272.

(Wittenberg.) 18. Februar 1520.

Luther an Spalatin.

L. will in der lateinischen Schrift gegen den Stolpen'schen Zettel sich mäßigen und sie vorher Sp. lesen lassen; bezeugt seinen guten Muth in dieser Angelegenheit; Sp. möge deßhalb den Gegnern rathen, sich gegen Luther vorsichtig zu betragen. Zuletzt wieder von der Angelegenheit der Wittwe Landmann.

Original: 1. anhalt. Ges.=Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 51; 3. Cod. Jen. a. f. 74; — Drucke: 4. Aurif. I, 246; 5. de Wette I, 413. — Deutsch: Walch XXI, 673.
Wir geben den Text nach 1.

Erudito et pio viro, D. Georgio Spalatino, a sacris et epistolis principalibus Sax., suo in Domino.

Jhesus.

Salutem. Satis magnum animum, optime[a] Georgi, habeo, Dei munere, adversus incendium Misnense, videbisque me tuis consiliis parentem, ut quantum possim benigne respondeam. Denique exemplar tu cum tuis videbis, antequam edatur, quod et in isto[1] factum fuisset, nisi typi tuas literas praevenissent. Quanquam neque in isto scripto tetigerim ulcus istius schedulae ob reverentiam Episcopi, quae revera est blasphema, et in evangelium Christi plus quam ulla unquam haeresis furibunda: id quod futuris ostendam, et convincam simul inscitiam eorum, nisi caverint, traducturus recte. Non

---

[a] st. optime: mi 4. 5.

patiar damnatum errorem in evangelio Dei pronuntiari etiam ab universis angelis coelorum, quanto minus ab unius ecclesiolae terrenae idolis.

Quod si tibi videtur, faciamus inimicis hanc gratiam, et scribe illis, si qui sunt illic, qui te audiant, monens et rogans, ut contra Lutherum, quantum possunt prudentissime et cautissime agant; esse eis magno studio parsum in isto scripto, ne si incipiant velle fugere pruinam, obruantur nive. Nisi enim Deus me privarit sensu (quod faciat pro sua optima voluntate) futurum est, si stercus (ut dicitur) amplius moverint, latius et crassius foetebit: non quod tam magnis et multis viris miner, sed quod doleam et compatiar eorum ignominiae, quam sibi irrevocabiliter hac infelici schedula contraxerunt, et quod mihi cupiam in hac re fieri, id hac ratione iis offeram. Ego non acciperem totius mundi opes, ut talis schedulae autor invenirer.

Atque utinam inter se communicato consilio sano aut omnino tacerent, aut via charitatis sese expurgarent; si vero vi, minis, scientia, ingenio, arte aut astu rem coeperint moliri, videbit Dominus et dabit mihi, ut observatori meo naso vix illudant. Quod si infeliciter simularint, sicut in ista schedula fecerunt, causam pessundabunt. Si me consule schedulam edidissent, in hunc modum scripsissent: ecce optimi fideles, exivit sermo quidam, quem multi false intelligunt, quamobrem nolite putare autori illius sic placuisse intelligi. Hac ratione mihi non nocuissent, sibi et omnibus profuissent; nunc autem pleno furore irruunt et damnant, quod nunquam scripsi, imo contrarium scripsi, idque sub nomine meo. Aut certe mihi privatim scripsissent, monentes, ut declarationem ederem. At ipsi hujus justitiae et illius charitatis via relicta, vi et injuria coeperunt: quid mirum, si tam malum exordium malus sequatur progressus?

Miror, nec satis mirari possum, esse tam rudes et indoctos homines Misnae et Lipsiae, aut tam

magnam eorum invidiam, ut etiam communem sensum sibi passi sint auferri. Nondum habui adversarios, quos aeque contempserim, tanta est illis seu hebetudo seu inconsiderantia. Quicquid sit, si potes, cooperare illis, ne me lacessant. Captos teneo, et ita captos, ut nisi mansuetudine egerint, supremo sint sese expondituri opprobrio. Quod si videbitur, et ego Episcopo in hanc rem scribam. Duci Georgio scriberem, nisi scirem, me aut non legi, aut lectum non audiri.

De Walpurgi Landmannina hoc scias, neque curatores neque tutores ei unquam fuisse, sed sua solius voluntate dedit domum Ecclesiae. Egi cum Domino Praeposito[2] multis; sed ipse in juribus suis submersus, nugatur non posse reddi, quod semel Deo datum est, etiamsi donator sit perpetuo mendicaturus, aut fame moriturus; remisitque me ad Deum et ad sacramentum eucharistiae, ut illic cum Christo agerem, si forte velit ipse mihi loqui, et reddere quae peterem. Has nugas etiam seria ducit homo juridicus, cui cum dixissem, cur ipsi vice Christi possint donata accipere, et eadem vice non possent reddere? perseverat in hoc, quod Deo data homo non possit reddere. Non penetrat evangelium in haec capita nugis istis occupatissima; quasi non abunde in Evangeliis[b] oracula det, sine intermissione, quid in his rebus proximo faciendum sit, ubi necessitas et charitas suadet. Vale et ora pro me. 1520, XVIII. Februarii.

Martinus Luther.

[1] näml. der deutschen Schrift.
[2] Dr. Henning Göde; vgl. Nr. 22, Note 17.

---

[b] † Christus 4. 5.

Nr. 273.

Wittenberg. (bald nach dem 18. Februar) 1520.

Luther an Spalatin.

Vertheidigt sich gegen den ihm von Sp. gemachten Vorwurf allzugroßer Heftigkeit in der Schrift gegen den Stolpischen Zettel. Der Brief, wie besonders aus der Nachschrift hervorgeht, muß bald nach dem vorigen geschrieben sein.

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. a. f. 315; — Drucke: 2. Aurif. I, 290b; 3. de Wette I, 416. — Deutsch: Walch XIX, 586.

Wir geben den Text nach 3.

Jhesus.

Salutem. Bone Deus, quam tu, mi Spalatine, es concitatus, ut longe me ipsum et alios superare videaris. Scripsi tibi et antea, ne praesumeres rem istam, tuo, meo, aut ullius hominum judicio coeptam aut gestam: si ex Deo est, longe contra, extra, supra, infra tuum et meum captum finietur.

Atque ut iterum scias, nollem hujus rei vel pilum meo aut tuo fato geri, neque aliud unquam timui in hac re, quam ne quando mihi relictus ea scriberem, quae humano sensui placent; metuendumque tibi est, ne multo plus sapias, aeque ut mihi, ne nimio desipiam. Displicet (fateor) hominibus nimia stultitia, sed longe magis displicet Deo nimia sapientia. Stulta enim elegit, ut sapientia confundat.[1]

Non vides, quod patientia mea, qua Emsero Eccioque ad quinque aut sex plaustra maledictorum non respondi, fuerit unica causa, qua inflati isti schedularii auderent quasi tam insulsis et ridiculis nugis vellicare.

Deinde hoc nosti, quam[a] nihil curarim ser-

---

[a] 1 zugleich: quod.

monem meum[2] Lipsiae publico edicto tolli et opprimi, quam ibi contempsi suspicionem, infamiam, injuriam, malitiam. Scilicet his audacibus etiam permittendum fuit, ut his furiis adderent famosos libellos eosque non modo refertissimos mendaciis, sed et blasphemos in veritatem evangelicam? In hos lupos etiam latrare prohibes?

Testis est mihi Dominus, quam me cohibui, ne hanc maledicam et impotentissimam schedulam nomine Episcopi non reverenter haberem, dicturus alioqui, quae cerebra ista oportuisset audire, quod et faciam, ubi agnita editione sese tueri coeperint. Impactos teneo, et tam contra jura, evangelium et communem sensum grassatos non omittam, quin futuro scripto tractem, ut intelligant, quid pepercerim eorum seu ruditati seu malitiae.

Non satis legisti schedulam, ut video, qua contra me (si non sunt omnibus asinis rudiores) nihil est venenatius, pestilentius, malignius, mendacius scriptum, imo non in me, sed in verbum Dei. Quod si ob hanc rem exulandum est, aut locus mutandus, aliudve patiendum[b]: scis, quam ego id incommodi contemno.

Obsecro te, si de evangelio recte sentis, noli putare, rem ejus posse sine tumultu, scandalo, seditione agi. Tu ex gladio non facies plumam, nec ex bello pacem: verbum Dei gladius est, bellum est, ruina est, scandalum est, perditio est, venenum est, et (ut Amos[3] ait) sicut ursus in via et leaena in silva, sic occurrit filiis Ephraim. Longe vehementius in Emser, Eccium, Tetzel scripsi, et nihil es conquestus. Quid si etiam Officialis[4] aut adeo Episcopus non agnoscat editionem?

Majori periculo ipsi scribunt, quam ego, qui evangelii, jurium, rationis naturalis et omnis sensus adeo sunt obliti, ut ne id quidem curarint, ne me non damnarent, neque vocatum, neque monitum, neque edoctum, eaque egerunt, quae nulla ratione

---

[b] patiundum 2.

a me sibi fieri paterentur, quae nec feci, saltem Episcopo et Officiali.

Prodeant sane, si libet; et, si obliti fuerint decorum Episcopalis personae, aut etiam Officialis, ne dubites, ego adductis Scripturis sui decori pulchre eos memores reddam. Non possum timere praecipitem et indoctam istam invidiam, sic Deus me rapit. Qui viderit, quid faciat per me, cum mihi sim certus, nihil horum ex me quaesitum aut petitum, sed omnia alieno furore mihi extorqueri.

Bono esto animo, nec in ea, quae patent, intende. Fides est argumentum non apparentium rerum[5]: cur ergo tu secundum apparentes judicas? Aliud agitur, mi Spalatine, et aliud videtur in isto negotio. Ego nihil quaero; est, qui quaerat[6]. Stet ergo, sive cadat: ego nihil lucror, aut amitto. Habes meam sententiam.

Sed nec nostris adeo displicent, quae scripsi, atque tibi; nec Dominus Praepositus[7] ipse aliud, quam rabulis istis a me recte factum, ducit. Si omnia excipienda sunt, quae episcoporum nomine prodeunt: obsecro, quanta regnabit tyrannis? Nec est mihi dubium, Episcopum Misnensem hujus schedulae tam non esse autorem, quam firmiter spero non agnosciturum. Quod si quam maxime faciat, praesumo his admonitum prudentius et doctius deinceps acturum.

Non tamen negare possum, me esse vehementiorem, quam oporteat, quod cum illi non ignorent, canem irritare non debuerunt. Quam sit difficile calori et stylo temperare, vel ex te ipso discere potes. Hoc enim est, cur in publico versari semper indignatus sum, quoque magis indignor, magis contra votum involvor. Idque non nisi atrocissimis criminibus, in me et verbum Dei grassantibus; quibus fit, ut, si nec calore, nec stylo raperer, tamen indignitate rei ad arma queat moveri vel saxeus animus, quanto magis ego, qui et calidus sum et

stylum habeo non penitus obtusum. His monstris ultra modestiae decorum feror.

Quumque et ego miror, unde ista nata sit religio nova, ut quicquid in adversarium dicitur, convicium appelletur: de Christo, quid sentis? An conviciator fuit, quando Judaeos appellat generationem adulteram et perversam, progeniem viperarum, hypocritas, filios diaboli? Deinde Paulus, canes, vaniloquos, seductores, indoctos, qui Actorum XIII. sic invehitur in pseudoprophetam, ut videri possit insanus, dicens: «O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice veritatis». Cur non hic Paulus modeste potius blanditur, ut convertat, quam sic tonat. Nec potest sane conscientia veritatis esse patiens in praefractos et indomitos hostes veritatis.

Sed jam satis nugarum. Video ab omnibus in me peti modestiam, maxime ab hostibus, qui minime tamen omnium eam praestant. Ego si immodestior sum, simplex tamen et apertus sum, quo illis me puto praestare, cum non nisi insidiosissime commententur. Vale, et noli timere. Wittembergae 1520.

F. Martinus Lutherus.

Scribis inter caetera, consilia tua fuisse spreta, et non recordaris, quod scripsi, tarde tua consilia venisse, jam paene absolutis libellis.

[1] 1 Cor. 1, 27.

[2] Sermon vom Sacrament des Leibes und Blutes Christi; vgl. Nr. 260.

[3] vielmehr Hos. 12, 7 f., vgl. Jerem. 5, 6.

[4] Christoph Beczschicz kommt als Official von Stolpen in einer Urkunde vom 14. Januar 1520 vor, vgl. Cod. dipl. Saxon. II, 3. S. 338.

[5] Hebr. 11, 1. — [6] Joh. 8, 50.

[7] Dr. Henning Göde; vgl. Nr. 272, Note 2.

Nr. 274.

(Wittenberg.) 24. Februar 1520[1].

Luther an Spalatin.

In der Stolpischen Angelegenheit wird L. weiter antworten, wenn die Gegner nicht schweigen. Absendung der Briefe an die Bischöfe. Von Herausgabe eines Sermons von den guten Werken, der Nürnberger Apologie und der Canonici indocti. Ueber die Anstellung des Matth. Adrian. Von der von Hutten herausgegebenen Schrift des Laur. Valla de donatione Constantini; von Wittenberger Studenten-Unruhen.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 52; 3. Cod. Jen. a. f. 76; — Drucke: 4. Aurif. I, 247b; 5. de Wette I, 419. — Deutsch: Walch XXI, 676.

Wir geben den Text nach 1.

Erudito et pio viro, Domino Georgio Spalatino, a sacris principalibus, suo in Christo amico sincero.

Jhesus.

Salutem. Et ego credo Stolpenses non tacituros: forte Dominus per eos aliquid efficiet, quod ipsi et ego non cogitamus; veniant itaque, ut interpretem schedulae suae aliquando inveniant. Epistolae ad Episcopos[2] missae sunt elegantissimis scriptae characteribus manu Johannis Suerdfeger[3]; expecto responsum.

De Sermone bonorum operum[4] nihil memini: sed et tot jam edidi, ut periculum sit, ne emptores tandem fatigem.

Non intelligo Apologiam Germanicam, quam addendam Nurmbergensi scribis. Mitte, si habes, ut videamus, nam illa hodie absoluta est[5]; Canonici indocti sequentur. Nihil adhuc Doctori Calvo[6] scriptum est, hodie conveniemus acturi et responsuri. Heri ex D. Conrado Rege[7], genero D. Volfgangi[8], mihi nuntiat Matthaeus Adrianus[9], ut responderem

ei; puto autem, me ei respondisse, ac literas interceptas esse. Contulit idem mecum, quanto stipendio crederetur contentus fore, ut hic Hebraea profiteretur. Arbitrabatur ille, si centum aut nonaginta aureos haberet, moturum illum illinc ad nos: id quod jam aliis literis ex eo sciscitabor. Tu interim responde tuum sensum vel spem.

Habeo in manibus, officio Dominici Schleupner[10], Donationem Constantini a Laurentio Vallensi confutatam, per Huttenum editam[11]. Deus bone, quantae seu tenebrae seu nequitiae Romanensium! et, quod in Dei judicio mireris, per tot saecula non modo durasse, sed etiam praevaluisse, ac inter Decretales relata esse tam impura, tam crassa, tam impudentia mendacia, inque fidei articulorum (ne quid monstrosissimi monstri desit) vicem successisse. Ego sic angor, ut prope non dubitem Papam esse proprie Antichristum[12] illum, quem vulgata opinione[13] expectat mundus: adeo conveniunt omnia, quae vivit, facit, loquitur, statuit. Sed haec magis coram. Si non vidisti, curabo ut legas.

De scholasticis et pictoribus[14] nescio, quid dicam; metuo, ne causa tanta non sit, quantam faciunt venti quidam, qui eam inflant. Egi in concione pro ea, sed non omnibus satisfeci. Erant, qui me dicerent nimio favere parti scholasticae, alii contra. Adeo intractabile est opus diaboli, meliusque fuisset, ut in se ipso deferbuisset, quam tanto tumultu et strepitu sedari coepta est. Pauci sunt, qui ludunt hanc tragoediam, et non digni, ob quos tota civitas et Universitas sic laboret. Neque potest fieri, ut in magno aegroque corpore (ut Antiochus Herodi dixit[15]) non aliquando ulcus aut pus aut simile quid oriatur; quod si sua sinas via ire, per se cessabit; sin prohibueris et obtruxeris, totum corpus inficiet et perdet. Agam tamen, quantum possum. Vale et ora pro me. Prior noster Heltus Magdeburgam iverat, tuis literis venientibus. Vigilia Matthiae 1520.

M. Luther, Aug.

[1] Die Datirung 24. Februar bei de Wette ist richtig (gegen Köstlin[2] I, 793 Note 2 zu S. 316), da in einem Schaltjahr der Matthäustag auf den 25., also die Vigilie desselben auf den 24. fällt.

[2] Nr. 266 u. f. — [3] vgl. Nr. 113, Note 5.

[4] vgl. Erl.[2] 16, 118.

[5] Die Wittenberger Ausg. dieser Schrift (vgl. Nr. 264) hat das Impressum: Hat lassen drucken Melchior Lotther d' iung tzu Wittebergk im funfftzehende hunderte vnd xx. iar (Panzer, Annal. I, 955; Beck, Biblioth. Luther. 1883. Nr. 783).

[6] Gregorius Coppus, Calvus medicus, wie er sich unterschreibt, als ein dem Evangelium geneigter Arzt von Andreas Camitianus an Pirkheimer, d. d. Lips. 27. Septb. 1520 (vgl. Duae Epistole: He- | rici Stromeri Auerbachij: et Gregorij | Coppi Calui medicorū: que statū | reipublicae Christianae hoc se- | culo degenerātis attigūt. || Abiecta est Andree Franci Camiczi- | ani Epistola ad Pircheimerū: | subiunctis etiam in fine | libelli in Leum epi- | grammatis. || Lipsiæ apud Melchiorē Lottherū. Anno &c. M.D.XX.; — letzterer Brief auch in opp. Pirkh. p. 329. ep. 102), gerühmt, hatte in einem aus Magdeburg 6. Febr. 1520 geschriebenen Briefe an Spalatin (abgedr. in Stud. u. Krit. 1876. S. 728) einen Werner von Bacharach zum Lehrer des Hebräischen in Wittenberg empfohlen. Er schreibt: Adjecit namque fortuna rebus nostris optimae indolis adolescentem, latine doctum, hebraice doctissimum... Est autem huic adolescenti optimo Vernero ex Bacharach nomen. Is, inquam, adolescens adeo exacte linguam callet hebraicam, ut quicquid hebraicarum litterarum sibi oblatum fuerit, extempore optime interpretetur proprietatem hebraicae linguae satis explicans ... Legit autem et Erfordiae hebraice litteras non sine maxima scholasticorum admiratione. Huic si Dignatio Tua adjumento apud Principem et gymnasii primores fuerit, facies proculdubio omnibus litterarum bonarum amatoribus et mihi rem longe gratissimam. — Auf diesen Brief bezieht sich hier Luther; vgl. auch an Spal. 19. März. — Ueber Werner ist bis jetzt Weiteres nicht bekannt; Geiger, Stud. der hebr. Sprache in Deutschl. 1870 hat nichts zur Erläuterung des Briefs.

[7] Conr. Kunig de Stuckgardia, art. et U. J. D., 1509 Decanus Facultatis philos., 1510 Rector; vgl. Alb. p. 31, 21 f. 4. 114; Sennert, Athenae Witteb. p. 120. 137.

[8] Wolfg. Stehelin, vgl. Nr. 77, Note 4.

[9] vgl. Nr. 242, Note 1.

[10] Alb. p. 79: Dominicus Sleupener, Canonicus ecclesiae Cathedralis Vratislavien. 7. April. (1519); der spätere Pfarrer zu St. Sebald in Nürnberg.

[11] De Donatione Constantini quid veri habeat, eruditorum quorundam iudicium, ut in versa pagella videbis. — Die praefatio Hutteni ad Leonem X. datirt ex arce Steckel-

berg, Cal. Decb. 1517; gedruckt wurde die Schrift bei Schöffer in Mainz, Anf. 1518 (vgl. opp. Hutt. ed. Böcking, T. I. p. 18*). Dieses Buch kam Luther etwas verspätet zu Handen, die nächste Ausgabe ist erst vom J. 1522 (vgl. Böcking l. l.). Doch scheint die Schrift erst 1520 größeres Aufsehen gemacht zu haben und allgemeiner bekannt geworden zu sein, da auch Adelmann an Pirkheimer, 28. April 1520 (Heumann, docc. lit. p. 192) schreibt: Quod ad literas spectat, scripsit hisce diebus ad nos Spiegelius ex Scelestadia [Schlettstadt], brevi se ad nos missurum esse Joann. Hus de ecclesia libr., Donationis Constantini privilegium interprete Barthol. Pincerno, Laur. Valla contra ipsum privilegium declamation. cum Hutteni nostri praefatione, mere Huttena. — Laurentius Valla, geb. 1407 zu Rom, einer der bedeutendsten Humanisten, schrieb in Neapel, wo er die Gunst des Königs Alphons von Arragonien besaß, seine Declamatio de falso credita et ementita Constantini donatione (in seinen opp. ed. Basil. 1540. p. 761—795), welche ihm die Verfolgung der Inquisition zuzog, vor der er nach Barcellona flüchtete. 1448 vom Papst Nicolaus V. zum päpstlichen Secretär ernannt, lehrte er einige Jahre in Rom, kehrte aber nach Neapel zurück, wo er am 1. August 1457 starb. Vgl. J. Vahlen, Lorenzo Valla, Berl. 1870. — Ueber den Einfluß dieser Schrift auf Luther vgl. Kolde, L.'s Stellung zu Concil 69; ders. Luther I, 246; Köstlin² I, 327.

¹² Doch wurde die Vorstellung, daß der Papst der Antichrist sei, nicht erst durch die Lektüre von Valla's Schrift hervorgerufen, wie Kampschulte, Erfurt II, 75 meint, vgl. dagegen Nr. 120, Z. 17.

¹³ 1516 war zu Erfurt wieder gedruckt worden (s. Panzer, Annalen Nr. 836; ältere Drucke s. ib. Nr. 1 ff.; Weller Nr. 258): „Büchlin von des Endte Christs Leben vnd Regierung durch verhengniß Gottes, wie er die Welt tuth verkeren mit seyner falschen Lere vnd Rat des Teufels, auch wie darnach die zween Propheten Enoch und Helyas die Christenheit wieder bekeren mit predigen den Christen Glauben." vgl. Ranke, Deutsche Gesch.⁵ I, 286.

¹⁴ Vorspiel des Studentenaufruhrs im Juli. Unter den pictores sind jedoch hier nicht bloß die Kunstschüler Cranach's zu verstehen, sondern auch dessen Gesellen, deren er eine größere Anzahl in seinem Holzschnittatelier, sowie zu geringeren Arbeiten, z. B. Zimmermalen, Vergolden, selbst Fensteranstrich hatte; vgl. Lindau, Cranach S. 96, 99, 266. (Gegen Walch XXI, 678, welcher, weil es nicht so viele Maler in Wittenb. gegeben, pistoribus lesen will.)

¹⁵ Dieses Citat Luther's konnte ich nicht ermitteln. Es scheint hier ein Irrthum Luther's vorzuliegen, da kein Antiochus aufzufinden ist, der zu einem Herodes etwas derartiges gesagt haben könnte.

Nr. 275.

Merseburg. 25. Februar 1520[1].

Bischof Adolph von Merseburg an Luther.

Antwort auf Nr. 267. — Bedauert, daß Viele an Luther's Sermon über das Abendmahl Anstoß genommen, kann sich wenig Nutzens von scharfen Schriften versprechen, in denen auch der Papst angegriffen werde, ermahnt deßhalb Nützlicheres zu schreiben, und verweist alles übrige von Luther Berührte auf eine persönliche Zusammenkunft.

Handschriftlich: **1.** Cod. Dresd. C. 342. Bl. 4 (mit der Bemerkung: Autographum habet [Georg v.] Kunheim [Luther's Schwiegersohn]. Ex autographo.); — Drucke: **2.** Aurif. I, 239; **3.** Viteb. II, 47^{b}. — Deutsch: Witteb. IX, 92; Jen. I, 226; Altenb. I, 351; Leipz. XVII, 296; Walch XV, 1652; Beckmann, anhalt. Hist. V, 111.

Wir geben den Text nach 2 unter Vergleichung von 1.

Venerabili fratri Martino Luthero, Augustiniano, S. Theologiae Professori Wittembergens., ad manus proprias.

Jhesum Christum, charitatis et pacis amatorem, pro salute.

Venerabilis[a] *Pater et Doctor eximie, literas tuas hesterno vesperi redditas legi, et minime diffiteor, quin pro te et de te saepe doluerim, quum multorum et magnatorum*[b] *scriptis*[c] *relatibusque simplicitatem populi, vel ejus etiam*[d]*, cujus mihi omnium minimo*[e] *cura credita*[f] *est, ex parte nuper editis de venerabilissimae*[g] *Eucharistiae communione nonnihil scrupuli conscientiarum concepisse intellexerim, quam insuper utilitatem conferant distorti passim invectivarum aculei, prorsus non video.*

Si probentur exteris et christiani referant, aliorum sit judicium. Ego ex corde cuperem, te caeterosque

---

[a] Venerande 1. — [b] magnatum 2. 3. — [c] † et 1. — [d] etiam ist bei 1 Correctur von anderer Hand für causa. — [e] omnino 1. — [f] tradita 1, aber credita darübergeschrieben. — [g] ist bei 1 Correctur für venerabilissimi, wie auch 3 hat.

omnes christianae religioni deditos non his pestiferis stimulis agitari, sed potius zelo divinae charitatis affici. Neque tanti jurgii in Romanum pontificem causam capere valeo, ipsumque maximopere detestor, neque tu nescis qua audacia illud per te fieri, et qua aure transcurri liceat. Potuisti praeterea pro insigni industria tua, meo quidem judicio, pro his scribere saluti charitatique proculdubio commodatiora, quod et hortor, jurgiis et opprobriis hujusmodi[h] *spretis et posthabitis, etiamnum ac deinceps jugiter sis facturus.*

Quae vero latius in literis tuis indicari[i] *tibi postulas, et auditurum polliceris, quia*[k] *commode scribenda non sunt*[l]*, dum forsan colloquendi aliquando continget occasio, tribuente Christo, super his coram prolixior ero*[m]*. Vale feliciter in amatore*[n] *pacis, Jhesu Christo, cujus amore calamum temperare dignaberis. Ex Mersburgo*[o]*, VI. Calend. Martii. MDXX.*

Adolphus, Dei gratia Episcopus Mersb.

[1] Seidemann in Stud. u. Krit. 1880. S. 346 datirt, in Folge seines Uebersehens des Schaltjahres, falsch 24. Febr.; Burkhardt, Luth. Briefw. S. 27 gleichfalls falsch 27. Febr.

[h] his 1. — [i] indicare 2. 3. — [k] quia bei 1 Correctur für quod. — [l] sint 1. — [m] ero fehlt 1. — [n] autore 2. 3. — [o] Marsburgo 2.

Nr. 276.

Calbe. 26. Februar 1520[1].

Erzbischof Albrecht von Mainz an Luther.

Antwort auf Nr. 266. — Bezeugt sein Wohlgefallen, daß L. bereit sei, sich unterweisen zu lassen; bedauert, daß er noch keine Zeit gehabt, L.'s Schriften zu lesen, will deßhalb auch kein Urtheil über sie fällen, sondern das Andern überlassen; wünscht, daß L. religiöse Fragen, die überhaupt besser unter den Gelehrten als vor dem Volk verhandelt würden, ehrfurchtsvoll behandle, da nur, wenn L. die Wahrheit mit Gottesfurcht und Sanftmuth lehre, sein Werk aus Gott sei.

Drucke: **1.** Aurif. I, 235; **2.** Viteb. II, 56. — Deutsch: Wittenb. IX, 90b; Jen. I, 225; Altenb. I, 349; Leipz. XVII, 294; Walch XV, 1644.
Wir geben den Text nach 1.

Honorabili et religioso nobis in Christo dilecto, Martino Luthero, Theologiae professori etc.

Albertus, miseratione divina Tituli S. Chrysogoni, S. Rom. Ecclesiae Presbyter Cardinalis, sanctarum Magdeburgens. et Mogunt. Ecclesiarum Archiepiscopus, Primas Germaniae, Princeps Elector, Administrator Halberstadens. ac Marchio Brandenburgens. etc.

Salutem in Domino. Accepimus literas tuas, honorabilis ac religiose in Christo nobis dilecte, quibus nos a subdole suggestionis, te autem ab invidiosae insimulationis pertinaciaeque periculo vindicare contendis. Atque non potest nobis non placere, quod polliceris meliora te auditurum, si edocearis, teque paratum esse sensu tuo cedere. Nos siquidem, etsi pro officii nostri debito res christianae fidei pietatisque vehementer nobis cordi esse profitemur, lucubrationes tamen tuas, quae jam in omnium manibus passim versantur, nec vel legere vel saltem obiter videre, hactenus per otium datum est. Quare nec de his modo censuram facere nostri est consilii, sed illud eorum judicio relinquere, qui nobis majores sunt, quos jure reveremur quibusque tripodem merito cedimus, quique hoc negotium expendendum discutiendumque jam pridem sibi susceperunt.

Illud tamen ex animo velimus, res sacras cum a te, tum a quibusvis, qui hanc professionem sibi suscipiunt, reverenter ac religiose, modesteque sine tumultu, sine invidia ac contumelia, ut convenit, tractari, quoniam non sine gravi animi dolore ac vehementi displicentia indies intelligimus, a quibusdam etiam non obscuris religionis christianae professoribus, pro frivolis suis opinionibus quaestiunculusque, ut puta de Romani pontificis potestate, an scilicet de jure divino humanove sit? deque libero arbitrio, atque multis aliis his similibus nugamentis, non admodum ad vere christianum perti-

nentibus, tanquam pro re ardua et maxima, acerrime digladiari, omniaque ad vivum (quod ajunt) exigi, quemque suam opinionem fastuosissime, nec citra adversantis injuriam summamque contumeliam acerrime tueri; atque per haec non sine magno periculosoque inobedientiae concitamento fomentoque multas temerarias ac nimio curiosas opiniones ad fluctuantem multitudinem imperitumque vulgus spargi, multaque temere contra ea, quae publica autoritate ab ecclesia Christi jampridem recepta sunt, videlicet[a] *de venerabili Synaxis sacramento convenientius sub specie utraque omnibus, tam clericis quam laicis, indiscriminatim exhibendo, non sine gravi imperitae multitudinis offendiculo, popularium auribus suggeri; a nonnullis insuper accipimus, et generalium conciliorum autoritatem audentius extenuari, quo suas mordicus teneant defendantque opiniones.*

An haec et similia vel a te vel aliis ita fieri expediat, eque fidei christianae majestate, sinceritate ac dignitate proque illius pace ecclesiaeque tranquillitate futura sint, minime videmus. Possent forsan haec commodiori et loco et tempore inter literarum peritos, et eos, quibus summa hujus rei commissa est, multo majori cum fructu, sine etiam tanto periculo, sine inobedientiae ac invidiae fomento, sine insuper tanto multitudinis offendiculo modestius ac citra cujusvis contumeliam et expendi et discuti, quam taliter inter literarum[b] *imperitos ac hallucinantem plebeculam ita temere tractari.*

Caeterum, quod te veritatem, quam sacris in literis legeris didicerisque, docere profiteris, non possumus improbare, modo id a te fiat pie, mansuete, citra mordacitatem, absque inobedientiae in publicam ecclesiae autoritatem incitamento fomentoque. Quod si ita fiat, opus tuum ex Deo, erit utique laudabile fructuosumque, et ut cum Gamaliele illo, de quo Actor. 5., tibi loquamur, firmum ac indissolubile; sin vero ex invidia opus tuum fastuque, malevolentia, ex hominibusque est, facile dissolvi poterit. Quando nulli non periculum esse constat, Dei

---

[a] videlicet fehlt 1. — [b] literarum fehlt 1.

beneficiis abuti, veritati Deoque repugnare, qui et nobis et tibi omnibusque christianis bene agere concedat. Vale in Christo. Ex Calbis[2], 5. Calend. Mart. Anno MDXX.

[1] Burkhardt, Luth. Briefw. S. 26, in Folge Uebersehens des Schaltjahrs, falsch 25. Februar; Bucholtz, Gesch. Ferdinand's I., I, 321 löst das Datum V. Calend. Mart. gar in den 5. März auf.

[2] Albrecht befand sich damals längere Zeit in seinem Magdeburgischen Sprengel, wozu Calbe gehörte.

Nr. 277.

(Wittenberg.) 26. Februar 1520.

Luther an Spalatin.

Empfehlung eines gewissen Mocha. Von Eck's Reise nach Rom; daß dieser den Briefwechsel mit dem Kurfürsten herausgegeben. Von dem Sermon von den guten Werken.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 53; 3. Cod. Jen. a. f. 78; — Drucke: 4. Aurif. I, 249; 5. de Wette I, 421. — Deutsch: Walch XXI, 679.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino charissimo Georgio Spalatino, a principalibus sacris et literis, viro probo et erudito.

Jhesus.

Salutem. Venit hic Mocha[1] petiturus feudi sui jus; tu, sicut facis, filiorum ejus et optimae uxoris rationem habe pro paupertate sua; ego, si opus est, cooperabor, si quid omnino dandum est.

Eccius Romam ivit impetraturus contra me abyssos abyssorum. Ita scribitur nobis. Mittam ad te statim literas Venceslai et Adelmanni[2]. Edidit[3] Eccius literas Principis nostri et nostras respon-

siones et suas vernaculas ad Principem scriptas invidiosissime; statim per deductorem mittam. Credo hominem totum in furiam versum. Vale interim et pro me ora. Memoria mihi rediit de operibus bonis sermone tractandis, in concione[4] scilicet, id promisi; dabo operam ut fiat. Dominica Invocavit 1520.

F. Martinus Luther.

[1] Ein Christoph Mocha, Müller zu Segrehna, kommt in späteren Briefen vor (9. März und 8. April 1526), vielleicht ist es derselbe, wie der hier erwähnte.

[2] Adelmann an Pirkheimer, Augsburg 11. Januar 1520 (Heumann, doc. lit. p. 183): Pestis ista ac bonarum literarum impedimentum seu potius pernicies [d. i. Eck] se Romam (ut pluribus hic dixit) contulit, impensis nonnullorum praelatorum, quibus est pollicitus, se nescio quae privilegia eorum nomine illic posse impetrare, quamvis ipse aliam itineris causam mentiatur, nam se per pontificem arcessitum ait . . . Spero ac minime dubito, quin sua praesentia multum auctoritatis ac nominis tribuat nostro Martino. Nosti enim Italorum judicium. Vale ac haec quoque dicas nostro Wenceslao. — Obgleich aber hier die Reise als bereits angetreten berichtet wird, so ging doch erst am 18. Januar Eck von Ingolstadt weg (vgl. Nr. 255, Note 13). Daß er dort gegen Luther arbeiten werde, vermuthete dieser. In dem oben citierten, wohl von Wenc. Link übersandten Brief an Pirkheimer wird ein anderer Grund seiner Romreise angegeben.

[3] Titel dieser Schrift s. Nr. 198, Einl.

[4] concio hier nicht „Predigt", vielmehr „Tractat"; — vgl. Nr. 274, Note 4.

Nr. 278.

(Wittenberg.) 27. Februar 1520.

Luther an Spalatin.

Schickt die von Eck herausgegebenen Briefe (vgl. die vor. Nr.); Oecolampad bekenne sich als Verfasser der Canonici indocti; Eck klage, daß diese Schrift ihm am wehesten gethan. Von einem Basler Druck bezüglich der Leipz. Disputation.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 54; 3. Cod. Jen. a. f. 78; — Drucke: 4. Aurif. I, 249b; 5. de Wette I, 422. — Deutsch: Walch XV, Anh. LII.

Wir geben den Text nach 1.

Erudito et probo viro, Domino Georgio Spalatino, Christi servo, suo amico charissimo.

Jhesus.

Salutem. Ut videas tandem, quid sit theologice scribere, id quod Eccius in literis suis ad Principem datis praescribit, quamquam[a] pulchre suae diffinitioni[b] respondeat, poteris horam perdere et has furibundi apri spumas legere.

Scribit Oecolampadius Philippo nostro[1], se esse autorem Canonicorum indoctorum, fecisseque, ut hominem sibi ipsi ostenderent[c], deinceps nisi quiescat, alia facturum; conquestumque Eccium scribit, nullum scriptum contra se editum aegrius tulisse. Mitto etiam Basiliensem typographiam de actis Lipsiae[2], ut videas, quid illi de eo sentiant. Quae tu remitte quantocius omnia. Vale, et ora pro me. Feria secunda post Invocavit 1520.

Martinus Luther, August.

[1] Dieser Brief fehlt.

[2] Ob Luther hier einen Basler Nachdruck der Disputatio excellentium Doctorum etc. (vgl. Nr. 255, Note 7), der uns dann bis jetzt noch unbekannt wäre, oder eine andere auf die Leipz. Disput. bezügliche Schrift (vielleicht die, von der Bucer an Spalatin 23. Januar schreibt, Kolde, analect. S. 439: Ultimae propositiones earum, in quas Eccius Lipsiae clamavit probationem, Frobenii filius, dum parens in nundinis Francofurtensibus negotiatur, curaverat excudi) im Auge hat, kann ich nicht entscheiden.

---

[a] quodque 4. 5. — [b] definitioni suae 4. 5. — [c] ostenderet 4. 5.

Nr. 279.

Wittenberg. 29. Februar 1520.

Luther an Spalatin.

Von der Antwort des Bischofs von Merseburg; daß der Erzbischof von Mainz das Betteln der Mönche verboten; Luther wünscht, daß die Bettelorden ganz aufgehoben werden.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 56; 3. Cod. Jen. a. f. 79; — Drucke: 4. Aurif. I, 250; 5. de Wette I, 423. — Deutsch: Walch XXI, 680.

Wir geben den Text nach 1.

Erudito proboque viro, Domino Georgio Spalatino, Christi servo, a sacris principalibus Saxoniae, suo in Domino.

Jhesus.

Salutem. Tandem remisit ad me nuntium meum Episcopus Merspurgensis cum literis suis[1], quem triduo illic detinuit; Cardinalis Maguntini adhuc expecto. Legi igitur; mihi non displicent, nisi quod aliorum scriptis et relationibus confitetur sese commotum contra meum sermonem, quem forte nunquam legit, sed aliis credens damnat. Deinde non inepte damnat jurgium in causa Rom. Pontificis, quasi vero ego delecter in iis procellis fluctuari, ac non magis optem in pace degere, quam ille scribat[a] se optare. Verum recte cum valemus, consilia aegrotis damus, ut Terentius[2] ait: tu si hic sies[b], aliter sentias.

Quod Cardinalis Maguntinus prohibuit mendicantes, non arbitror in mei invidiam esse compositum[3]; plena est Magdeburga et multis aliis querelis

---

[a] scribit 4. 5. — [b] stcs 5.

in eundem, ut Prior noster[4] reversus dicit. Incipit enim tyrannisare et omnia audere, offendens etiam suos ecclesiasticos magnates. Quis scit, ad quid vocatus sit in tantarum rerum administrationem? Utetur eo Dominus (non dubites) ad aliquid portenti futuri: Ego quantum in me est, vehementer optarim mendicitatem istam funditus tolli: id quod est unus articulorum, quem mihi Eccius haereticum facit et jactat. Odio enim habeo foedissimum hunc victum, mallemque hodie discere artificium[5], quo me alerem, quam sic vivere, moriarque in hac haeresi, etiam invito Eccio.

Miror, nondum ad te pervenisse literas prius datas. Schotti cum Emsero conflictum[6] libenter legimus. D. Calvo[7] mox scribemus, quia necdum nuntium opportunum habuimus. Vale et pro me ora. Vittenbergae, quarta post Invocavit 1520.

Martinus Luther, August.

[1] Nr. 275. — [2] Terent. Andria II, 1, v. 10.

[3] Spal. annal. ap. Menck. II, 599: Feria III. post natalem Scholasticae Virginis [14. Febr.] Albertus Card. et Archiep. Magunt. et Magdeb. per edictum Gregorii Werbeni, Decani et Doctoris Magdeburgii Officialis, curavit interdicendum mendicatione monachis mendicantibus et sacrorum ministratione per totam διοίκησιν Magdeburgens., interminatus ut multam ita indignationem suam contraeuntibus. Causatus, quod meliorem anni partem foris exigerent, non sine discrimine salutis suae et jacturae multiplici τῶν παρόχων. Erant tamen, qui hominem aliud quidpiam moliri crederent in odium τοῦ Μαρτίνου Λουθέρου Augustiniani. — Dieses Einschreiten gegen die Bettelmönche kann jedoch kaum als der Beginn einer Reformation angesehen werden, es beruhte auf dem alten Gegensatz der Weltpriester gegen die Bettelmönche (Kolbe, Luth. I, 386).

[4] Helt; vgl. Nr. 274, Z. 57.

[5] vgl. damit die gleichzeitigen Stellen in den Operatt. in Psalmos (opp. exeg. XV, 355).

[6] Bei Waldau, Emser, findet sich nichts über diese Angelegenheit.

[7] vgl. Nr. 274, Note 6.

Nr. 280.

(Wittenberg.) (Februar 1520[1].)

Luther an Spalatin.

L. sendet eine Probe seiner Enarrationes, mit welcher Arbeit er aber nicht zufrieden ist; lehnt es ab, in einem Briefe an den Kurfürsten sich zum Frieden zu erbieten; er und Staupitz seien bisher unbewußt Hussiten gewesen.

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. a. f. 10; — Drucke: 2. Buddeus p. 15; 3. de Wette I, 424. — Deutsch: Walch XXI, 741.

Wir geben den Text nach 3.

Suo charissimo Georgio Spalatino, in Christo amabilissimo.

Jhesus.

Salutem. Mitto gustum Evangeliorum et Epistolarum[2], sed qui sapiat animam meam occupatissimam, nec mihi satisfaciens pro voto meo. Virum et solum haec res poscit (ut video), ideo ipse paene taedeo coepisse.

Consultis amicis de scribendo ad Principem nostrum pro consilio, invenio nequaquam fieri posse citra pietatis periculum, ut nomine aut voto meo pacem offeram. Satis obtuli hucusque et solus, sum semper tractus vi in negotium, nec integrum est remittere manum, donec Eccius clamat; cogor enim rem Deo committere, et me praebere ductilem, data flatibus et fluctibus nave. Unum possum, orare scilicet Dei misericordiam: data est mihi notio futurae alicujus insignis turbulae[a], nisi Deus Satanam prohibuerit. Vidi cogitationes ejus artificiosissimas in malum et meum et multorum. Quid vis? verbum

---

[a] nubeculae, und turbelae am Rande, 2.

pietatis nunquam sine turbine, tumultu, periculo tractari potuit. Verbum est infinitae majestatis, magna operatur, et est mirabile in altis et sublimibus, ut Propheta[3] dicit, pingues Israel occidit et electos ejus impedit. Aut ergo desperandum est de pace et tranquillitate hujus rei, aut verbum negandum est. Bellum Domini est, qui non venit pacem mittere[4]. Tu ergo cave, ne speres Christum in terra promoveri cum pace et suavitate, quem vides proprio sanguine pugnasse, et post eum omnes martyres. Ego imprudens hucusque omnia Johannis Huss et docui et tenui; docuit eadem imprudentia et Johannes Staupitz: breviter, sumus omnes Hussitae ignorantes, denique Paulus et Augustinus ad verbum sunt Hussitae. Vide monstra, quaeso, in quae venimus sine duce et doctore Bohemico. Ego prae stupore nescio, quid cogitem, videns tam terribilia Dei judicia in hominibus, quod veritas evangelica apertissima jam publice plus centum annis exusta, pro[b] damnata habetur, nec licet hoc confiteri. Vae terrae! Vale.

Mart. Luther.

[1] Buddeus stellt diesen undatirten Brief in's J. 1521, weil er die übersandte Probe der Enarrationes für eine gedruckte hielt, und sie erst im Januar 1521 in den Druck kamen, so daß er am 6. März einen Postillae praegustus an Spalatin sendet. Der Inhalt des Briefs weist aber auf eine frühere Zeit hin, und zwar auf die oben angegebene, in welche schon de Wette den Brief gesetzt hat. Die Stelle: Quid vis etc. (Z. 20) erinnert an Nr. 273, Z. 46 ff.; die Worte data est mihi notio etc. (Z. 17) scheint auf die Kunde davon zu gehen, daß Eck nach Rom gereist sei, um dort gegen Luther persönlich zu wirken (vgl. Kolbe, Luth. I, 245), und endlich die Erwähnung, daß er unbewußt seither hussitisch gewesen, ist wohl dafür ein Zeugniß, daß er sich um jene Zeit mit Hussens Schrift beschäftigte, die er dann am 19. März, nachdem er sie durchgearbeitet, auch an Spalatin zur Lectüre sendet.

[2] nach Obigem natürlich „im Manuscript“.

[3] Ps. 78, 31. — [4] Matth. 10, 34.

[b] et l.

Nr. 281.

(Wittenberg.) 2. März 1520.

Luther an Spalatin.

Sendet Schriften, die gegen Eck erschienen waren.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 57; 3. Cod. Jen. a. f. 79; — Drucke: 4. Aurif. I, 251; 5. de Wette I, 426. — Deutsch: Walch XXI, 682.
Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino charissimo Georgio Spalatino, Christi famulo, aulico Saxonico[a].

Jhesus.

Salutem. Mitto alias novitates in Eccium, mi Spalatine, quas lectas remitte. Vides Lipsenses et Eccium futuros alios Colonienses et Hochstrattum[b]. Dialogus[1] ingenium olet Bilibaldi, meo judicio. Offensus est enim D. Scheurlo[2], aliisque indiciis id colligo. Non placet tamen iste modus in Eccium insaniendi, quod sit famosus libellus, meliorque est aperta criminatio, quam iste sub sepe morsus. Vale et ora pro me in Domino. Feria[c] 6. post Invocavit 1520.

Martinus Lutherus.

[1] Nicht der Dialogus in Hochstratum ist gemeint, von welchem Capito im Briefe an Luther vom 4. December 1520 redet (Burkhardt, Luth. Briefw. S. 27 ad h. l.), auch nicht der Dialogus defensionis, der der 5. Ausg. der Spengler'schen Schutzrede beigefügt ist (de Wette ad h. l.), sondern Pirkheimer's damals noch handschriftlich circulierender Dialog: Eccius dedolatus authore Joannefrancisco Cottalembergio Poeta laureato. — Am Schluß des Dialogs, woraus sich die Zeit der Abfassung ergibt: Acta decimo Kalendas Mar-

---

[a] Saxoniae 4. 5. — [b] Hochstratos 4. 5. — [c] Feria fehlt 4. 5.

cii, Anno MDXX. in Occipitio Germaniae. — Abgedruckt u. a. bei Riederer, Beytr. z. d. Ref.-Urk. S. 156; Böcking, opp. Hutt. IV, 515. — Daß Luther hier den Dialog handschriftlich an Spalatin schickt, ergibt sich, außer der in Note 2 anzuführenden Stelle aus Scheurl, besonders aus dem Briefwechsel, welchen Adelmann mit Pirkheimer über die Herausgabe des Dialogs führte, wo er am 4. März bittet, ein Exemplar an Anshelm in Hagenau oder an Froben in Basel zum Druck zu schicken, und am Schluß des Briefs nochmals hinzufügt: Vale ac cura, ut dialogus edatur. (Heumann, doc. lit. p. 188. 190); dann am 10. April dem Bedenken P.'s gegen die Veröffentlichung sich fügt (Heum. p. 190); weiter am 3. Mai die Bedenken P.'s gegen die Veröffentlichung in Augsburg wegen des dortigen rex denariorum (Fugger, der zu Eck in nahen Beziehungen stand) anerkennt (Heum. p. 194), und endlich erst am 11. Juli schreibt: Audio, dialogum editum esse in Eckium, . . . non tamen legi. (Heum. p. 202.) — Ueber die Autorschaft P.'s, obgleich er dieselbe entschieden ablehnte (an Spengler, Ende 1520, bei Riederer S. 118; vgl. an Hutten in opp. Pirkh. appendix ep. 19), vgl. bes. Riederer l. c. §. 31; Rob. Rösler, der gehobelte Eck in Müller, Ztschr. f. Kulturgesch. N. F. II, 457 (sachlich mehrfach unrichtig); Rud. Hagen, Pirkh. in s. Verhält. zum Humanism. und zur Reformat., in Mitth. des V. f. Gesch. der Stadt Nürnb. H. 4 [1882] S. 108). Der Versuch Jung's, Beitr. z. Gesch. der Ref. II, 256 dem Augsburger Matthäus Gnidius, der allerdings satirische Schriften schrieb, die Autorschaft zu vindicieren, ist unhaltbar. — Von wem hatte Luther diesen Dialog handschriftlich zugesandt erhalten? von Link, der, wie es scheint, ihn gewöhnlich mit Nürnberger Neuigkeiten versah? Dann wäre die Stelle im Brief vom 20. Juli nur auf den zu Erfurt gedruckten (vgl. an Spal. 10. Juli) Ecc. ded. zu beziehen.

[2] Scheurl an Beckmann, 27. März 1520 (Brfb. II, 100): audio in Eckio dedolato (eo nempe nomine nescio quem dialogum circummiserunt) me quoque exsibilari et miris tragoediis traduci et describi. Id ego indignus fero, quod de neutro [Luther und Eck] me scio male meritum etc. — Die auf Scheurl bezügliche Stelle im Dialog lautet (Riederer S. 162): Amici: A Nurinberga igitur medicos advocabimus, nam et illuc amicos possides innumeros, Bilibaldum scil. illum, et animae tuae dimidium, utriusque juris dolorem. Ec.: Dolorem dicitis? Am. Doctorem dicere volebamus. Ec.: Quemnam? haud enim satis intelligo. Am.: Gloriosum illum, insulsum, supinum, arrogantem, cujus pater, cujus mater, nostin? Ec.: Quidni noverim, cujus nuper interfuerim nuptiis . . ., quo etiam in explorandis Lutheranis negotiis pro speculatore usus sum, nam illi se amicum fingebat.

Nr. 282.

Constanz. 3. März 1520.

Johann von Botzheim[1], Domherr zu Constanz, an Luther.

Versichert, daß L. die Freundschaft aller wahren Christen erworben, und daß er sich freue in einer Zeit zu leben, in der neben den andern Wissenschaften auch die im Finstern gelegene Theologie in's Licht gesetzt werde. Gruß von Urban Regius und an Melanchthon.

Drucke: 1. Joh. Erhard Kappen's kleine Nachlese rc. Leipz. 1727. Bd. 2. S. 430, Nr. 6; daraus: 2. K. Walchner, Joh. v. Botzheim, Schaffh. 1836, S. 107, Nr. 4. — Das Autograph soll in der ehemals Krafft'schen Bibliothek in Ulm gewesen sein; vgl. Schelhorn, amoenit. III, 105.

Praestantissimo viro, Domino Martino Luthero, sacrarum literarum Doctori et instauratori vigilantissimo, Domino et fautori suo sinceriter dilecto.

S. Laconismis amicitia contenta est, si alloqui diutius non licet, ut quae omnia, etiam parum proba, tamen mitius interpretetur. Paucis igitur quae volo scribam. Postquam enim orbi, aut saltem potiori orbis parti, hoc est bonis et vere christianis, amicus factus es, meus quoque amicus eris, velis nolis. Quae scribis, ita mihi probantur, ut nulla proinde re gaudeam, ac fato meo propitio, quo factum, ut hoc tempore viverem, quo non humanae solum literae, sed et divinae pristinum nitorem recuperant; nihil est in orbe doctrinarum, quod non coeperit his annis ruditatis squallorem abstergere. Sola erat theologia in tenebris plus quam Cymmeriis, quae prae aliis sola purissima esse debet. Tu manum admoliris sanctissimae theologiae, pharmaca tua efficacissima sunt, sanant non literas solum, sed animas eorum, qui opinionibus scolasticis nimium hactenus fuerunt vale-

tudinarii. Ego Deum precor, ut tibi tua studia feliciter cedant, Christo provehente, qui idem (quod non dubito) excitavit. Bene vale. Ex Constantia V. Nonas Martii Anno etc. XX.

Deditissimus tuus Joannes Botzhemus Abstemius[2], *Doctor et Canonicus Constantiensis.*

Urbanus Regius te salutat, Martine doctissime, qui ob id amicior tibi videri debet, quod non temerario adfectu, sed judicio ad te amandum ductus est[3].

Philippum Melanchthonem eruditissimum salvum esse cupio.

[1] Ueber Botzheim s. bes. die angeführte Monographie Walchner's; ferner Vierordt, bad. Reformationsgesch. S. 114; Uhlhorn, Regius S. 16. Geboren um 1480 zu Sasbach in der Ortenau (so gibt er selbst bei seiner Immatriculation in Heidelberg 23. Okt. 1496 an), erhielt er seinen ersten Unterricht in dieser Stadt, dann Schüler Wimpheling's in Heidelberg, ging von da nach Italien, wurde 1512 Domherr zu Constanz und starb 1535 zu Freiburg. Nahe befreundet mit Erasmus, schloß er sich Anfangs eifrig der Reformation an, wurde darüber 1524 nach Rom vorgefordert, wohin er jedoch nicht ging, und änderte seit 1525 seine Gesinnung in Folge des Bauernkriegs und anderer Vorkommnisse, so daß er über die durch Luther's Schriften vergiftete Ketzerstadt Constanz ein Wehe! ausruft. Die Zimmer'sche Chronik III, 205 nennt ihn „ein holdseligs, höflichs Männle, ein guter Musicus".

[2] Diesen Namen hatten ihm seine Freunde ertheilt, weil er keinen Wein trank, nicht jagte, nicht spielte &c.

[3] Urbanus König, latinisirt Regius oder Rhegius, geb. 1490 zu Langenargen bei Lindau, lernte bei Zasius in Freiburg Eck kennen, mit dem er in vertraute Freundschaft trat. Seit Frühjahr 1519 bischöfl. Vicar in spiritualibus in Constanz, entschied er sich hier ungefähr um diese Zeit, als unser Brief geschrieben wurde, für Luther's Sache, denn noch Anf. 1520 schrieb Botzheim an Zasius (Walchner S. 106): Urbanus satis frigide de Luthero et suis judicat. Er verließ noch Mitte 1520 Constanz und wurde in Augsburg der Nachfolger des in das Kloster zu Altenmünster gegangenen Oecolampad. Seine weiteren Lebensschicksale werden in späteren Briefen berührt werden.

Nr. 283.

(Wittenberg.) 12. März 1520.

Luther an Joseph Levin Metzsch[1] in Mila.

Antwort auf die Frage, ob ererbte Schulden auch zu dem von Gott auferlegten Kreuze gehören.

Handschriftlich: 1. Rathsschulbibliothek in Zwickau (Abschrift Steph. Roth's, der aber den Brief fälschlich datiert: Anno XXX.); — Drucke: 2. Erl. LIII, 34, Nr. 15, woselbst auch die anderen Drucke angegeben sind.

Wir verweisen für den Text auf 2, und notieren nur die unbedeutenden Varianten von 1.

S. 35, 9. Staupe † dem. — 16. und Fuchsschwanz.

---

[1] Jos. Lev. Metzsch, Herr zu Reichenbach und Friesen, Rath der Burggrafen zu Meißen, hatte der Leipziger Disputation beigewohnt, und war durch dieselbe der evangelischen Lehre gewonnen worden; vgl. Beckmann, anhalt. Gesch. Thl. VII. Cap. 2, S. 238.

Nr. 284.

Paris. 14. März (1520).

Hermann Humpius[1] Phryso an Luther.

Bewirbt sich um Luther's Freundschaft, dem auch Erasmus und Reuchlin wohl gesinnt seien; hat vor den Löwener Theologen nach Paris weichen müssen. In der Nachschrift: von des Brixius Schrift gegen Morus und des Leus gegen Erasmus. Gruß an Melanchthon.

Druck: 1. Henr. Ph. C. Henke et P. J. Bruns, Annales literarii. Helmst. 1783. Vol. I. p. 481. — Bei Burkhardt, Luth. Briefw. und Kolde, Analect. fehlend.

Reverendo in Christo Patri, D. Martino Luthero, theologorum omnium facile principi et christianae religionis restauratori ac defensori praecipuo, Hermannus Humpius Phryso S. P.

Quantopere tuo, quamquam difficillimo, eidem tamen longe pulcherrimo pientissimo faveam negotio, equidem nulla arte ne effusissima quidem explicare possem; tantum abest, ut hoc tam contracto familiarique epistolio adsequi contendam. Quidni enim faveam Luthero, quem a probatissimis quibusque probari, a summatibus merito extolli, a pessimis autem, nimirum multo dissimillimum odio haberi ac reprehendi video; et video non nisi summo, hoc est pari cum gaudio, propterea quod hanc aequalem laudem esse judicem. Nuper igitur, cum in contubernio D. Erasmi (nam plus minus octo menses convictor ipsius tametsi indignus fui) conversarer, sat cognovi, quam vir ille naris emunctissimi de Luthero existimationem haberet, idque παρὰ τοῖς ὁμοτραπέζοις, *apud quos tamquam fidos sodales omnes animi sui affectus solet deponere. Ejusdem cum illo sententia fuit Guilhelmus Nesenus*[2], *qui Lutherum tantum non adorat. Porro quantum horum duorum gravissimo judicio prius delectabar, tantum praeceps illa Coloniensium et Lovaniensium theosophistarum condemnatio*[3] *animum meum conturbavit; at rursus, posteaquam *deprehendi tam modis omnibus iniquam et indoctam, majorem in modum laetabar, ac serio demum exsultabam, mihique plaudebam, quod hoc tamquam* καυτήριον *fore prospiciebam, quo utraque illa Kakademia perpetuam sibi infamiae notam inureret. Itaque paucis ante diebus, quum ex Lovanio urgentibus theologis in Lutetiam pararem discessum*[4], *unde, non sat scio, tamen venerunt in manus meas Adnotationes quaedam marginariae,* νὴ τὸν Ἑρμῆν *neque insulsae neque ineruditae in librum illum bellissimum, quas Musis bene adspirantibus jam vel nostris impensis excudendas sedulo accurabimus, et, si quid alicubi desideratur, nostro Marte supplebimus. Quod nisi nimium festinasset Volphg. Vilderus, qui literas ad te perfert, et vel triduum com-*

modo expectare potuisset, haberet T. R. specimen aliquod; nihilominus tamen brevi per universum orbem videbit exemplaria. Reliquum, ut hoc meum officium boni aequique consulas et hunc Phrysium, ne nomine quidem antea notum, inter tui faventissimos posthac adnumeres. Bene vale, Pater in Christo reverende, et fidem nostram fortiter asserere pergito. Spiritum Sanctum tibi assiduum confortatorem καὶ ἀληθῶς παράκλητον *precor. Salve et vale millies. Lutetiae, 14. die Martii.*

Germanus Brixius[5] *in Thomam Morum acerrime scripsit et multos in libro ipsius soloecismos quasi digito indicavit. Utinam ad manum esset exemplar, quod ad T. R. mitterem. Adnotationes, imo mera convicia in D. Erasmum sceletissimi illius hominis, cui nomen Leo*[6]*, jam te vidisse credo. Et vides publicum quemdam tumultum inter doctos etiam esse eademque insania laborare omnes. D. Erasmus tamen prodecore modeste et graviter respondebit*[7]*, hoc est ad argumenta et non ad opprobria. Vidimus nonnullam partem.*

Philippo Melanchthoni si fieri potest, me, quamvis ignotum amiculum, commendari vehementer cupio.

[1] Ueber den Briefschreiber sagen die Annal. liter.: De auctore hujus epistolae nihil habeo dicere, nisi quod ex epistola ipsa patescit, eum Neseni et Erasmi amicum, aliquandiu Lovanii vixisse, sed mox inde, forte una cum Neseno, abire coactum, Lutetiam se contulisse. Argumentum epistolae luculenter satis prodit, eam a. 1520 scriptam esse. — Humpius kommt in den Briefen des Erasmus als Hermannus Hajo vor, er wird in Briefen an Andere erwähnt als ein hoffnungsvoller Jüngling, auch schrieb ihm selbst Erasmus mehrere Briefe. Ich finde ihn zum letzten Male erwähnt im Brief an Viglius Zuichemus vom 10. März 1532 (ed. Cleric. p. 1751). In dem Index posterior vor den epp. ed. Cleric. ist er aufgeführt als: Hajo (Hermannus) Frisius, LL. Doctor, Senator Caesarei Senatus apud Leovardiam. Vgl. über ihn auch Steitz, Nesen (im Arch. f. Frankf. Gesch. N. F. Bd. 6, 1877, S. 91).

[2] Ueber Nesen vgl. die angef. Schrift von Steitz, u. später.

[3] Die Censuren der Cölner und Löwener Facultäten vom 30. August und 7. Novemb. 1519 kamen um diese Zeit in Luther's Hände, vgl. an Spal. 19. März.

[4] Am 20. April schreibt Nesen aus Löwen an Thomas Lupsetus in England, der einen Gruß an Hermannum Phry-

sium sodalem communem (nämlich bei Erasmus) bestellt hatte: Hermannus noster nescio quibus rebus offensus repetiit Lutetiam, quo quietius vacet bonis studiis. (Epistolae aliquot eruditorum, Antverp. 1520. Bl. B_3.) Es ist wohl kaum anzunehmen, daß Nesen die Ursache des Weggangs aus Löwen nicht kannte, sondern daß er sie nicht angeben wollte (gegen Steitz S. 90).

[5] Germ. Brixius (de Brice oder de Brie) von Auxerre, Canonicus in Paris, Freund des Erasmus, gestorb. um 1550. — Brixius hatte 1513 ein Gedicht «Chordigera» geschrieben, in welchem er den Kampf der französischen Flotte gegen die englische vor dem Hafen von Brest, besonders die Heldenthat seines Landsmanns Primauget besingt, der die „Corbelière" in Brand steckte, wovon auch das Schiff des englischen Befehlshabers ergriffen wurde, und dadurch der übrigen franz. Flotte Gelegenheit gab, nach Brest zu entkommen. (Vgl. Polydorus Vergilius, Anglica historia. ed. Gandavi. s. a. p. 1595.) Brixius hatte nicht nur in den übertriebensten Phrasen seinen Helden gefeiert, sondern auch sich in boshafte Schmähungen auf die Treulosigkeit und den Meineid der Engländer ergossen. Dieser Angriff auf die Nationalehre bewog Morus, den späteren berühmten Kanzler Heinrichs VIII., Brixius mit Spott in einigen Epigrammen anzugreifen, nach deren Veröffentlichung Letzterer in einem äußerst giftigen Buche: Antimorus, Lutetiae 1519 (vgl. Maittaire, annal. typogr. T. IV. p. 209) antwortete, worauf Morus 1520 mit seiner Refutatio Brixii libelli quem Antimorum appellat erwiderte. Erasmus, Beider Freund, hatte vergeblich Beiden von der Veröffentlichung ihrer Schriften abgerathen. Vgl. Erasm. ep. 555. p. 611; Zwinglii opp. vol. VII. p. 121.

[6] Edward Lee, geb. in Kent 1482, gestorb. als Erzbischof von York 13. Septb. 1544, hatte 1519 gegen die erasmische Ausgabe des N. Ts. Annotationes Ed. Lei in Annotationes novi test. D. Erasm. Rot., quibus praemittitur index, quo ille videtur errores Er. velut in suam quemque classem disposuisse geschrieben, worin er dem Erasmus gegen 300 fehlerhafte Stellen nachweisen will. Von den Humanisten wurde dieser Streit zu einer Parteisache gemacht, weil die Ehre des großen Erasm. gefährdet schien. In vielen Schriften (auch in den Note 4 erwähnten Epistolae aliquot) wurde der neue Thersites und Judas aufs heftigste angegriffen.

[7] Erasmus antwortete in mehreren Schriften: Responsio ad annotationes E. L.; liber unus, quo Leicis conviciis, sine talione respondet; libri duo ad annotationes Lei . . . recogniti, welche sämmtlich um Mitte 1520 erschienen. — Am 15. März schrieb Erasm. (ep. 498, p. 543): Leus emisit in me libellum, plenum conviciis, non sine dedecore meo, majore tamen suo. Ei nunc respondeo, sed absque conviciis.

Nr. 285.

Basel. 15. März 1520[1].

Conrad Pellicanus an Luther.

Von Basler Drucken von Schriften Luther's; Lectüre derselben im dortigen Minoritenkloster, und Aufzählung der Gönner Luther's. Von der Anwesenheit des Cardinals von Sitten; dem Weggang Capito's nach Mainz, des Rhenanus nach Schlettstadt; dem Tode Br. Amorbach's. Ueber L.'s Gegner unter den Minoriten; Tadel gegen die Erasmianer, welche ohne Auswahl die Mönche, die Kirchengebräuche rc. schmähen. Ermunterung L.'s zur Fortsetzung seiner schriftstellerischen Arbeiten. Von dem Gerücht, L. sei nach Böhmen entflohen, er und der Kurfürst gebannt, sein Bildniß in Rom verbrannt worden. Verschiedene Nachrichten.

Handschriftlich: 1. Archiv zu Bern, Epp. variae mss. in 4°, p. 39; 2. Thes. Baum. I, fol. 70 in Straßburg (nach 1); — Druck: 3. Kolbe, Analecta p. 11 (nach 1).

Wir legen dem Text zu Grunde 3, womit wir 2 verglichen haben; außerdem hat uns Pf. D. Krafft in Elberfeld noch eine aus 1 gemachte Abschrift zugestellt, deren Varianten wir mit 4 bezeichnen.

Celebri christianissimoque Theologo, Doctori Martino Lutherio, Augustiniano. Wittenbergae.

Electo tibi confessori Christi, Martino Lutherio, ego tuus Conradus Pelicanus[2], Minoritanus, tantopere faveo, devinctus sum, bonique precator, ut inter praecipuas curas meas jugiter inter orandum divinae clementiae piis suspiriis offeram, te integrum, sincere obtestor[a] in sanctificationem gloriosi nominis sui, ecclesiaeque profectum[b] te nobis diu incolumem, magnanimum et in verbo Christi victoriosum praestet conservetque miserator Dominus, cujus tu partes strenue nuper exorsus, feliciter pergens, spero minime confunderis. Donat[c] orationis gratia complures, quia exaudire dignabitur pro salute ecclesiae suae sincere sollicitos.

---

[a] obtester 1. — [b] nach 4; Ecclesiaque prefectum 3; Ecclesiaeque praefectum (am Rand: profectum) 2. — [c] 2 mit einem (?), und am Rande ein: non liquet.

Summatim de pluribus tibi pauca scribens, perstringam; obsecro, ne averseris. Hactenus quid studiorum Basileae viguerit, accipe brevibus (?).[d] *Sub autumno, Frobenio absente*[3], *familia sua Resolutionem de potestate Papae presserunt*[4]. *Mox alius, Andreas*[5], *omnia tua opuscula duabus partibus sive ternis pariter disseminavit, ut videbis, quae ego dudum legi, praeter defensionem in Eckium, quam exorsus legere nondum dissolvi. Alius, Adam*[6], *germanica tua multa edidit, ac Commentaria in epistolam ad Galatas, simulque Erasmicas Paraphrases omnes in Paulum, excepta ea, quae ad Hebraeos; Compendium*[7] *etiam locupletatum egregie invehens apertiore fronte in indulgentias, in Curtisanorum vesaniam, in Papae adulatores, in fidei ac gratiae detractores, ut ex professo rem tuam, imo ecclesiae agere hactenus ei insolito more videatur. Omnia haec forsan simul cum his meis literis ex Franckfordensi emporio recipies et gaudebis. Est praeterea mihi concionator frater Joannes Luthardus*[8], *dextro ingenio et eloquens ac vir bonus. Praeceptorium tuum*[9] *amplissimo auditorio recensuit, non sine fructu, privatimque non patitur frivole tibi quempiam detrahentem; scripta tua auri instar appretiat*[e] *et legit. Alius frater, lector theologiae, Sebastianus Monsterus*[10], *Melanchtoni tuo, imo nostro, non incognito, linguarum trium peritus et insignis mathematicae universae professor, scolasticae theologiae ab annis aliquot interpres ad fratres, mire ingeniosus, ex auditoribus meis hactenus studiosissimus. Is cunctis suis studiis praeposuit*[f] *laborem versionis Praeceptorii tui in linguam vulgarem, imprimi curavit*[11], *cessit in commodum ingens quidem chalcographo, sed longe animabus proficiet lectuorum. Alius doctissimus theologiae professor dudum Tubingae, nunc Friburgi fratres instituens, Joannes Ulmensis*[12], *parvulus corpore, ingenio amplissimo, optimus religiosus et ipse Melanchtoni notissimus. Is mire zelat*

---

[d] So nach einer Conjectur Knaake's, in den Stud. und Krit. 1884 S. 593, der wir uns anschließen, weil es so einen erträglichen Sinn gibt, während die anderen Lesungen: accipe: de literis (?) sub etc. (3) oder: accipe de literis. Sub (2. 4) unverständlich sind. — [e] so 2; 3 appreciatur mit (sic), ebenso 4. — [f] proposuit 4.

pro tuis scriptis, molestat me indies, ne careat aliqua lucubratione tua, vult semper ampliora. Ego omnium studiis faveo, foveo[g], laudo. Et ut tua semper sine mora nobis transmitti cures, omnium maxime precor obtestorque enixissime.

Cardinalis nuper affuit Sedunensis[13], egit apud Episcopum nostrum Basiliensem[14], alioquin tibi tuisque scriptis devotissimum, ne Augustiniani cujusdam contra te frascas[15] quisquam prelo ordiretur (?[h]), quamquam nesciam, si quisquam impressorum adduci potuisset.

W. Fabricius Capito spirat eruditionem tuam, concionator ad populum, verum incommodo nostro post festa pascalia Moguntiam pro Basilea commutaturus[16]. Luctu bonarum artium Bruno Amorbachius[17] obiit mortem, Beatus Rhenanus[18] abiit Selestadium, pauci reliqui nobis sunt et literario (?) profectus (?)[i]. Operior indies, si quippiam Curtisani moliantur in te; Papam enim, nisi ab eis provocatum, non inique in te moveri, satis mihi persuadeo, qui longe modestius de statu et persona sentit papali, quam Curtisani illi improbi adulatores, a quibus nihil non molestiarum patitur: diffamiam, imposturas toto orbe terrarum ei infideles, maxime omnium Rhomae auribus, ut nuper audivi, cum Capitulum generale celebraretur, concionantes mendacia opprobriis horrendis disseminata.

Obsecro, ne me celare velis, fratres illi qui fuerint, quos notas adversarios cum Eckio tuis scriptis[19]. Anxior, ne forsan nostri Minores sint zelosi quidem, sed sine scientia, aversatores hactenus confratrum suorum, quos Martinianos[20] dudum appellare consueveramus, quibus couti ceu Samaritanis Judaei dura cervice recusant, per te modestissime passim admoniti. Ex Minoribus Wittenbergensibus novi Doctorem Petrum[21], qui Capitulum Lugdunense generale pergens, per me Rubeacum[k] hospes mihi fuit secundo, visus mihi vir bonus; scire cuperem, si dissentiat nec ne. Veretur forte (ut nostrum multi)

---

[g] Conjectur Knaake's; faveo 2—4. — [h] auch 2 und 4: ordiretur. — [i] auch 2 liest so, und hat ebenfalls die beiden ?, und am Rande: literario prof. sic habet apographon; 4: literarii. — [k] Rubeaquensem 4.

superiores nostri ordinis, generalem ministrum acutissimum Scotistam. Mansuescent cum tempore. Cujusdam optimi nuper Patris scripta suscepi, causantis dolentisque impatientiae tuae notam insignem contra Eckium scribentis, ut ei videatur modestior Eckius, cujus ego nondum scripta ad te legi. In reliquis tuis ego modestiam ampliorem non desidero; tali argumento scribendis necesse videtur offendi ejusmodi cavillatores secus minime curaturos. Emergit nobiscum passim Erasmicorum quorundam temeritas, qui sine delectu odium immane[l] *conflant monachis universis, pronuntiant superstitiosos, Pharisaeos, deceptores. In universum inimici ceremoniarum, oblatrant confessioni, divino cultui, ecclesiastico ritui. Verum plura reformanda in his non ambigo. Abusus multos detestor; sed extrema sectantur, contra evangelium, contra Paulum, contra Patres inconsulte scribunt, non ut meliora velint vel faciant, sed ut quassatum calamum conterant, deteriora superducant, confiteantur nihil, orent nihil, rideant omnia, bonis adversentur, judicent in pessimum quicquid displicuerit, propensos alioqui in vitia, infidelitatem et carnis sapientiam, urgeant in praeceps magis. Cupio, inter scribendum improbos conatus restringas, modum*[m] *ponas, quatenus religiosi veniant emendandi, non eliminandi. Certe sensus nostros in Christo captivare, declinare pericula mundi, fraterna sodalitate mutuiter adjuvari, Christi gratiam jugiter implorare praestat et ceremoniis non labascit (?). Tu velim ejusmodi molimina improborum mendaciis fascinentur (?)*[n]*. Toto conatu Erasmici conculcant monachatum verbo, scriptis et actibus, ut olim Origenistae, sic Erasmo Erasmici imponunt.*

Perge, obsecramus omnes, in Epistolas reliquas, Esaiam non obmittas, et statim cum Psalterio. Nos orabimus adesse tibi Spiritum sanctum. Tu suggerenda conscribas, non in altitudine grandi sermonis, sed verbo veritatis testimonio Scripturarum fervore[o] *christiano*[p]*,*

---

[l] odium minasque 4 mit (?). — [m] nondum 1, von 2—4 in modum verbessert. — [n] fastinentur (?) 3. — [o] nach der Conjectur Knaake's; 2: feruae mit ?, desgl. 3 mit der Note: „Vielleicht serviens"; 4: ferue. — [p] christiane 4.

non veritus pro ecclesia et conscientiarum sancta libertate vindicanda, quidquid adversi occurrat.

Rumor, sed vagus et obscurus, pervasit aliquis[q]*, aestate praeterita profugisse te in Bohemiam. Nunc dicitur de excommunicatione in Principem vestrum et te, quin*[r] *et combustam effigiem tuam Romae*[22] *garrulant. Ita fabulam mundo praestas. Benefeceris, si crebro loquentem nobis te facias, ne mortuum aestimemus. Utinam exeat negotium in Concilii generalis commodum! Sperarem meliora multa, expergiscerent pastores et prophanis cederent, divinaque tractarent. An non Rhomani ordinarii sive ritus cedere debet sensatum? Nunc per Quadragesimam orationes, nescimus de quibus divis, omnibus ceteris ecclesiis in risum, quid Patres nostri hactenus utrinque cogitaverunt, ut nemo curare potuerit. Taceo tot fictas fabulas veteres atque novas sine ferme delectu insertas, quas audire cogimur et credere vel inviti. Nobiscum nemo non tibi magnopere favet, sunt vetuli aliquot scioli, de inveterata farina reliquiae invidia tabescentes, mordere volentes, sed non audent, obruuntur multitudine eruditioneque tuorum. Augustiniani Doctores*[23] *duo nec aperte confitentur tua, longe secus atque tu doceas instructi dudum, Ordinis autem sui tam splendidum ornamentum libenter audiunt celebrari. Prior Canonicorum regularium ad Divum Leonardum mirificus tam studiorum quam studiosorum amicus, eatenus summis te praecordiis amat, ut statuerit visendi tui et colloquendi gratia se Wittenbergam aditurum, dum Capitulum Westvaliense prope tempus accesserit*[s]*. Ego relegi tertio Commentaria ad Galatas, abjeci prolixiores creberrimasque annotationes ad latera, phrasim tuam non redolentes, breviuscula raraque reposui. Boni obsecro consulas. Si quid transmiseris, egregie typis Frobenianis vel aliorum ornabimus. Me totum habebis, dum licuerit per Patres, ut Basileae maneam. Oro autem iterum ac iterum, complura mittas tuorum. Philippum Melanchtonem obsecro impense salvere ex me jubeas. Utrisque gratulor animos convenisse in gloriam Dei. Cupiunt*

[q] aliquos 2. 3. — [r] quin fehlt 4. — [s] accessent 3.

omnes fratres mei, te semper valere in Domino,. nostri memorem, ut eruditionis tuae fluenta jugiter percipere mereantur. Joanni Ecolampadio si quippiam Augustam transmiseris, opportune recipiam; est mihi ab antiquo amicus[24] *integer et humanissimus. Capitonis nostri dum abierit, ego lubens pro te partes obibo, dum viseris. Vale optime, mi Martine, humilemque hanc meam narrationem sinceritati meae imputa auspicataeque amicitiae arrhabonem tene. Literas ego*[t] *tuas vicissim non postulo, sed libros, Commentaria, volumina. Fac ne aliquid tuorum nos diu lateat. Ex Basilea, Marcii XV.*[u] *Anno MDXX.*

Tuus Conradus P. Rubeaquensis, Fratrum Minorum Basileae servus, mea manu bona fide.

[1] Kolbe gibt in der Ueberschrift: 16. März, während bei ihm am Schluß steht: Marcii XV. Da im Schlußdatum 4 mit Kolbe übereinstimmt, und nur 2: Marcii XVI. hat, nahmen wir den 15. März als Datum an.

[2] Vgl. Joh. Lonicerus, Contra Romanistam fratrem [Alveld], 1520, Bl. Aiij: (in professione Franciscana) plurimi Luthero sunt amicissimi, inter quos primo loco est Conr. Pelicanus, Basiliensis coenobii praeses, vir vita et eruditione orbi commendatus etc. Vgl. über ihn auch die Einleitung zu Pellican, Chronikon, hrsg. v. Bernh. Riggenbach, Basel 1877; Conr. Pellicani de modo legendi et intelligendi hebraea, hrsg. v. F. Nestle, Tüb. 1877. (Kolbe). — Conr. Pellican (eig. Kürsner), geb. 8. Januar 1478 zu Ruffach (daher Rubeaquensis) im Elsaß, 1493 Minorit, 1499 Generalvikar im Elsaß, durch Reuchlin in die hebräische Sprache eingeführt, dann Schüler Matthäus Adrian's; 1502 Lektor der Theologie im Minoritenkloster zu Basel; 1517 in Rom, wo er gleiche Eindrücke wie Luther empfing, an dessen Lehre er sich dann, 1519 nach Basel zurückgekehrt, anschloß, noch inniger an den 1522 nach Basel bleibend gekommenen Oecolampad; seit 1523 hielt er exegetische Vorlesungen über ATl. Bücher, und wurde durch Zwingli's Vermittelung 1527 nach Zürich berufen, wo er bis zu seinem am 5. April 1556 erfolgten Tode verblieb.

[3] vgl. Nr. 149, Note 5.

[4] Titel dieser Ausgabe: opp. var. arg. III, 296. Z. 4 ff. — Die Zeit des Drucks ergibt sich aus dem Brief des Jakob Nepos (Näff?), Correctors der Frobenius'schen Druckerei, an

---

[t] tene literas; ego 2. — [u] XVI. 2.

Zwingli, d. d. X. Cal. Octobr. 1519 (Zw. opp. VII, 87): Lutherianum opusculum de potestate Papae in manibus est, quod absolutum statim ad te perferetur; — vgl. Nr. 278, Note 2.

[5] Andreas Cratander. Geburt und Todesjahr, sowie seine übrigen Lebensumstände, selbst sein deutscher Familienname sind völlig unbekannt. Er druckte in Basel von 1518 bis 1536 und verkaufte später mit seinem Sohne Polykarp seine Druckerei an Ruprecht Winter. Seine Presse stellte er ganz in den Dienst des Humanismus und der Reformation. Seine Druckwerke verzeichnet Panzer, Annal.

[6] Adam Petri, geb. 1454 in Langendorf a. d. Saale, kam nach dem frühen Tod seines Vaters zu seinem Oheim, dem Buchdrucker Joh. Petri in Basel, dessen Geschäft er später übernahm. Er scheint im Anfang öfters mit Geldverlegenheit gekämpft zu haben, so daß er z. B. 1519 die mit Anderer Geld gedruckten Bücher versetzte (vgl. den anklagenden Brief des Raths von Cöln an den Rath zu Basel v. 25. Nov. 1519. bei Kapp, Gesch. des Buchhandels, 1886, I, 765), und erst später durch den Nachdruck Luther'scher Schriften reich geworden zu sein. Bei all seinem reformatorischen Druckeifer scheint er doch katholisch gesinnt geblieben zu sein, denn er schenkte viele seiner Verlagsartikel, auch Lutherwerke, dem Karthäuserkloster in Klein-Basel. Sein Todesjahr ist unbekannt, 1525—1528 (?). Vgl. Stockmeyer und Reber, Beitr. z. Basl. Buchdruckergesch. 1840. S. 136; Kapp a. a. O. S. 121. 284. 823. — Seine Druckwerke, darunter auch die im Brief genannten, s. bei Panzer, Annal., desselb. Annalen, und Weller, repert. typ.

[7] Das Compendium ist des Erasm. Ratio seu methodus etc.; vgl. Nr. 171, Note 6.

[8] Joh. Luthard, auch Hans Sündli genannt, aus Luzern, Prediger bei den Barfüßern in Basel.

[9] Die 1518 erschienene Erklärung Luther's der Decem Praecepta, opp. exeget. XII, 1.

[10] Der als Kosmograph bekannte Sebastian Münster, geb. 1489 zu Ingelheim in der Pfalz, studierte zu Heidelberg und Tübingen, daher Melanchthon bekannt, gehörte dem Franziskanerorden an, den er 1529 verließ, und starb 23. Mai 1552 in Basel, wo er lange Zeit an der Universität als Lehrer der hebr. Sprache gewirkt hatte.

[11] Die 1520 in Basel bei Petri erschienene deutsche Uebersetzung, s. opp. exeg. T. XII. p. V.

[12] d. i. Joh. Eberlin von Günzburg; vgl. Bossert in der Theol. Litztg. 1885. S. 33.

[13] Matthias Schinner; vgl. Nr. 93, Note 3.

[14] Christoph von Uttenheim; vgl. Nr. 149, Note 14. Ueber seine der Reformation günstige Gesinnung vgl. auch Herzog, Chr. v. Utt. (in den Beitr. zur Gesch. Basels, Bd. I, 1839. S. 83).

[15] frasca, frascha = folium; *feuillée.* Du Cange s. v.

[16] Ueber den Ueberzug Capito's nach Mainz, woselbst er Domprediger wurde, vgl. Baum, Capito und Butzer S. 43 f.

[17] Bruno Amerbach, Sohn des Basler Buchdruckers Joh. Amerbach, starb 12. Oktober 1519 an der Pest; sein früher Tod wurde von den Humanisten allgemein betrauert; vgl. des Zasius Trostbrief, in dessen epp. ed. Riegger p. 18; Zwingl. opp. ed. Schuler, VII, 90 f.; ferner Fechner, Bonifacius Amerb. [Bruder der Bruno], in den Basl. Beitr. Bd. 2, 1843, S. 195.

[18] Beatus Rhenanus, geb. 1485 in Schlettstadt, Freund des Erasmus und Zwingli's, den er von Basel aus mit Luther's Schriften versorgte, einer der bedeutendsten Humanisten Südwest-Deutschlands, lebte seit 1511 in Basel, wo er neben eigenen wissenschaftlichen Beschäftigungen besonders als Corrector bei Frobenius, auch bei Amerbach, thätig war. Obwohl auf Seite der Reformation stehend, war er in kirchlichen Fragen zurückhaltend. Sein Weggang nach Schlettstadt fand Ende 1519 statt, von wo er jedoch schon im folgenden Jahr nach Basel zurückkehrte und hier bis 1527 verblieb, wo er durch die Pest und die kirchlichen Streitigkeiten vertrieben dann seinen Aufenthalt meistens in seiner Vaterstadt nahm. Er starb auf der Rückkehr von einer Badereise zu Straßburg 18. Mai 1547. Vgl. Mähly, Beat. Rhen. (in den Basler Beitr. Bd. 6, 1857, S. 151; auch besonders erschienen); Horawitz, Beat. Rhen. (in den Sitzungs-Ber. der Wiener Akad. Bd. 70, S. 189; Bd. 71, S. 643; Bd. 72, S. 323).

[19] vgl. Lutheri Epistola ad Monachos conventus Jutterboccensis, in opp. v. arg. II, 466.

[20] Die Martinianer oder Martinisten waren eine Abtheilung der Franziskaner; vgl. über sie Vogel, Leipz. Geschichtsbuch S. 70; Ztschr. f. histor. Theol. 1839. S. 58.

[21] Petrus Fontinus; vgl. Nr. 223, Note 24.

[22] vgl. Nr. 190, Note 7.

[23] Unter den theol. Professoren in Basel finde ich nur Einen namentlich als Augustiner erwähnt, nämlich: Mauritius Finiger (oder Fininger) von Pappenheim, starb 1520; vgl. Ochs, Gesch. v. Basel V, 381; (J. W. Herzog) Athenae Rauricae, Bas. 1778, p. 6.

[24] Oekolampad war vor seiner Berufung als Prediger nach Augsburg wiederholt kürzere Zeit in Basel gewesen; vgl. Hagenbach, Oekol. S. 10. 13.

Nr. 286.

Wittenberg. 19. März 1520.

Luther an Spalatin.

Von der Angelegenheit des durch Calvus empfohlenen Werner für die hebräische Professur; übersendet die Verdammungsurtheile der Löwener und Cölner, auf welche er antworten will; von einer neugedruckten Schrift Hussens und deren Absatz; von Zeichen am Himmel, welche in Wien gesehen wurden.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 59; **3.** Cod. Jen. a. f. 80; — Drucke: **4.** Aurif. I, 251b; **5.** de Wette I, 428. — Deutsch: Walch XXI, 682.
Wir geben den Text nach 1.

Venerabili D. Georgio Spalatino, Christi servo, a sacris[a] ducalibus etc., sibi in Christo amantissimo.

Jhesus.

Salutem. Arbitrabar te scripsisse D. Calvo[1], mi Spalatine, quid esset de Vernero apud Illustrissimum Principem statutum. Itaque literis hortatus sum, ut maturaret ad nos hominis adventum; qui quid respondeat, vides.

Mitto Lovanienses et Colonienses asinos[2], quibus jam respondeo per typos. Johannem Huss[3] quoque, si voles, lege lectumque remitte; omnibus non modo placet, sed miraculo quoque est tum spiritus tum eruditio ejus. 2000 exemplaria edita sunt a Thoma Anshelmo[4]. Novas, scilicet flammas incendiaque, fertur apud te esse visiones Viennae[b] visas in coelo[5], quas opto videre et ipse: forte et mea tragoedia in illis est, sicut fuit in prioribus. Vale et pro me ora. Vittenbergae, feria 2. post Laetare 1520.

Martinus Luther, Augustinus.

---

[a] † et literis 4. 5. — [b] Anshelmo. Ferunt, apud te esse visiones novas, scilicet flammas incendiaque Viennae 4. 5.

[1] vgl. Nr. 274, Note 6.

[2] Das Urtheil der Cölner datierte schon vom 31. August 1519, das der Löwener vom 7. November und bezog sich auf die im Oktober 1518 erschienene Sammlung der Schriften Luther's, die sog. Lucubrationes. Diese Urtheile wurden aber zuerst veröffentlicht in der Schrift: Epistola Rmi. Dni. card. Dertusen. [später Papst Hadrian VI.] ad facultatem theologiae Lovaniensem. Ejusdem facultatis doctrinalis condemnatio, qua condemnatur doctrina Martini Lutheri, doctoris theologiae universitatis Wittenbergn. Condemnatio facultatis theologiae Colonien. adversus ejusdem Martini doctrinam. — Am Schluß: Excusum Lovanii apud Theodoricum Martinum Alostensem. An. MDXX. Mens. februarii. (Vgl. P. F. X. de Ram, disquisitio historica de iis, quae contra Lutherum Lovanienses theologi egerunt anno MDXIX. Bruxellis 1843. p. 4.) Im Februar gedruckt kamen sie jetzt erst Luthern zu Händen. — Luther antwortete, indem er die Condemnatio selbst nochmals abdrucken ließ, mit einer Responsio Lutheriana ad eandem condemnationem (vgl. opp. v. arg. IV, 174). — Ueber die condemnatio Lutheri vgl. auch den Brief Nesen's an Zwingli vom April 1520 (Zw. opp. VII, 36, woselbst aber dieser Brief fälschlich in's J. 1518 gesetzt ist; s. Steitz, Nesen, im Arch. f. Frankfurts Gesch. N. F. Bd. 6. S. 79, woselbst der Brief auf bald nach dem 7. November 1519 gesetzt wird).

[3] Luther meint Hussens Buch de ecclesia, welches damals erschien, wie sich aus einem Briefe Adelmann's an Pirkheimer v. 28. April 1520 (Heumann, doc. lit. p. 192) ergibt: Quod ad literas spectat, scripsit hisce diebus ad nos Spiegelius ex Scelestadia, brevi se ad nos missurum esse Joann. Hus de ecclesia libr. Auch Mel. schreibt am 17. April an Joh. Heß in Breslau (C.R. I, 157): Mitto Hussum. — Der Titel ist: De causa Boemica Paulus Constantius etc. Bl. 5 fängt das Werk selbst an: Johannis Hussitae de ecclesia caput primum; am Schluß: Explicit tractatus Magistri Johannis Hus, quem collegit a. 1413 etc. Baumgarten, Nachr. v. e. Hallischen Biblioth. I, 410 hielt diese Schrift zwar für einen Nachdruck des Liber egregius de Unitate Ecclesiae etc., da letzterer aber erst im August dieses Jahres erschien und keine frühere Ausgabe bekannt ist, so scheint der im Brief erwähnte Druck der von uns angeführte zu sein.

[4] Thomas Anshelm, zuerst 1488 Buchdrucker in Straßburg, dann in Pforzheim und Tübingen, damals in Hagenau.

[5] Luther meint die von dem „Hochberümpten Astronomo und Mathematico, Maystеr Johansen Virdung von Haßfurt" herausgegebene „Außlegũg vnd Beteütung, der Wunderbarlichen zeichẽ" 2c. (vollständiger Titel bei Weller, repert. typ. Nr. 1652), welche am 3.—7. Januar 1520 „zu Wyen In Osterreich iñ den lüfften gesehen worden sein .. Auch was diesse

vñ der selben gleichē zeichen, dyßo, vñ künfftiglich beteütē werden". Die Zeichen selbst bestanden in Halones (Ringen um Sonne und Mond), umgekehrten Regenbogen, drei Sonnen neben einander, brennenden Fackeln an der Spitze von Balken eines Gerüstes u. s. w., deren Entstehung Virdung zuerst auf natürliche Weise zu erklären sucht, dann besonders das Wetter aus ihnen prophezeiht, und endlich, aber ganz allgemein, auf die politischen Verhältnisse sie deutet. Er schließt mit den Worten: „Wann aber diese Ding, bezeigt durch die Gesicht zu Wien gesehen, sich anfahen oder enden, ist mir nit wohl möglich zu wissen, dweil ich sie nit selbs gesehen hab." — Friedrich, Astrologie und Reformation, 1864, der S. 105 obige Stelle aus Luther's Brief anführt, kennt diese Schrift Virdung's nicht. Ueber Virdung vgl. das. S. 96.

Nr. 287.

(Wittenberg.) (zweite Hälfte des März 1520.)

Luther an Bucer.

Von diesem Brief, welcher wohl die Antwort auf Nr. 263 war, hat sich nur ein kurzes Fragment in dem Briefe Bucer's an Beatus Rhenanus vom 2. April erhalten. Da wir diesen Brief in unsere Sammlung aufnehmen, so verweisen wir für das Fragment auf den betr. Ort.

Nr. 288.

Wittenberg. 21. März 1520.

Luther an Joh. Lang.

L.'s Antwort gegen die Löwener und Cölner wird gedruckt. Von Eck's Reise nach Rom; von dem nahen Tode der Frau des Dr. Eschhausen. — In der Nachschrift: von dem bevorstehenden Tode Aesticampian's.

Handschriftlich: **1.** Cod. Goth. A. 399. fol. 130^b; — Drucke: **2.** Aurif. I, 252; **3.** de Wette I, 429. — Deutsch: Walch XV, Anh. LVI.
Wir geben den Text nach 1.

Reverendo et optimo Patri, Johanni Lango, S. Theologiae Magistro, Eremitarum S. Augustini Vicario Erfordiae agenti, suo in Christo.

Jhesus.

Salutem. Arbitror te, Reverende Pater, literas meas accepisse per fratrem Martinum Benedictum. Jam apud nos nihil novi est. Nam responsio mea contra damnatores theologistas sub typis formatur. Eccius meus ad[a] Romam vadit succensurus saltum Libani[1]. Credo autem Romam etiam Christo subjectam esse, omnium domino, qui, si dignus sum, pro me illic faciet; sin indignus, nec hic pro me facere velim. Tu pro me orabis Dominum, ut aliquando bonus fiam et causam ejus digne agam in hoc perdito saeculo. Uxorem D. Thomae Eschauis[2] tibi commendo, quam credo aut jam expirasse aut expiraturam hodie, nam spes vitae nulla. Bene vale in Christo. Vittenbergae, 1520. Feria quarta post Laetare.

F. Martinus Luther, August.

Aesticampianus[b][3] quoque asthmaticus[c] se inungi curavit et ad exitum parari, quamquam adhuc deambulat[d] in cubiculo suo, bono et animato corde, mortem nihil prorsus metuens.

[1] vgl. Buch der Richter 9, 15 (?).
[2] Ueber Eschhaus vgl. zum 14. Juli 1520.
[3] Aesticampian starb am 31. Mai 1520.

---

[a] ad fehlt 2. 3. — [b] Aeschicampianus 1. 2. — [c] asmaticus 3. — [d] deambulet 1.

Nr. 289.

Wittenberg. 25. März 1520.

Luther an Spalatin.

Sendet die Ratio confitendi, mit deren Druck er unzufrieden ist. Der Sermon von den guten Werken ist in Arbeit; frägt an, wem er das Buch widmen solle. Die Antwort an die Cölner und Löwener ist bald fertig. Rath für den Pfarrer zu Lochau.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 60; 3. Cod. Jen. a. f. 80; — Drucke: 4. Aurif. I, 252b; 5. de Wette I, 430. — Deutsch: Walch XV, Anh. XXIX.

Wir geben den Text nach 1.

Erudito et bono viro, D. Georgio Spalatino, Magistro, suo in Christo charissimo.

Jhesus.

Salutem. Mitto Rationem confitendi[1], mi Spalatine, parum emendate, quod molestum est, deinde praetermissa praefatione, quam paratam, nescio quo fato, omisimus excusam. Est in manu et calamo Sermo de bonis operibus, futurus non sermo, sed libellus, adeo augescit inter scribendum, et, si sic processerit, erit meo judicio omnium, quae ediderim, optimum; quamquam scio, quae mihi mea placent, hoc ipso fermento infecta, non solere aliis placere. Tu quid sentis, scire cupio. Actum est mecum aliquoties, ut Illustriss. Principi nostro Johanni, aut filio, aut uxori quippiam nuncuparem libelli: ego, qui eos nomen quaerere suspicatus sum, et Scripturam sanctam nolim alicujus nomini, nisi Dei, servire, non sum hucusque obsecutus; tu, si videtur, consule, et hunc sermonem seu libellum dedicabo, ut quem vel quam tu nominaveris[2].

Responsio ad Colonienses bomolochos[a] et leones mortuos venit ad finem ultimae chartae, propediem absolvenda. Vale et pro me ora, ac pastorem Lochavensem[3] institue, ut mores aulicos discat ferre, quos Dominus ei pro reliquiis sanctae crucis destinavit, nec facile cedat, et[b] hac vocatione salvus erit. Scio gravissimos esse, sed ignis, quo vehementior, eo probat aurum velocius et certius. Vittenbergae, Dominica Judica 1520.

F. Martinus Luther, Aug.

---

[a] Beniolochos 3; Beniolodos 4. 5. — [b] et ist bei 1 ausgestrichen (aber mit anderer Dinte?).

[1] vgl. Nr. 262, Note 3. — Opp. v. arg. IV, 152.
[2] Er widmete die Schrift dem Herzog Johann von Sachsen; vgl. Erl.[2] 16, 121.
[3] Jakob Gropp; vgl. Nr. 265.

Nr. 290.

Wittenberg. 25. März 1520.

Luther an Martin Seligmann, Prediger zu Mansfeld.

Dankt für die Uebersendung der Condemnatio, mit deren Beantwortung er morgen fertig werde. Manche schreiben die Schrift den Verfassern der Obscur. vir. zu, Seligmann werde aber aus dem Briefe des Dorpius das Gegentheil erkennen. Grüße. Von dem Tode seiner Schwester Barbara.

Drucke: 1. Aurif. I, 253; 2. de Wette I, 431. — Deutsch: Walch XXI, 683.
Wir geben den Text nach 2.

Venerabili suo in Christo Martino Seligmann[1], sacerdoti pio et probo, in Domino charissimo.

Jhesus.

Salutem. Gratias ago pro munere ad me dato, mi D. Martine; missum autem jam ante ad me fuerat idem monstrum, cui et respondi, crastinoque absolvetur typis. Sunt apud nos multi, atque adeo et ipsa Principalis aula, qui putent hunc partum esse personatum Obscurorum virorum, quos aemuli subornarint, ut me petant et occasionem quaerant; caeterum ex epistola Dorpii[2] rem esse veram cognosces. Ex Philippo omnia accipies[3]. Salutabis nomine meo D. Jonam[4] Pastorem, Johannem Reinick[5] et Wilhelmum[6] istum, deinde carnem et sanguinem meum. Lipsenses et Misnenses secum sine fine cornicantur, nec refert. Audio sororem meam Bar-

baram[7] obiisse; requiescat in pace, Amen. Sequemur et nos omnes. Vale et pro me ora Dominum. Vittenbergae, die Annuntiationis Mariae 1520.

Martinus Lutherus.

[1] Ueber Seligmann vgl. Nr. 229, Note 1.

[2] Ueber Dorpius vgl. Nève, Martinus Dorpius et les études d'humanité dans les écoles de Louvain im Annuaire de l'Université Catholique de Louvain 1873. p. 391; ders. Mémoire historique et littéraire sur le Collège des trois langues, in den Mémoires couronnés de l'Académie de Bruxelles. T. 28 (1856) p. 126. — Er stammte aus Naeldwyck in Holland, zuerst Gegner, dann Freund des Erasmus, lehrte in Löwen Theologie, wo er Hebraicae factionis dux war (Erasm. epp. ed. Cleric. p. 307); er starb noch jung am 31. Mai 1525 (vgl. das Epitaphium auf ihn am Schluß des Briefs des Erasmus an Joh. Heemstedt, p. 899). Er war in Löwen der einzige Theologe, welcher dem Evangelium einigermaßen geneigt war (vgl. Hedio an Zwingli, 17. März 1520, Zw. opp. VII, 121: Dorpius totus favet renascenti christianismo, et ex animo), und verweigerte deßhalb seine Zustimmung zu der Verdammung Luther's (vgl. opp. var. arg. IV, 187 und unten den Brief des Crotus v. 28. April). Im März 1520 erschien von ihm bei Frobenius in Basel eine Oratio in praelectionem epistolarum divi Pauli, de laudibus Pauli, de literis sacris ediscendis (Panzer, Annal. VI, 218, 328), welche ihm Verfolgungen der anderen Löwener zuzog (vgl. den Brief Froben's an Zwingli vom 7. Febr. Zw. opp. VII, 112; vgl. auch in den Actis Acad. Lovan. contra Luth., in opp. v. arg. IV, 310, welche Schrift nach p. 308 dem Dorpius selbst muthmaßlich beigelegt wird). Später hielt er sich zurückgezogen von den kirchlichen Streitigkeiten. Im J. 1523 schreibt Martin Lipsius an Gerhard Rivius, der ihn gebeten hatte, bei Dorpius für ihn die Erlaubniß des Ankaufs lutherischer Bücher zu erlangen, was D. als damaliger Rector der Universität gestatten konnte: Si novi Dorpium, profecto prudentior est, quam qui se negotio Luterano, nimium odioso, ambiguo et molesto miscere velit. Habet sua studia amoenitate plenissima, ab his se divelli non patitur; und D. selbst schreibt in dieser Angelegenheit an Lipsius: De Melanchtone similibusque rebus hactenus neque annui quicquam neque renui. Viderint ii, quibus hoc negotii est demandatum: ego me illi tragoediae non admisceo. (Horawitz, in den Sitz.-Ber. der Wien. Akad. Bd. 100, S. 706.)

[3] Förstemann zu CR. I, 153 läßt es unentschieden, ob Luther hier auf einen bevorstehenden Besuch Melanchthon's bei seinem Landsmann oder auf einen Brief hindeute.

[4] Jon. Kammerer, vgl. Nr. 229, Note 14.

[5] Luther war mit ihm, dem Sohne des Mansfelder Bergvogts Peter R., zusammen auf der Schule in Magdeburg; er war nachher Hüttenmeister in Mansfeld.

[6] Wilhelm Reifenstein, Schatzmeister des Grafen von Stolberg.

[7] Richter, Geneal. Luth. S. 25 hält diese Schwester für bedeutend jünger als Luther und unverheirathet.

Nr. 291.

(Wittenberg.) 26. März 1520.

Luther an Spalatin.

Schickt den Brief des Dorpius; ist froh, das Schreiben des Cardinals Adrian übersehen und nicht beantwortet zu haben.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 58; 3. Cod. Jen. a. f. 79; — Drucke: 4. Aurif. I, 253b; 5. de Wette I, 432. — Deutsch: Walch XXI, 684.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino D. Georgio Spalatino, Christi servo, sacerdoti.

Jhesus.

Salutem. Oblitus nuper fui, mi Georgi, epistolam Dorpii[1], quam simul cum aliis ex Antwerpia acceperam, ad te mittere, quam nunc lege et vide, an fictam rem esse putare debeas[2], quod illic paritur. Est autem, ut nosse te puto, omnium Lovaniensium doctissimus, non solum Erasmi testimonio, sed et sua epistola hac, et alia, quam[a] in Farraginem suam inseruit Erasmus[3].

Gratias ago Domino, qui mihi mentem alio rapuit, ne Cardinalem Derthusensem[b][4] diligenter

---

[a] Das Original hat: quae. — [b] Dorthusensem 4.

legerem, qui omnium impiissime scribit, jus divinum et naturale esse in manu hominis utentis divina autoritate. Quod horrendum portentum non praeteriissem, si praesens animus fuisset. Vale, et pro me ora Dominum. Altera Annuntiationis Marianae, 1520.

Martinus Luther, Augustinensis.

[1] vgl. Nr. 290, Note 2.
[2] vgl. Nr. 290, Z. 9.
[3] Dorp. an Erasm. d. d. Lovanii prid. Id. Jul. 1518 in Farrago nova epp. Des. Erasm., Basil. ap. Froben., Octob. 1519, p. 171.
[4] Der Cardinal Adrian (später Papst Hadrian VI.) war Bischof von Tortosa. Sein Brief an die Löwener vom 4. Decb. 1519, worin die von Luther angezogene Stelle vorkommt, ist u. a. abgedruckt in opp. v. arg. IV, 176 (die Stelle: S. 177, Z. 28 ff.). Uebrigens war es, nach Höfler, Adrian VI. S. 116, sein Einfluß, daß die gegen Luther verfaßten Artikel gemäßigter ausfielen, als Viele erwarten mochten.

Nr. 292.

Wittenberg. 26. März 1520.

Luther an Alexius Chrosner von Colditz, Canonicus in Altenburg.

Wunsch, ihm die Ratio confitendi zuzueignen; was aber nicht geschah (vgl. opp. v. arg. IV, 154).

Drucke: 1. Aurif. I, 251; 2. de Wette I, 433. — Deutsch: Walch XXI, 685.
Wir geben den Text nach 2.

Viro integerrimo, Domino Alexio Chrosnero[1] Colditio, Canonico Aldenburgensi, suo in Christo.

Jhesus.

Salutem. Exigit extorsitque mihi aliquando Dominus Georgius Spalatinus, tuus collega commu-

nisque amicus, epistolam, qua rationem confitendi breviter delinearem, quod querela passim et me inter caeteros pulsaret de laboriosissimo confusissimoque confitendi modo. Ego qui rem odiosam et tyrannis ecclesiasticis intolerabilem a me peti intelligerem, distuli aliquamdiu, donec familiari et privata epistola amicum utcunque quietare cogerer. Id sive libelli sive epistolae cum communicasset uni et alteri, quod et jure suo potuit et me non[a] offendit, tandem periclitari coepit et typis quoque desiderare[b].

Hic memor, quam soleant amici mei etiam syllabas meas observare, coactus sum vagabundos revocare, et quamquam festinans aliisque occupatissimus, ipsemet recognoscere, et paucis immutatis et additis, aliorum editionem praevenire. Equidem scio, hanc rem doctoribus longe oportuisse relinqui, tum novem (ut ajunt[2]) annos premi et versari; sed jacta erat alea[3], nec jam nostri arbitrii aliud facere, quam fecimus. De spiritu praesumere coepi, qui tarda molimina nescit. Tu itaque quicquid est nugarum sive rerum, tuo nomine sinas prodire, qui, cum omnibus paene fortunis similis sis Spalatino, hac re quoque non debuisti dissimilis videri. Vale et me Domino commendatum et excusatum habe. Vittenbergae, 7. Calend. Aprilis 1520.

Martinus Lutherus.

[1] Alb. p. 41: Alexius Crosner de Colditz magister Liptzen. dioc. Misnen. 3. Junii 1512. — 1516 wurde er Canonicus zu Altenburg, war 1524 auf Empfehlung des Bischofs von Meißen Hofprediger Herzogs Georg zu Dresden geworden, mußte aber 1527 von dort wegen seiner evangelischen Gesinnung weichen; er lebte noch 1534 unverheirathet in Altenburg; vgl. Spal. ap. Menck. II, 592; Seidemann, Beitr. z. Rfgsch. I, 100; II, 49; CR. I, 944; Erl.[2] 25, 146; Seckend. lb. 2. §. 34 add. 2; supplem. XX.

[2] Horat. de art. poet. 388.

[3] Sueton. Caes. c. 32; doch konnte Luther diesen bekannten Wahlspruch Huttens aus dessen Schriften haben, zuerst gebraucht im Phalarismus (März 1517); vgl. Strauß, Hutten[2] 136.

[a] non fehlt 1; 2 in Note: Dieses non muß, wie Walch mit Recht will, eingeschoben werden. — [b] desiderari 1.

Nr. 293.

Wittenberg. 29. März 1520.

Luther an Herzog Johann von Sachsen.

Zueignung des Sermons von den guten Werken.

Gedruckt Erl. 53. S. 35. Nr. 16 und Erl.[2] 16, 118, woselbst auch die ersten Ausgaben und die anderen Drucke angegeben sind.

Nr. 294.

Wittenberg. (Ende März) 1520.

Luther an Christoph Blank[1].

Luther eignet ihm, einem Rechtsgelehrten zu Wittenberg, die Responsio[2] zu, mit welcher er die Condemnatio doctrinalis der Löwener und Cölner beantwortet. Die Responsio hat übrigens nur zu Anfang und Ende die Briefform.

Gedruckt in opp. var. arg. IV, 185, woselbst auch S. 174 die ersten Drucke und der Standort in den verschiedenen Ausgaben der Werke verzeichnet sind. Wir verweisen für den Text dorthin.

---

[1] Blank, Rector im Sommer 1531, vgl. Alb. p. 141.
[2] Gegenschrift dazu des Jakob Latomus: Articulorum doctrinae F. Martini Lutheri per theologos Lovanienses damnatorum ratio ex sacris literis et veteribus tractatoribus. Antverpiae die 8. Maji 1521.

Nr. 295.

Heidelberg. 2. April 1520.

Mart. Bucer an Beatus Rhenanus in Schlettstadt.

Von Briefen, die er aus Wittenberg erhalten, darunter einen von Luther, aus dem er eine Stelle, Gruß an B. Rhen. enthaltend, anführt. Sonstige Nachrichten aus Wittenberg. Von Eck's Reise nach Rom; von Reuchlin, Lee, Hochstraten und dem Verdammungsurtheil der Cölner und Löwener.

Original: **1.** Bibliothek in Schlettstadt; — handschriftlich: **2.** Thes. Baum. Vol. I, fol. 70 in Straßburg (nach 1); — Druck: **3.** Kolbe, Analecta S. 16 (nach 2).

Wir geben den Text nach 2.

F. Martinus Bucerus Beato Rhenano S. D.

Quas ad me dedisti literas XIII. Calend. Aprilis, doctissime idemque humanissime Beate, IV. Nonas ejusdem accepi et habeo gratiam. In prandio eram, cum afferrentur[a]*, quo pacto illico in oppidum nostrum concessi, sciscitaturus, quis eas attulisset et quocum rescriberem, quod unice cupiebam, et ecce fortunam minime novercantem et nactus sum, qui Spiram statim profecturus esset, et regrediens domum obviam habui, qui adferebat, quibus morem gerere tibi maxime licet. Quae ista? Literae R. P. Martini Lutheri, Georgii Spalatini et Melanchthonis*[1]*, et inprimis, quae Martini tui haec adscripta:* Si libet et meus animus gratus est Beato Rhenano, salutes eum nomine meo et omnes recti studii pietatisque christianae cultores. *Succurrit fortasse illud tibi: num corchorus inter olera*[2]*? Saul inter prophetas*[3]*? Quid Bucero cum istis eruditionis columinibus?*[b] *Id amicis quibusdam meis debeo, mi Beate, qui apud germanum nostri Principis*[4] *Wittenbergae ante aliquot annos*

---

[a] afferentur 3. — [b] Quid Bucero etc. fehlt 3.

agentes cum Luthero et Spalatino amicitiam jam pridem contraxerant minime vulgarem; Melanchthoni alias[5] *notus, nunc, ut videtur, opera Lutheri etiam charus.*

Porro ex his literis unum hoc novi didici, vulgari quodam sermone de sacro eucharistiae per Misnensem Praesulem[6] *populo illic interdictum esse, quod in eo optavit Lutherus per concilium aliquod decerni, sub utraque specie et populo illud tradendum; amici ejus Boëmicae factionis ipsum insimulant. Respondit Apologia vulgari*[7]*, respondit jam et latina*[8]*. Caeterum de Principe Friedericho, quantum ex Spalatini literis conjecto, qui apud eum plurimum potest, existimo brutum illud fulmen, nunquam non exprömptum, ipsi haud magno terrori futurum. Neque tum in hunc neque in Martinum jaculatum adhuc audio, licet creberrime ab hostibus jam emissum nuncietur. Fama est, Romanienses multa quidem moliri, et praecipue Praedicatores; sed qui ipsos rideant, ne Romae quidem desunt. Si caeteri non alio sunt praediti acumine atque Sylvester, adhuc diu securi agemus et tuti*[c]*. Legi hujus quandam epistolam, quam vult Replicarum*[9]*, ut vocat, vice haberi adversus Lutherum: nihil vidi in vita neque arrogantius neque stultius. Puto homini et communem sensum deesse. Si de Principe praeter illud Misnensis Praesulis Edictum et sermonis occasione excitatam novam tragoediam, neque Martinus neque Spalatinus quidquam scripserunt, (tamen) optimam spem etiam nunc retineo.*

Eccius Romam abiit, sed non adiit neque adibit, liceat absurde mihi loqui, quando ille absurde quoque egit. Χρυσὸς, οὐ Χριστὸς *virũm excitaverat. Sacerdotium quoddam Angelopoli*[10] *a Principe*[11] *collatum fuerat ea lege, ut Romam adiret, Academiae jus illud deinceps conferendi obtineret. In qua re cum non fide bona agere deprehensus esset, insuper antistitem suum*[12] *et canonicos contempsisset, postquam Augustam venisset, ex itinere est revocatus, ac velut ex Urbe redux donariis a suis ridicule exceptus. Haec narravit D. Thom. Truchsess*[13]*, Decanus Spirensis, istinc nuper reversus.*

---

[c] justi 3.

Quinta Paschae[14] *in arce Lanstein*[15] *Capnionis causa agitabitur*[d]. *In Francisco nihil desiderabitur*[e], *in nostris omnia.*

De Eduardo[16] *jam sciebam, nam quae adversus bonas literas eduntur, nostri primi sciunt. Condonandum hoc Angliae, si post tot lumina etiam unum caudatum, hoc est, scorpium alat.*

Hogostratus sui similis perseverat[17], *omnia potius et facturus et passurus, quam quae ad pacem et pietatem coñducunt.*

Lovanienses Lutheri omnia damnaverunt, quibus rogati Colonienses subscripserunt et suo illo gravissimo calculo Lovanienses tribus mensibus anteverterunt[18], *quamquam quid diu parturire opus, quum nisi noxiam viperam parturi erant? Mirum imo stupor est, homines sic insanire, nedum theologos.*

Instat et urget nuntius, non possum plura. Commenda me quam diligentissime sodalitio istic ornatissimo et singulatim studiosis bonisque omnibus. Rogo te, si queas tabellarium nancisci Spiram profecturum ante III. Non. Majas, mittas literas ad Erasmum, nisi interim is ad vos veniat. Nam si ullae technae succedere poterunt, eo temporis Lovanium adibo. Coloniam adeundi mei causam dabunt; ego ex me sumam, ut et Lovanium visam[19]. *Et utinam occasio contingat numen illud videndi, quam certe nemo te commodius praestabit. Multum oro, ne desis huic meo*[f] *desiderio profecto ardentissimo. Bene vale. Vellem et Sapidum*[20] *scribere. Si Maternus*[21] *acceperit epistolas, mox postridie eas habebo. Heidelb. IV. Non. Aprilis MDXX.*

[1] Die Antworten auf die am 23. Januar geschriebenen Briefe (vgl. Nr. 263), sämmtlich nicht mehr vorhanden.
[2] vgl. Nr. 79, Note 6. — [3] vgl. 1. Sam. 10, 11.
[4] Pfalzgraf Wolfgang, vgl. Nr. 78, Note 3.
[5] von seinem Aufenthalt in Heidelberg 1509—1512 her.
[6] Des Officials zu Stolpen Verbot gegen Luther's Sermon vom hochw. Sacrament (Erl. 27, 25).
[7] Erl. Bd. 27, 77. — [8] opp. v. arg. IV, 136. — [9] opp.

[d] agitabatur 2. 3. — [e] desiderabatur 2. 3. — [f] st. meo: ulli 3.

v. arg. II, 68. — [10] = Ingolstadt. — [11] Herzog Wilhelm von Baiern. — [12] Der Bischof von Eichstädt, Gabriel v. Eyb.

[13] Thomas Truchseß von Witzenhausen, Dompropst in Speier vom 8. Juli 1517 bis zu seinem Tode, 4. Juli 1523, war ein Begünstiger Reuchlin's; ein Brief von ihm an Reuchlin in dessen Illustr. vir. epp. Bl. B_1. Vgl. Remling, Gesch. des Bisth. Speier, Bd. 2. S. 221. 833 ff., vgl. auch unten Note 21.

[14] d. i. am 12. April. Eine völlige Verwirrung in den Daten findet sich bei Baum, Capito und Butzer, der S. 112 diesen Brief zum Theil in Uebersetzung gibt. Er übersetzt den betr. Satz: „Am 3. April wurde bei Sick. auf der Burg Lanstall Reuchlin's Sache verhandelt. Ritter Franz ließ nichts, und die Unsrigen Alles zu wünschen übrig"; er datirt dann freilich auch diesen Brief, S. 113, Note *, vom 8. April. Wie er aber zu diesen beiden Daten gekommen, ist mir unerfindlich. Bei Kolbe ist das Quinta Paschae und das agitabatur und desiderabatur ohne alle Bemerkung abgedruckt, obgleich er den Brief selbst richtig auf den 2. April setzt. Aber am 2. April konnte doch Bucer nicht von einem Ereigniß des 12. April im Imperfectum reden. Ich glaube durch Annahme eines Lesefehlers Baum's in der sehr schwierigen Hand Bucer's die Lösung zu finden und durch die Verwandlung der Imperfecta in die Futura das Richtige getroffen zu haben. — Uebrigens ist uns von einer Zusammenkunft der Dominikaner-Bevollmächtigten mit Sickingen am 12. April nichts bekannt. Weder Geiger im Leben Reuchlin's, noch Ullmann oder Münch im Leben Sickingen's erwähnen derselben, auch in den Briefen Reuchlin's findet sich nichts davon. Die Verständigung geschah erst am 10. Mai zu Frankfurt auf dem daselbst gehaltenen Ordenscapitel. Ob die Zusammenkunft auf früher, näml. den 12. April, festgesetzt war, und dann verschoben wurde, oder ob Bucer falsch berichtet war, vermag ich nicht zu entscheiden. Die Zusammenkunft war zuerst auf Dominicam Oculi (= 11. März) festgesetzt (Adelmann an Pirkh. 31. Januar, Heumann p. 184), aber, wie Bucer an Rhenanus am 19. März schreibt (MS. Thes. Baum. fol. 76): In causa Capnionis agente in Brabantia Francisco nihil adhuc actum est. Am 29. Febr. hingegen nennt Reuchlin an Pirkheimer (opp. Pirkh. p. 263) den 2. Mai als den dafür bestimmten Tag. Es bedürfte diese Sache einer speciellen Untersuchung.

[15] Die Burg Sickingen's, welche auch Landstuhl, Nannstein, Lanstall, Nannstall heißt, in der bair. Rheinpfalz.

[16] Ed. Lee, vgl. Nr. 284, Note 6.

[17] Schon am 19. März hatte Bucer geschrieben (vgl. Note 14): ab Hogostrato fere nihil sperandum.

[18] vgl. Nr. 286, Note 2.

[19] Auf dieser Reise wohnte Bucer auch dem Frankfurter Ordenscapitel bei; vgl. Baum l. l. S. 113.

[20] Joh. Sapidus (Witz), geb. 1490 zu Schlettstadt, Mitschüler des Beat. Rhen., Schüler des Faber Stapulensis in Paris, Rector der Schule in Schlettstadt, welche Stelle er aber, weil er sich der evangelischen Lehre zugewandt hatte, verlassen mußte und nach Straßburg ging, wo er aber bald darauf am 8. Juni 1560 (vgl. Fechtius, hist. eccles. saec. XVI. supplem. p. 933) starb.

[21] Maternus Hatten, geistlicher Vikar des Bischofs von Speier (vgl. Baum, Capito S. 105. 113), von Joh. Kirherus Selestadiensis nebst dem Thomas Truchseß der Freundschaft des Erasmus empfohlen, d. d. Spirae 16. Septb. 1515 (epp. Erasm. ed. Cleric. p. 162), worauf ihn im folgenden Brief (p. 163) Erasm. nivei pectoris amicum nennt; vgl. auch ib. p. 371.

Nr. 296.

(Leipzig.) (Anfang April 1520[1].)

Augustin Alveld an Luther.

Kündigt Luthern seinen Angriff an, wobei er sich, da Luther die Lehrer der Kirche verwerfe, nur der heiligen Schrift bedienen wolle.

Druck: 1. Cyprian, Nützl. Urkunden, Thl. 2 (1718) S. 162; wornach wir den Text geben. — Deutsch: Walch XVIII, 1195.

J. H. S.

Frater Augustinus Alveldianus[2] Franciscigena, Lector sacrae Theologiae Lipsianus Fr. Martino Luther S.

Cum tu olim, mi Martine, in nullum quam debes modestiam observaris Doctorem, statui reddere id ipsum tibi. Verum rugire, vituperiis afficere Dei servum ac theologum non oportet: iis enim armis stultae se tuentur mulierculae. Modestiorem justo me idcirco amplectere nunc, et si id displicet Cerberusque Stygius in me blateres, latrantem simul et mordacem, vivit Dominus, me senties canem. Quod enim usurpas tibi licitum, reor et

mihi sit. Negas item omnes ferme Doctores, nisi ubi forsan tuo suffragantur dogmate. Ex me igitur nullum Doctorem audies, nec tu mihi aliquem offeres volo. Et illud scias: apud me tibi nulla sit fides, nisi sacri Canonis Veteris Novique Testamentorum resoneris, non grammatista, sed theologus. Nec in doctis humanae sapientiae verbis te aggrediar, sed spiritu et veritate, ut cognoscat ecclesia catholica et apostolica, quam docte, recte, pie sacras literas tractas, arrogas, exponis. Vale.

[1] Wir setzen diesen undatierten Brief, welchen Burkhardt zweimal als Regest bringt, das erstemal S. 24: Anfang des Jahres, das anderemal S. 28: Anfang Mai, in die oben angegebene Zeit, weil die von Alveld hier angekündigte Schrift: Super apostolica Sede an videlicet divino sit jure nec ne, anque pontifex qui Papa dici coeptus est, jure divino in ea ipsa praesideat, non parum laudanda ex sacro bibliorum canone Declaratio, zwar kein Impressum, aber in der Widmung an den Bischof Adolph von Merseburg das Datum VII. Idus Aprilis hat, man sonach am 7. April bereits ihre Vollendung, wenn auch noch nicht im Druck, anzunehmen hat; der Inhalt des Briefs an Luther scheint aber dafür zu sprechen, daß er ihn vor dem Beginn der Arbeit schrieb. Der Druck der 10 Bogen starken Schrift hat sich aber wohl bis in den Mai hinausgezogen, denn nicht nur erwähnt Luther sie zuerst im Brief an Spal. vom 5. Mai, sondern auch Alv. selbst schickt erst die Martis post Cantate, 8. Mai, an Miltitz, der ihn zu dieser Arbeit angetrieben zu haben scheint (vgl. Alveld an Miltitz, ipso die annunciationis divinae, 25. März; bei Cyprian II, 160), ein Exemplar mit den Worten: Habes opellum istud! non quomodo tuam decet ingenuitatem, sed quemadmodum meae congruit paupertati. Illo te dono. Si placet, magnum est, nec author displicebit tuae modestiae spero etc. (Cypr. II, 161.) Die Angabe Seifert's, Ref. in Leipz. S. 137, daß „Anfangs 1520" diese Schrift erschienen sei, stimmt nicht mit dem Widmungsdatum.

[2] Augustin Alveld, so genannt nach seinem Geburtsort Alfeld, einem hildesheimischen (nicht hessischen, Seifert S. 137, Note 74) Städtchen, scheint mit Luther gleichalterig zu sein; er war Lector des Franziskaner-Klosters zu Leipzig und lebte noch 1532, da Cochläus in einem Briefe an Lorenz v. Truchseß vom 6. Okt. d. J. (bei Riederer, Nachr. I, 339) seiner gedenkt: ad Hallis ivi, ubi sunt duo, imo tres egregii viri, D. Michael Vehus, D. Crotus, D. Novenianus et cum his R. P. Alveldius; die letzte von ihm bekannt gemachte Schrift stammt aus dem J. 1528.

Nr. 297.

(Wittenberg.) (13. April 1520.)

Luther an Spalatin.

Erklärung der Worte Joh. 15, 5.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 81; — Drucke: 3. Aurif. II, 4; 4. de Wette I, 438. — Deutsch: Walch XXI, 686.
Wir geben den Text nach 1.

D. Magistro Georgio Spalatino[a].

Jhesus.

[1]Salutem. Quaestionem accepi, mi Spalatine, quam[b] quaesivisti, quid velit illud Christi, Johannis 15: «sine me nihil potestis facere». Primum arbitror, tibi notas esse duas discerptiones (distinctiones volui dicere) Magistrorum nostrorum hoc loco traditas, quarum prior est: influentiam Dei esse aliam generalem, aliam specialem[2], quod sic intelligunt: influentia generali possumus ea, quae naturae sunt citra gratiam, quae illi putant esse nec merita, nec peccata, sed neutralia quaedam, aut moraliter bona opera, ut ire, stare, laborare, orare, comedere, et quae per homines externe fieri videmus, non manifeste mala; influentia speciali possumus ea, quae gratiae sunt et supra naturam, scilicet[c] solum meritoria facere, et peccata vitare, ut sit influentia[d] generalis esse et operari naturae; specialis esse et operari gratiae. Tum sequitur distinctio posterior: aliud esse inchoative, aliud perfective facere; inchoative ad influentiam generalem pertinet, perfective ad specialem. Tunc dicitur[e]: «sine me nihil po-

---

[a] † suo 4. — [b] qua 3. 4. — [c] id est 3. 4. — [d] influentiae 4. — [e] dicetur 3. 4.

testis facere», scilicet[f] perfective seu influentia speciali; [g] sed bene inchoative, id est, influentia generali possumus aliquid facere, hoc est dicere, nostris viribus possumus (stante influentia generali) nos parare ad gratiam recipiendam seu influentiam specialem, ut meritorium faciamus, sed non possumus eadem influentia stante et nostris viribus meritorium facere. Sic est hucusque autoritas ista exposita et intellecta.

Caeterum Christus, qui influentiam istam generalem seu esse naturae in totum damnat, eo quod natura non possit non quaerere, quae sua sunt, abutique donis Dei, simpliciter et sine distinctione loquitur, quod extra specialem (ut vocant) influentiam seu gratiam Dei nihil possit fieri, quod coram Deo non sit igne dignum, sicut prosequitur dicens: «si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent et ardet[h]». Ecce, palmes extra Christum non modo non viret, non fructificat, sed etiam arescit (id est, deficit et perit), nec solum deficit et arescit, sed etiam colligitur, et separatur a vinea, et in ignem mittitur etc. Sic, qui influentia generali et naturae tantum fertur viribus, assidue pejor fit et remotior a Christo, ignique paratur, quantumlibet appareat foris moraliter et bene facere. Ut hinc intelligamus, sine Christo nec generali nec speciali influentia nos aliquid posse facere, et quicquid sola generali influentia fit, quantumlibet magnum, magis esse contra Christum, quam pro Christo, quod satis in hypocritis patet, qui magna et multa faciunt, sed pessima voluntate. Ideo Christus tanto studio monet, ut in ipso, tanquam vite, maneant palmites, quod impossibile sit eos non fieri pejores assidue, si non manserint in ipso, sicut qui non manent in via, impossibile est, ut non assidue magis ac magis errent, nisi ad viam redeant. Ut prorsus nulla sit hic distinctio necessaria, quasi influentia generalis non

[f] id est 3. 4. — [g] Bei 4 ist hierher die Zeile 64 sed tamen … gratia gerathen. — [h] ardebit 3. 4.

sit erroris via, cum haec sit donum Dei gratuitum, indignis tributum et abutentibus semper, sicut vinum et aurum impiis hominibus in quotidianum abusum, ubi possis dicere, rem influxam a Deo[i] esse bonam, sed tamen usum ejus non posse esse bonum, nisi gratia[k] sanati fuerint utentes. Ita influentia generali (id est, vocabulo periculoso), quae est esse et operari naturae, nemo non male utitur et ad nihilum, nisi qui palmes in Christo manserit. Sicut enim omnia munda mundis, ita immundis est nihil[l] mundum, Tit. 1.[3], et ut omnia cooperantur in bonum sanctis, ita omnia in malum impiis. Quis enim potest negare, quin fornicator, adulter, homicida, blasphemus opus suum faciat influentia adjutus generali? quomodo enim haec posset, nisi esse et operari naturae haberet? At quis audeat dicere, haec esse bonum inchoative facere, et ad gratiam disponere? Ita quantumlibet bonum appareat opus extra gratiam, quia in corde non est bona voluntas extra gratiam, non potest non nisi malum esse contra gratiam, et nequaquam inchoative ad gratiam valere. Verum haec omnia tangunt materiam istam gratiae et liberi arbitrii maximam et longissimam, imo brevissimam, ideo non licet omnia tam paucis absolvere. Vale et ora pro me. Hac hora, qua abiisti [1520. Feria 6[ta] in Paschali hebdomade][m].

Martinus Luther, Augustinianus.

[1] vgl. hierzu den Brief Melanchthon's an Spalatin vom gleichen Datum über denselben Gegenstand: CR. I, 153, Nr. 68.

[2] Die Ausdrücke influentia generalis et specialis, sowie unten inchoativa et perfectiva sind dem gemeinüblichen Sprachgebrauch der theologischen Schulen am Anfang des 16. Jahrh. entnommen. Statt infl., welches ein aus der neuplatonischen Philosophie auf die kirchliche Theologie übertragener Ausdruck ist, sagte man auch concursus divinus, und unterschied dabei einen conc. div. general. ad actiones humanas (welcher insgemein zum Zustandekommen ejner menschlichen Handlung nothwendig ist, und sich aus dem Verhältniß der geschöpflichen

---

[i] adeo 4. — [k] sed tamen etc. fehlt 4, vgl. Note g. — [l] nihilum 3. 4.
[m] Die [] ist von Spalatin's Hand hinzugefügt.

Willenspotenz zur göttlichen Causalität ergibt, ohne deren Mitwirkung jene überhaupt gar nicht thätig sein könnte) und einen conc. div. spec. (welcher sich auf die zur Vollbringung einer sittlich guten Handlung erforderlichen Gnade bezieht). [Nach einer gef. Mittheilung des Prof. Dr. K. Werner in Wien.] — Vgl. auch Köstlin, Luther's Theologie. 1863. I, 381.

[3] V. 15.

Nr. 298.

(Wittenberg.) 16. April 1520.

Luther an Spalatin.

Von den Unterhandlungen mit Matth. Adrian wegen der Anstellung in Wittenberg. Gerüchte von dem zu erwartenden Bann. Ein Arzt, der sich unsichtbar machen könne, beabsichtige L. zu tödten.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 61; 3. Cod. Jen. a.; — Drucke: 4. Aurif. I, 262; 5. de Wette I, 440. — Deutsch: Walch XV, Anh. XII.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino charissimo D. [a] Georgio Spalatino, Christi servo, in arce Lochana.

Jhesus.

Salutem. Cum Adriano[1] convenimus, mi Spalatine, ut differat paululum. Octo dies promisit in Berlin se mansurum et literas expectaturum a nobis. Nunc id agendum est, ut ex V.[b] Buttaracho[2] quantocius responsum habeamus; centum autem florenos omnino pro stipendio petit. In tota hac re hoc maxime curandum est, ne inter duas sellas (ut ajunt) frustra sedeamus, si hunc amiserimus, et ille forte alio vel vocatus per Maguntinum, vel sua sponte iverit. Nostrorum plurimi fortiter apud me sollici-

---

[a] † M. 5. — [b] V. fehlt 5, dafür in Anmerk. b: «Cod. Jen. + Vito (?)».

tarunt, ut Matthaeus retineretur saltem ad annum, etiam ad infamiam, uti putant, antevertendam, propter eclipsin[3] illam, quae illum forte in odium nostri suscipiet, ut fama est. Ubi autem scribere tam brevi non poteris, quid faciendum sit, hoc saltem ad Berlinum ei scribendum est, ut non gravetur diutius differre negotium. Suspicor, eum vel Francofordiae[4] vel Lipsiae professionem Hebraeam secum statuisse, si apud nos non licuerit. Responde cito.

De mea causa jactatur[5], esse contra me censuram prae manibus omnium dirissimam[c]: sic enim Praepositus Hallensis Novi operis[6] me fecit moneri et avisari, ut vocant. Deinde etiam inimici mei quidam miserti per amicos ex Halberstadio fecerunt moneri me, esse quendam doctorem medicinae[7], qui arte magica factus pro libito invisibilis, quendam occidit, mandatum habentem et occidendi Lutheri, venturumque ad futuram Dominicam [8]ostensionis reliquiarum; valde hoc constanter narratur. Vale. Altera Quasimodogeniti, 1520.

Martinus Luther.

[1] Luther drängt hier auf Entscheidung, wen man als Professor der hebr. Sprache anstellen wolle, ob Adrian, mit dem man schon länger in Unterhandlung stand (vgl. Nr. 274, Z. 20), oder den von Calvus empfohlenen Werner (vgl. Nr. 286).

[2] Das V. ist natürlich nicht mit Cod. Jen. (vgl. Note b) durch Vito, sondern durch Vernero aufzulösen. Buttaracho steht wirklich im Original, und schon Seidemann-de Wette VI, 653 vermuthete richtig, daß Bacharacho zu lesen sei. Werner war aus Bacharach a./Rh., vgl. Nr. 274, Note 6. Luthern war wohl der kleine Ort unbekannt, und er citierte ihn falsch aus dem Gedächtniß oder hatte sich auch in dem an ihn in dieser Angelegenheit gerichteten Briefe verlesen. Werner hielt sich damals in Magdeburg auf, wo Calvus Coppus Hebräisch bei ihm lernte, und verließ diese Stadt im August 1520 (Coppus an Stromer, in Duae Epistolae, vgl. Nr. 274, Note 6, am 31. Aug.: optimae indolis adolescens ille Guernerus Monoceros [Werner Einhorn?] hebraice doctissimus, vehementer suum a nobis maturavit discessum).

---

[c] durissimam 4. 5.

[3] eclipsin ist spöttisch für Leipzig, damals manchmal Lips, im Accusativ Lipsin genannt. Luther hat es wohl aus dem Eccius dedolatus (Riederer, Beytr. z. d. Kfurf. S. 166): Ecc.: Lipsim eas ac redeas necesse est. Canidia: Eclipsin? veritatis forsitan? Ecc.: Lipsim inquam etc. — Gleich unten (Z. 21) nennt er Leipzig mit Namen. Vgl. Riederer, Nachr. III, 82.

[4] Die Universität Frankfurt a./O.

[5] Vgl. Melanchth. an Lang (April 1520) in CR. I, 163: Jactantur hic nec apud vulgum tantum multa de diris Pontificiis in Martinum. Wenn sich diese Nachricht nicht auf die Machinationen Eck's im Allgemeinen bezieht, so war sie etwas verfrüht. Die Verhandlungen im Consistorium über die Bulle Exurge begannen erst am 21. Mai und dauerten bis zum 1. Juni (vgl. Laemmer, melet. Rom. mantissa, 1875. p. 195).

[6] Propst Nicolaus Demuth im Kl. Neuenwerk; über ihn vgl. später, April 1523.

[7] Seidemann bei de Wette VI, 701 s. v. Viccius, sowie de Wette selbst in einer Note zum Brief vom 10. Juli 1520 halten den Dr. Viccius für diesen Arzt; er hat aber nichts mit ihm zu schaffen, vgl. Köstlin, Luth.² I, 795, Note 1 zu S. 338. — Gerüchte von Nachstellungen nach dem Leben Luther's waren damals sehr verbreitet. Carlstadt, Von bepstl. heylikeit, führt ein solches an, daß einige nach Wittenberg abgeschickt seien, um venedische Pfeile zu schießen oder etliche mit List zu verderben; auch der Eccius dedolatus (l. c. 168) läßt den Rubeus sagen, der Bischof von Brandenburg habe einen Chirurgen abgeschickt, welcher den Luther verbrennen soll (vgl. Nr. 223, Z. 62 f.). — Ueber spätere Gerüchte von Vergiftungsversuchen vgl. im Januar und Februar 1525.

[8] Am Montag nach Miseric. Dom. wurden die Heiligthümer der Stiftskirche zu Wittenberg gezeigt; vgl. Die Zeigung des Hochlobwirdigen Heiligthumbs der Stifft Kirchen aller Heiligen zu Wittenberg. 1509, abgedruckt bei Wolfg. Franzius, Hist. Erzählung der Beiden Heiligthümer ... zu Wittenberg ... und zu Hall in Sachsen &c. Witb. 1618. S. 4.

Nr. 299.

Wittenberg. 27. April 1520.

Luther an Joh. Heß in Breslau.

Dank für Geschenke; Bitte für das Wohl des Bischofs von Breslau; Antwort auf Anfragen über das Priesteramt.

Handschriftlich: 1. Königl. Bibl. in Berlin, Ms. lat. theol. 8°. 91. Bl. 101 (gleichzeitige Abschrift); — Drucke: 2. J. W. Fischer, Refgesch. der Haupt- und Pfarrkirche zu St. Maria Magdal. in Breslau, 1817. S. 48; 3. C. Krafft, 14 Briefe Luther's (in den Theol. Arbeiten aus dem rhein. wissensch. Prediger-Verein, hrsg. v. Evertsbusch. Bd. 2. 1874) S. 92. Nr. 1.

Wir geben den Text nach 1.

Martinus Hesso suo.

Salutem. Scripturus alias plura, mi Hesse[a], jam paucissimis occupatissimus ago, tantum ne non redditas mihi crederes tuas literas. Caetera ipse Moibanus[1] referet. Gratias ago pro Honorio imperatore[2], multo autem majores pro orationibus[3] tuis, quas mihi polliceris, quibus et non parum nitor, sicut et vehementer indigeo. Episcopum tuum[4] Dominus respiciat et nobis diutius servet. Institutionem sacerdotalem[5] quantum ad ceremonias pertinet, tui te collegae docebunt; quantum vero ad spiritum fidei, nonnihil[b] confert sermo germanicus[6], cui statim addetur alius a me habitus de usu Missae[7]. Nam quod in usu Missae est, oportet ut nihil discernas inter sacerdotem et laicum, unus panis, una fides, una communio, nisi quod illius est ministerium, non autem hujus. De quo alias. Nunc vale et pro me, quod facis, ora. Vittenbergae, 1520. feria 6. post Misericordia Domini.

Tuus Martinus Luther.

[1] Ambrosius Moibanus, der spätere College Heß' in Breslau, hatte kurze Zeit in Wittenberg verweilt. Er war Lehrer an der Domschule in Breslau und wurde nach des Bischofs Thurzo Tod vom Rath zum Schulmeister der Maria-Magdalenaschule berufen, als welcher er zuerst Griechisch in Breslau lehrte; vgl. Köstlin, Heß, in Ztschr. des V. f. Gesch. Schles. Bd. 6. 1864. S. 118.

[2] Unter dem Honorius Imperator ist wohl eine römische Münze zu verstehen; Heß war Münzsammler; vgl. Köstlin S. 259.

[3] Nicht für ein Buch (so Kolbe, anal. S. 19), etwa Predigten, dankt hier Luther, sondern für die Gebete (vgl. an Wittiger, 30. Juli).

---

[a] Hessi 3. — [b] nihil 2.

[4] Johann VI. v. Thurzo, aus Ungarn, Bischof vom 21. Januar 1506 bis 2. August 1520. Heß stand bei ihm in großer Gunst und war durch ihn Canonicus zu Neisse und Breslau geworden; Köstlin S. 106. 112.

[5] Heß stand vor seiner Priesterweihe, welche er am Tage vor Trinitatis (2. Juni) empfing; Köstlin S. 112.

[6] Der Sermon vom hochw. Sacrament, Erl. 27, 25 (bes. S. 29), welchen Melanchthon, der ihm wohl am nämlichen Tage wie Luther schrieb, mitschickte; vgl. CR. I, 164.

[7] Der Sermon von dem neuen Testament, d. i. von der hl. Messe, Erl. 27, 139 (wurde im August fertig).

Nr. 300.

Bamberg. 28. April 1520.

Crotus Rubianus an Luther.

Meldet seine Rückkehr aus Italien und seinen Aufenthalt in Bamberg, wo auch Hutten sich befinde; sie haben das Verdammungsurtheil der Cölner und Löwener gelesen; Urtheil darüber und über die anderen Feinde Luther's, und Ermunterung, daß dieser, um seine Feinde unbekümmert, seinen Weg muthig fortsetzen solle. Die Feinde werden Alles daran setzen, ihn um die Gunst des Kurfürsten zu bringen und zur Flucht nach Böhmen zu nöthigen, er solle aber lieber den ihm dargebotenen Schutz Sickingen's annehmen, der auch Reuchlin nachdrücklicher als Kaiser und Papst gegen seine Feinde geschützt habe. — Nachschrift: Uebersendet einen Brief an Joh. Heß; von Hutten's Reise zu Erzherzog Ferdinand; von dem Brief des Erasmus an den Erzbischof von Mainz über Luther.

Handschriftlich: 1. Cod. Gothan. B. 20, f. 14; — 2. Druck: Hutt. opp. ed. Böcking I, 337 und Verbesserungen zu dem Text in den Addendis, T. II, 488; unter dem Text gibt Böcking eine Anzahl Erläuterungen, welche wir in unsere Noten aufgenommen haben.

Wir geben den Text nach 1, was 2 im Text falsch, in den Addend. aber verbessert hat, bemerken wir nicht besonders.

Doctissimo integerrimoque sacrarum literarum interpreti Wittenburgi, Doctori Martino Luthero, amico suo venerando [a].

Salvus ex Italia reversus, substiti hic apud inclytos Fuchsios [1], *tui nominis imprimis studiosos. Venit*

---

[a] Die Adresse bei 1 am Ende.

eodem paulo post Huthenus meus non inito de hoc ullo inter nos consilio, sed, ut mihi firmiter persuadeo, ita amicos tandem de improviso convocante Christo, qui nullo sacrificio aeque gaudet ac mutua charitate hominum[2]. *Cum itaque Pascha celebraremus*[3] *caneremusque: «Haec est dies, quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea»,*[4] *incidit in sacra sacrum sentimentum Lovaniensium et Coloniensium*[5], *Hutheno missum ab Erasmo Rotherodamo; ingens sane materia et ad ridendum et ad stomachandum: nos risum cum festiva et*[b] *pia laetitia conjunximus, indignationem vero ad Davidis cytharam demulcebamus, ne ad peccati metam pertingeret, quamquam sine peccato non legimus, si peccatum erit, quicquid ab animo indignatione commoto progreditur: non enim ita sumus Stoici, ut animos nostros ab omni aegritudine liberos tueamur, praesertim cum videmus eos insanire indicibili audacia in ludibrium Germanici nominis, in contumeliam religionis, in perniciem innocentiae, per quos imprimis illustrari debuit Germania, religioni suus stare honos*[c], *minime laedi innocentia. In hac opinione jucundo quodam assensu me semper continui. Si qui velint candorem vitae prae se ferre, tenere lucernas ardentes in manibus suis*[6], *gladio spiritus sancti*[7] *causam veritatis defendere, pro salute fratris animam suam ponere, in his oportere theologos nomen suum profiteri. At longe aliter habet: vix ulla tyrannis immanius inter christianos bacchatur quam theologorum, eorum praecipue, qui monachi vulgo ac haereticae pravitatis inquisitores appellantur. Pro candore sunt tenebrae et infelix invidia, pro virtutum lucerna spirant e naribus ignem, ut inquit poeta*[8], *pro gladio scripturae succedit gladius carnificis, pro verbo Dei fucus sophisticus, pro salute fraterna animum afferunt non eum quidem*[d], *qui sit Christi bonus odor*[9], *charitatis unguento redolens, sed qui tetro mortiferoque habitu tetrae invidiae grassetur in viscera proximi. Sedet mihi adhuc in memoria auditum a me Coloniae*[10] *immanissimum factum plus quam sanguinarium,*

---

[b] ut 1. — [c] honor 2. — [d] quidem fehlt 2.

ab Hochstrato editum in Germania inferiori, quod recordans horresco. Quo magis tibi cavendum erit a falsis fratribus sanguinem sitientibus, ni forte inito jam tecum decreto exemplo Hussi de augèndo numero christianorum martyrum. A quo proposito, si possem, te averterem: quomodo enim sanctus eris, non donatus a pontifice maximo civitate sanctorum, penes quem solum stat ea potestas, ut nuper[11] *est cognitum? Ille vero te donabit, cujus auctoritas per te languet ac cujus indulgentiae disputatione tua enervatae esuriunt? Nil proderit lavare stolam in sanguine agni*[12]. *Ad aeternam vitam quid opus est bulla ecclesiae repraesentativae*[13] *et assensu Magistrorum nostrorum, sine quibus repulsum patieris sanctitatis apud coeleste tribunal? O christianam infelicitatem, o priscam fidem! Itane oportuit omnia divina humanis credere atque contaminari? Eat nunc aliquis et neget ecclesiam Dei gravissimo persecutore concuti. Quod cum ante aliquot annos liberius, quam haec tempora ferunt, dixissem, quandamque marcidam craneam*[14] *gravem argento minus superstitiose coluissem, opinione cujusdam magni patris, amici tamen, habitus sum haereticus: adeo peculiare est huic saeculo odiosum id nomen, magno argumento quam frigeat charitas, sanctissimum christianorum vinculum: Christus suo in populo Racha recte levem ignominiam ferre noluit, idemque judicia servere jussit cohiberi*[15]. *Tibi vero, quod scripturam reverentius tractas, quam theologorum filii, nedum Racha, verum etiam haeretica labes aspergitur; imo vero leprosum criminantur, et ferreum nasum*[16] *impingunt ac Satanam proclamant: hii tamen modesti sunt, et tu inverecundus. Mihi vero omnis iracundiae Christi etiam obliti videntur, qui sentimentum adeo vecors*[e] *es ridiculum tanta auctoritate audent in vulgus disseminare. Unde illis jus de alieno servo judicare, qui Christo aut perit aut manet?*[17] *«Librum, inquiunt*[18], *ac tractatus do-*

---

[e] 1 hat secors, oder wie Böcking liest fecors. Ist die letztere Lesart richtig, so zeigt die Verwechselung des v mit f — ein Fall, dem ich in Handschriften damaliger Zeit öfters begegnet bin —, daß die Abschrift wohl von einem der Sprache nicht besonders Kundigen nach einem Dictat gemacht wurde, bei dem, wie damals häufig, das v wie f ausgesprochen wurde.

ctrinaliter damnamus et de medio tollendos censebimus ignique cremandos, at auctorem ipsum ad revocationem et abjurationem supradictorum cogendum». Ubi est illa doctrinalis damnatio? perditane[f] est, an lucem timet? Ita mihi persuadeo, quippe quando Silvester Prierias, hujus tragoediae puppis et prora, non audeat[19] sese cum suo contra te sentimento committere judicio orbis christiani. An existimabimus, Lovanienses sive illorum fratres Colonienses, omnium mortalium pertinacissimos, Silvestro et potentia et doctrina inferiores, suas nugas edituros? Mira hominum ruditas! Ceterum mortalium progressu aetatis crescit usus et experientia, cujus rei experimentum in animantibus quoque ratione vacantibus animadvertimus; illis acutis hominibus ademit dies prudentiam, ut recte cum poeta[20] dixeris: «Haud quidem credo, quia sit divinitus illis Ingenium, at fato rerum prudentia minoris.» Quam gratiam debent sophisticae suae sapientiae, ἐπειδὴ κακῶν διδασκαλῶν κακὰ τὰ μαθήματα, μᾶλλον δὲ πονηρῶν σπέρματα πονηρὰ τὰ γεώργια[g].[21] *In causa Capnionis longe prudentius olim se gesserunt damnatione librorum exiguo tempore probationem accusationis[22] praecurrente, quo ritu nunc omisso aut ignavia accusabitur, aut imprudens malitia prodetur mundo. Porro[23] si nihil habent diffiduntque suis juribus, judicio omnium damnatus es tu non doctrinaliter, sed Lovanialiter, quemadmodum et multis incutitur pontificis fulmen Romanaliter, non Christionaliter: sunt enim novis erroribus nova confingenda vocabula. Sin vero[h] scripserunt aliquod, premunt[i] tamen propter eum quem expectant sociorum assensum, quo simul proruentes multitudine te opprimant, quo consilio tum in Italia tum in Germania multum laboratur, iterum in se ob moram confutationis odium conciliabunt, quod audent christianum hominem publice damnare causa non publice probata. Potest etiam fieri, ut socii mutata sententia nolint doctrinali damnationi subscribere, veluti*

[f] Bei 1 ist von anderer Hand corrigiert: proditane. — [g] Das sehr corrupte Griechisch der ersten Hand ist von anderer Hand corrigiert. — [h] vero nach den Addend.; 1 und 2 im Text haben: non. — [i] 2 in Add.: promunt; 1 hat aber p̄munt.

rumor de Erffurdensibus nostris circumfertur[24]. *Dorpius*[25] *recte apud Lovanienses assensum suum cohibuit, cujus auctoritas plus valebit apud eruditos, quam totius scholae judicium. Sed utinam minus insanientes aliquando ederent, quo in praesidio scripturae frivolas nugas tanquam vas figuli confringeres*[26] *ac insignem stultitiam gladio spiritus sancti jugulares. Non enim tibi erit magna in hoc negotio difficultas, simulque ut appingeres suam reverentiam Reverendissimo Cardinali Dertusensi*[27], *quem sibi dignum cooperulum cascumque casci*[28] *invenerunt,* οὑτωσὶ σπερμολόγος δειλός τε καὶ οὐτιδανός[k][29]. *Ubi voluit majestatem ecclesiae virtualis*[30] *mundo ostendere, sic loquitur, cum modestia in re non intellecta: «Miror valde, quod homo tam manifeste tamque pertinaciter in fide errans et suas haereses omni quaque diffundens impune errare et alios in perniciosissimos errores trahi sinitur.»*[31] *Dixerat prius pari modestia: «Vidi errores Lutheri, qui sane tam rudes, tam palpabiles haereses mihi prae se ferre videntur, ut ne discipulus quidem theologiae ac prima ejus limina ingressus ita labi merito potuisset».*[32] *Quis hunc Reverendissimum in Christo profitebitur, aut galerum ejus funibus nodosum vel syrma longe tractum a tergo humi serpens venerabitur? quis*[l] *ultro currentibus atque per se furentibus calcaria addidit? Et cum in tota epistola sit sordidus, illotus, impudens, levis, inde tamen flores legunt Magistri nostri dignos naribus*[m] *sophisticis, hoc equidem sibi accommodant, nisi is ab illis acceperit. «Et ex hoc maxime haereticum se probat, quod paratum se profitetur ignem et mortem pro illis subire, et omnem contra sapientem haereticum esse.»*[33] *Multos habes, Martine, socios in ea haeresi, et si torcular*[34] *solus calces verum, quam multi velint tecum ignem subire, puto pendere a dono coelesti. Disputent acuti homines damnentque ut libet, nusquam apud me in dubium vocabitur, quin quivis mortalium justificatus per fidem accessum habeat ad Deum*[35]. *Exultent ipsi sua satisfactione; nos*

---

[k] Das Griechische wiederum corrigiert. — [l] 2 in Add.: qui. — [m] 2 in Add.: moribus.

ubi fecerimus omnia, quae nobis mandata sunt, adhuc inutiles servi sumus, nihil habentes, quam quod gratis accepimus[36]. *Placeant sibi sancti viri suo merito et mercedem pro factis postulent, ipsi credentes in eum, qui vivificat impium*[37] *ex fide, amplius et a poena et a culpa liberi sumus. Nutent ipsi in fide, a remissa culpa proponunt sibi culpam seu poenam, quam non linguae centum, oraque centum, ferrea vox*[38] *narrando possint consequi. Nobis obliviosis, quibus certa differentia inter lethalia et placabilia non constat, sufficiat gemitus cum lachrimis: «Ab occultis meis munda me, Domine!»*[39] *Sit sane cui libet creatura Pontificis, vera religio unum novit conditorem; trahant sacrae literae suum robur, auctore Silvestro tuo*[40], *ab ecclesia repraesentativa, permittatur haereticis lumen corde sursum elevato precari: «Revela, Domine, oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua»;*[41] *«lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis».*[42] *Hujus luminis deserti et jam pridem relicti patrocinium, ut facis, suscipe, Martine, theologorum integerrime, et virtute, quam in te colimus, ostende, quid intersit inter creaturam pontificis et Dei. Introduxit te rex*[43] *in cubiculum suum et dedit tibi linguam eruditam*[44], *ut scias reprobare malum et eligere bonum*[45]. *Cognitus quidem mihi es, sed quotidie magis magisque appares: post nubila sentimenti ortus nobis est sol, vidimus, qua arte, qua industria confutes*[46] *damnationem doctrinalem et Lutheromastigas; admiramur eruditionem, ingenium exosculamur; summe placet, quod ita temperas gravia cum jucundis, amara cum dulcibus, quod non prius sentiatur haustum absynthum, quam fuerit admissum intra*[n] *viscera; illinis et pingis quemque suis coloribus. Ego Martinum meum non satis prospectum habui ob tot annis intermissam consuetudinem. Eras in nostro quondam contubernio musicus et philosophus eruditus; nuper vidi pugilem Entellum cum sene Darete*[47] *congredientem in arena; deinde prodiisti venator alacer capto saevo capricorno*[48]; *nunc graphice judicium theologisticum*[49] *depingis; quem te demum habebimus? in quo*

[n] inter 2.

artificio vis palma donari? Mihi superesse videtur statuarius. Age ergo, optime Polyclete[50]*, exprime nobis devictis hostibus arcus triumphales de marmore vivo, qui est Christus Jesus, qui te custodiat ab ore Leonis et a cornibus unicornium sophistarum*[51] *per omne aevum.*

Franciscus de Syckingenn, magnus dux Germanicae nobilitatis, petit teste Hutheno, ad se fugias, a quo tranquillitatem, theologicam domum, ministrum, victum et asylum contra insidiatores ceteraque vitae necessaria abunde sis habiturus. Qua de re multa Huthenus ad Melanchthonem[52]*. Non est contemnenda tanta benignitas. In nulla re tantopere exercent ingenium sancti patres, quam quod animum Friderici principis abs te alienent, ut praesidio omni exutus tandem cogaris ad Bohemos confugere, in quo casum nominis et doctrinae tuae ponunt. Nosti, in quem contemptum abiit hoc nomen, et opinio aetate comprobata quid valeat; Judas non dormit, et Eckius tunc aget Romae unguem in hulcere*[o][53]*: providendum itaque et ratio habenda de futuro meo consilio per epistolam. Retinendus est in officio Franciscus, ne suam erga te benivolentiam sperni arbitretur: is unis literis pro Reuchlino*[54] *plus terruit Dominicistas, quam tot Caesaris et Pontificis brevia. Revixit per Basilienses Johannes Hussus*[55]*, misere extinctus tyrannide Thomistarum. Quid tandem tutum erit, ubi tam sancta scriptura judicium meruit? sed non est extinctus, vivet, donec vivet veritas; contabuit vero ac in suum cinerem abiit illaudata invidia. Epistola tua*[56] *diversam mecum sortita fortunam: ubi ego redeo in Germaniam, intrat illa in Italiam, nondum egressa. Vale. Bambergae, IIII. kls. Maji MDXX.*

Crotus Rubianus.

Non te onero, Martine, mitto literas ad Hessum[57]*; si adest, ut quidam affirmant, redde; sin fama falsa, concerpe aut concede hospitium, donec veniet; veniet etenim istuc, quo Martini doctrina melior fiat. Huttenus discedens jussit te salutare; profisiscitur ad Ferdinandum*[58]*,*

---

o 1 am Rand: ulcere.

Caroli regis fratrem, in cujus aulica familia, ut speramus, locum habebit, non sine tuo et rectorum studiorum commodo. Is ostendit nobis epistolam Erasmi Rotherodami[59]*, qua te pleno ore apud archiepiscopum*[p] *Maguntinum commendat. Mittetur exemplum ad te; sume etiam et lege doctissimi viri doctissimum praeconium.*

[1] Jakob und Andreas Fuchs, Domherren zu Bamberg; vgl. Nr. 234, Note 4 und 6.

[2] vgl. Hos. 6, 6; Matth. 9, 13. — [3] am 8. April. — [4] Ps. 118, 24.

[5] Die Condemnatio doctrinalis per quosdam Magistros nostros Lov. et Col. facta, vgl. opp. v. arg. IV, 178. 182.

[6] Matth. 25, 1 ff., vgl. Luc. 12, 35. — [7] Ephes. 6, 17. — [8] Virgil. Aen. VII, 281. — [9] 2. Corinth. 2, 15.

[10] Crotus wurde am 17. November 1505 in Cöln inscribiert; vgl. Böcking, Hutt. opp. Supplem. P. I. p. 354.

[11] nämlich im letzten Laterankoncil. — [12] Offb. Joh. 7, 14.

[13] vgl. Nr. 236, Note 13.

[14] κρανέα ist der Hartriegel, Kornelkirschbaum; Crotus meint aber wohl κρανίον, Hirnschädel; „ein morscher, verfaulter Hirnschädel", näml. Reliquie irgend eines Heiligen; beabsichtigtes Wortspiel?

[15] Matth. 5, 22. — [16] vgl. Nr. 234, Note 5.

[17] Röm. 14, 4. — [18] nämlich die Löwener; vgl. opp. v. arg. IV, 181.

[19] Prierias hatte nämlich bloß die Epitome responsionis ad Lutherum (opp. v. arg. II, 82), nicht aber das Werk selbst herausgegeben.

[20] Virgil. Georgic. I, 415 sq. Das Citat ist nicht ganz genau (oder die Abschrift fehlerhaft?).

[21] Gregor. Naz., orat. 38 in Theophan. c. 5.

[22] Hochstraten's Libellus accusatorius contra Speculum oculare Joannis Reuchlini (bei v. d. Hardt, hist. litt. Reformat. Acta judic. p. 94), am 27. September 1513 übergeben, worauf am 29. die Cölner Theologen den „Augenspiegel" zum Feuer verdammten und im Februar 1514 dieses Urtheil vollzogen (vgl. Friedländer, Beitr. z. Rfgsch. S. 15 f.).

[23] vgl. J. Menii ad apologiam Joannis Croti Rubeani responsio amici ad quem privatim eam scripsit a. 1532 §. 17 sqq. (bei Böcking, opp. Hutt. II, 460).

[24] vgl. Epp. obscur. vir. Vol. II, 32 ed. Böcking I, 239: Universitas Erfordiensis vult revocare sententiam suam seu determinationem contra Johannem Reuchlin. — Böcking bemerkt zu unserer Stelle: Nec vanus ille rumor fuit.

---

[p] 1 im Text: Episcopum, am Rande: Archi.

[25] vgl. Nr. 290, Note 2. — [26] Offenb. Joh. 2, 27.

[27] der im nächsten Jahr Papst gewordene Hadrian VI.

[28] vgl. Erasm. Adag.: Cascus cascum ducit; i. e. similis similem delectat. Videtur esse jocus in anum vetulo nuptam. Hadrian VI. geboren 1459.

[29] Iliad. I, 293.

[30] vgl. Prierias, dialogus, in opp. v. arg. I, 346.

[31] vgl. opp. v. arg. IV, 177, Z. 9. — [32] ib. p. 176. — [33] ib. p. 177, Z. 3. — [34] vgl. Jesaj. 63, 3. — [35] Röm. 5, 1 f. [36] Luc. 17, 10; 1. Cor. 4, 7. — [37] Röm. 4, 5. — [38] Virgil. Georg. II, 43; Aen. VI, 625. — [39] Ps. 19, 13. — [40] vgl. opp. v. arg. I, 347. — [41] Ps. 119, 18. — [42] Ps. 119, 105. — [43] Christus; Hohel. 1, 4. — [44] Jesaj. 50, 4. — [45] Jesaj. 7, 15. — [46] vgl. Nr. 294 und opp. v. arg. IV, 185.

[47] vgl. Nr. 65, Note 4; Virg. Aen. V, 369 ff., 389 ff. Entellus ist hier Luther, Dares Prierias.

[48] Bezieht sich auf den Streit mit Bock Emser, vgl. opp. v. arg. IV, 13.

[49] gemeint ist die Schrift gegen die Löwener.

[50] Polyklet aus Sicyon, ein berühmter Bildhauer der perikleischen Zeit, Plin. 34, 8, 19.

[51] Ps. 22, 22; Leo hier Wortspiel.

[52] vgl. Hutten's Briefe an Melanchthon vom 20. Januar (CR. I, 131) und 28. Februar (CR. I, 148); ferner CR. I, 201.

[53] vgl. Cicero pro domo 5, 12. — [54] vgl. Nr. 252, Note 2. — [55] vgl. Nr. 286, Note 3.

[56] vgl. Nr. 236, Einl.; Mel. an Heß, 8. Juni (CR. I, 202).

[57] s. diesen Brief vom 29. April bei Krafft, Briefe und Doc. S. 20. Crotus wähnte den Heß noch in Wittenberg, der aber bereits im Januar nach Breslau zurückgekehrt war (vgl. das Januar 1520 datierte Προπεμπτικὸν Mel.'s an Heß, CR. X, 481, wo aber statt bracho zu lesen ist: bracha = braca, Hose; vgl. Köstlin, Heß, S. 109), wohin ihm der Brief, zugleich mit einer Abschrift des Briefs an Luther, nachgeschickt wurde (vgl. CR. I, 202, Note 4).

[58] vgl. Mel. an Heß 8. Juni (CR. I, 202). Ueber diese Reise und die sich daran knüpfenden Hoffnungen für die Befreiung Deutschlands von Rom, sowie die Enttäuschung Hutten's s. Strauß, Hutten² S. 335 ff.

[59] vgl. Nr. 264, Note 6.

Nr. 301.

Wittenberg. 1. Mai 1520.

Luther an Spalatin.

Von hebräischen Büchern; von der Schwierigkeit für Adrian eine Wohnung zu beschaffen wegen des großen Zuflusses von Studenten; von der Angelegenheit der Wittwe Landmann; von aus Nürnberg erhaltenen Briefen.

Handschriftlich: **1.** Cod. Goth. B. 20. Nr. 9; **2.** Cod. Jen. a. f. 318; — Drucke: **3.** Aurif. I, 263; **4.** de Wette I, 442. — Deutsch: Walch XXI, 691.

Suo in Domino venerabiliter charo Georgio Spalatino, a sacris Saxoniae Electoris Principis, Christi servo.

Jhesus.

Salutem. Remitto literas Decani tui, adjunctis, quas ex Nurmberga accepi. Adrianus Matthaeus[1] pro libris hebraicis Doctori Paschae Magdeburgum scribendum censet[2]. Quod ubi tu prior feceris, faciam et ego, atque id cito; fac, ut fiat. De mea causa videro.

Affluit quotidie studentum numerus, sed non capit omnes civitatis angustia, multique coguntur retrocedere. Nec Adriano possumus, quod homini satis sit, hospitium providere, nec satis placet, alios extrudi propter eum, in quo tamen coepit laborare. Tu, si quid in hanc rem scripserit vel egerit (voluit enim ipse praesens illic agere), meam et Philippi sententiam tenes: nos non cooperaturos neque consensuros, ut e quaestoris domo seu ullius alterius ullus trudatur invitus; si vero benevolentia vellent cedere, libentes erimus grati.

Si potes responsum obtinere pro vidua nostra Landmannin, sive negativum, sive affirmativum, ob-

secro fac cito. Deprehendi enim in causa quoddam leviculum, sed quod me prope faciat poenitere operae insumptae: ita intricantur et perplectuntur hodie omnia. Denique egi, ut, si non omnia possunt ad libitum cedere, sineret ire, quod ire potest, cadere, quod cadit: esse pacem meliorem quam bellum. Nescio, an profecerim. Vale in Domino.

Ex Nurmberga Staupitianas literas accepi, laudantes tandem ac firmius sperantes in causa mea, quam antea solitus sum audire. Wenceslaus[3] sic scribit: Doctrinales Asinos accepimus[4], et bene sperat. Ita fluctuat navis mea: nunc spes, nunc timor regnat; sed mea nihil refert. Vittenbergae, Calendis Maji 1520.

Martinus Lutherus, August.

[1] Die nunmehr erfolgte Anstellung Adrian's meldet auch Melanchthon an Joh. Heß und Lang (CR. I, 161. 163).

[2] Dieselbe Angelegenheit berührt Luther im Brief vom 17. Mai, sagt aber da: ut D. Boss. de Alvesleben . . . denuo scriberes. Hieraus vermuthet Veesenmeyer in den Nachträgen bei de Wette III, daß dieser und Dr. Pascha Eine Person sind, was jedoch zweifelhaft erscheint. Ein „Ern Busse Doctor" kommt schon 1495 in Urkunden vor als Domherr in Magdeburg; 1520 hatte er in Abwesenheit des Erzbischofs den Vorsitz im Hofraths-Collegium zu Magdeburg; Stromer im Brief an Coppus vom 7. Januar 1520 (in Duae Epistolae, vgl. Nr. 274, Note 6) zählt unter den zu grüßenden Magdeburgern Busso de Alvesleven, Brandebergensis Praepositus, auf; in der Reformationsgeschichte Magdeburgs kommt bei Seckend. lb. I. §. 139. add. IV. ein D. Pascha sive Paschalis Alvensleben vor; ein D. Pascha Alv. wird bei Rathmann, Gesch. v. Magdeb. III, 381 als „Resident des Kurfürsten in Magdeburg" genannt, während Spalatin, Friedrich's des Weisen Leben, ed. Neudecker und Preller, S. 37 einen Doctor Pasca unter den Leibärzten des Kurfürsten Friedrich erwähnt, der auch noch an das Todesbett desselben berufen wurde, aber zu spät von Magdeburg ankam (S. 64). Ein Busso II. von Alvensl. ist vom 10. November 1522 (aber erst 1532 consecrirt) bis 4. Mai 1548 Bischof von Havelberg. Vgl. Wohlbrück, gesch. Nachr. von dem Geschl. von Alvensleben, Berl. 1819. Thl. 2, S. 231; Nachrichten über eine Alvenslebische Bibliothek S. 446; Journal von und für Deutschland 1792. S. 703; Förstemann, in der Hall. Allg. Literaturzeitung 1829. Sp. 23 f.

[3] Link. — [4] Die Condemnatio doctrinalis etc.

Nr. 302.

Wittenberg. 5. Mai 1520.

Luther an Spalatin.

Von Briefen; von Alveld's Schrift, auf die er durch seinen Famulus will antworten lassen; überträgt dem Sp. eine Danksagung an den Kurfürsten.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 62;. 3. Cod. Jen. a. f. 84; — Drucke: 4. Aurif. I, 264; 5. de Wette I, 445. — Deutsch: Walch XXI, 692.

Wir geben den Text nach 1.

D. Georgio Spalatino, Christi sacerdoti, suo in Domino charissimo[a].

Jhesus.

Salutem. Mitto literas ad Vitum Bildum[1], mi Spalatine, una cum Petri Aquensis[2] literis, sicut mandavit. Hutteno, Fabritio[3], Pelicano[4], Erasmo[5] scriptum est ab utroque nostrum et multis aliis.

Exiit tandem frater Augustinus Alveldensis cum sua offa[6], verum ineptior est, quam ut horas[b] perdam ei respondendo[7]. Ingenium, cerebrum, nasus, os, pilus, denique quicquid est ejus libri, bovem[8] illum Lipsicum refert: similibus ubique figuris et inventionibus hic utitur, quibus in sordidissimo libro suo usus est contra Pighardos[9]. Respondebitur ei ab aliis[10], et fratrem famulum meum[11] exercebo, ut in hunc stolidum bovem poëticetur et rhetoricetur.

Obsecro te, ut tu potius nomine meo Illustriss. Principi gratias agas. Scis enim, quam non facilis sim aures illas occupatissimas occupare meis literis. Deus bone, quantum confluit, quantum adhuc pro-

---

[a] Suo in Domino charissimo Magistro Georgio Spalatino, ducalibus a sacris et literis, integerrimo amico 4. 5. — [b] horam 4. 5.

mittitur literis multorum confluxurum ad nos hominum. Vale et pro me quoque ora. Vittenbergae, quinta Maij 1520.

Martinus Luther.

Literas Aquensis remitte responsuro mihi.

[1] Vitus Bild, Acropolitanus, coenobita apud S. Ulricum et Afram Augustae Vindelic., astronomiae studiosus. (Böcking, opp. Hutt. I, 345.) — Briefe von ihm an Pirkheimer aus den Jahren 1526—1528 in Heumann, Doc. lit.; Briefe an ihn aus den Jahren 1510—1528 bei Strobel, Miscell. 4, 36; Veith-Lotter, vita Conr. Peutingeri p. 211 bis 215.

[2] Petrus Aquensis, Canonicus apud Divum Martinum in Münster; vgl. Kappen's kl. Nachlese IV, 501. 513.

[3] Wolfg. Fabricius Capito. — [4] als Antwort auf Nr. 285.

[5] Diese Briefe fehlen noch sämmtlich bis auf den an Capito vom 30. April (vgl. Allgem. Evang. Luth. Kztg. 1883, Nr. 47: Ein fraglicher Brief Luther's, und 1884, Nr. 48: Der verschwundene Brief L.'s), der zwar abschriftlich vorhanden ist, dessen Edierung aber zur Zeit noch nicht gehobene Schwierigkeiten entgegenstehen. Wir hoffen, ihn später als Nachtrag bringen zu können.

[6] vgl. Nr. 296, Note 1. Alveld's These, die er mit 7 Gründen (er nennt sie gladii) vertheidigt, ist: Sedes apostolica seu cathedra Petri sola suprema, jure divino erecta, firmata et defensa, in qua Christo Deo nostro jubente praesideret Petrus et successor ejus, ut universalis ecclesiae militantis caput, pontifex summus, primus, papa, rector, pastor, unus et solus summus Christi vicarius, Romae tanquam in loco sibi congruo fixa atque situata est. (vgl. Seckend. lb. I. §. 70. add. II.)

[7] Erst als Alv. sein Buch auch in Deutsch herausgab, und Luther bemerkte, daß es auch bei gelehrten Leuten Eindruck zu machen begann (vgl. unten 17. Mai), antwortete er mit der Schrift „Vom Papstthum zu Rom, wider den hochberühmten Romanisten zu Leipzig" (Erl. 27, 85).

[8] Ochsenfart. — Als Luther in seiner Vorrede zum „Papstthum" rc. diesen Vorwurf wiederholt, daß nicht Alv. die Schrift gemacht, sondern nur seinen Namen dazu hergegeben (auch Mel. vermuthete das Gleiche, CR. I, 160), entsandte die Universität Leipzig ein paar Magistros nostros an Alv., ihn zu bitten, daß er in seinen Schriften Emsern, Ecken und Ochsenfarten der Beschuldigung entheben wolle, als ob sie Theil an seinen Schriften gehabt; wie Joan. Fritzhans (der spätere Reformator Magdeburgs, damals noch Gegner Luther's) in seiner Epistola exhortatoria ad fratrem Aug. Alveld. etc. (Juni 1520) erzählt.

[9] vgl. Nr. 219, Note 3.

[10] Joh. Doltsch Veltkirch, professor oratoriae in Wittenberg, schrieb noch im Mai: Confutatio inepti et impii libelli F. August. Alveld, pro D. Mart. Luth. (abgedruckt in Luth. opp. Viteb. II, 213, aber unter dem falschen Jahr 1521, ferner in CR. I, 167); auch gegen die Cölner und Löwener vertheidigte er Luther mit der Schrift: Contra doctrinalem Magistorum nostrorum damnationem Lovan. et Colon. studii Joannis Doelschii Veltkirchensis e sacris litteris petita Defensio pro Christianissimo praeceptore suo M. Luth. (Vitteb. ap. Melch. Lotther. 1520).

[2] Melanchthon selbst, der sich den Vorlesungen über Plinius nicht gewachsen fühlte, schlug dafür gleichfalls den Joh. Hessus, neben Balth. Fach und Joh. Cäsarius aus Cöln vor (an Spal., um 25. Juni, CR. I, 203), und später den Petrejus Aperbach aus Erfurt (10. Juli, CR. I, 207). — Uebrigens ist Heß hier nicht der Breslauer, sondern der Wittenberger Joh. Heß, auch Montanus, Ferreomontanus, Ferrarius, Eisermann (vgl. Nr. 214, Note 3; Nr. 247, Note 4), welcher 1521 Winter Rector in Wittenberg war, und 25. Juni 1558 als Prokanzler der Marburger Universität starb; vgl. über ihn F. W. Strieder, hess. Gel. und Schriftsteller, Gesch. IV, 92.

[3] Reuchlin wünschte Mel. nach Ingolstadt zu ziehen; vgl. Köstlin, Luther² I, 285, auch was Mel. selbst an Spal. schreibt CR. I, 262, welcher Brief aber nicht in den September, sondern in den Juli gehört.

[4] Mel. selbst verlangte (an Spal. CR. I, 262) nur für den Fall, daß aliud quid inciderit, nämlich seiner Verehelichung

eine Erhöhung seiner Besoldung; vgl. auch den Brief an Spal. vom 10. Juli, CR. I, 207. — Andere fanden den Gehalt Mel.'s in Wittenberg nicht unansehnlich, so Hutten an Julius Pflug, 24. Aug. 1518. (Böcking, opp. Hutt. I, 184.)

[5] Es ist wohl hier der von Luther, An den Adel ꝛc. (Erl. 21, 300) erzählte Vorgang gemeint, daß der Bischof Wilhelm von Straßburg sein Stift reformieren wollte, aber auf die Beschwerden seiner Capitularen vom Papst daran gehindert wurde. Röhrich in seiner Gesch. der Ref. im Elsaß erwähnt nichts davon.

[6] Gemeint sind die Herausgabe der Epitoma von Prierias (opp. v. arg. II, 79) und die Schrift: Vom Papstthum zu Rom wider den Romanisten zu Leipzig (Erl. 27, 85).

Nr. 320.

(Wittenberg.) 29. Juni 1520.

Luther an Spalatin.

Empfehlung eines gewissen Sigismund für ein theologisches Stipendium. L. will an Sickingen schreiben.

Original: **1.** anhalt. Ges.=Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 69; **3.** Cod. Jen. a. f. 88; — Drucke: **4.** Aurif. I, 269b; **5.** de Wette I, 460 (mit dem Datum 28. Juni). — Deutsch: Walch XXI, 701.
Wir geben den Text nach 1.

Viro erudito et pio, Magistro Georgio Spalatino, Christi servo, suo in Domino.

Jhesus.

Salutem. Hunc D. Sigismundum[1] mihi a te commendatum, mi Georgi, rursum tibi commendo cum causa sua. Quamquam enim scio, aulicam politiam talem esse, quae ut multis occupata, saepius indigeat monitorio, imo improbo quodam pulsatore, tamen importunitatis non est satis patiens. Verum tu ipse nosti hominem et hominis causam. Quod

enim agit, ideo agit, ut, dum Vittenbergae floret theologia, ei liceat discere, quod postea felicius possit docere: cum rari sint, qui docendi gratiam habeant, sicut hic videtur habere. In qua re, vides, quod mora non nisi obsit. Dilatus enim cogetur abire; et quis scit, quando occasio sit revertendi, aut si revertatur, an inveniat, quod nunc deserit? Itaque, quod potes, facies, ut praesumo, ut absolutus sciat, quid statuendum illi sit. Census beneficiales[2] sunt in Grymma, de quibus est quaestio, ut ex ipso plenius intelliges.

Literas ad Siccingerum cras parabo, hodie non potui occupatissimus nimis. Vale, vesperi[3] Petri et Pauli 1520.

Martinus Lutherus, August.

[1] Nach Seidemann bei de W. VI, 654 s. v. Chlumma, wäre dieser Sigismund der Nr. 135 und 141 vorgekommene adelige Sig. Clumme; jedoch war Cl. nicht inscribiert. — Am 24. April 1520 wurde ein Sigismundus Montanus de Grimmis, dioc. Merseb., inscribiert (Alb. p. 90).

[2] Nach de Wette ad h. l.: Stipendium für Studierende?

[3] de Wette verwechselt hier vesper und vigilia und datiert deßhalb 28. Juni; aber vesper ist Abend, als Tageszeit.

Nr. 321.

(Wittenberg.) (Juni oder Juli? 1520.)[1]

Luther an Spalatin.

Von dem für Lotther auszuwirkenden kaiserl. Privilegium für die Postille. — Nachschrift: von dem Fegfeuer.

Handschriftlich: **1.** Cod. Jen. a. f. 13; — Drucke: **2.** Buddeus p. 17; **3.** de Wette I, 463. — Deutsch: Walch XXI, 767.

Wir geben den Text nach 3.

Jhesus.

Salutem. Egit mecum Lottherus[2], mi Spalatine, de Postillis (ut vocant) excudendis. Sed si fieri posset, cupit privilegium imperiale ad aliquot[a] annos, in quibus per Germaniam non liceret ulli aemulari, quod per Principem nostrum putat optime posse impetrari. Hoc modo fieri censet, ut typi Vittenbergenses et latius et citius vulgarentur, in augmentum nominis nostrae Academiae. Atque utinam hoc consilio hactenus usi libellos nostros in plurimorum manus misissemus, et impiorum veritatis hostium vim et insidias in cordibus vulgi praeoccupassemus: terruisset forte tyrannos impietatis tam subita veritatis invulgatio et cordium praemunita institutio. Tamen in hoc expecto, quid Dominus per te quoque consultet. Vale.

Martinus Luther.

De purgatorio nihil certius quam aliquot Psalmos habeo, ut VI. XII. LXXXVII.[3] et alii quidam, qui de ea poena loquuntur. Praeter hos Taulerus manifeste multis in locis idem habet. Qui haec non capit, nullius verbis capiet, superat enim omnem sensum, sicut et omnia alia futuri seculi. Itaque nisi expertus aliquo modo, non potest verbis illis addere quippiam, nec ea tractare, nec intelligere.

[1] Budd. setzt diesen Brief fälschlich in's Jahr 1522; de Wette zwischen den 9. und 10. Juli 1521, und zwar auf Grund einer zweiten, schon von Budd. zu diesem Briefe gezogenen Nachschrift, die aber zu Nr. 323 gehört (vgl. daselbst die Einl.). Wenn wir auch, nach Wegfall dieser Nachschrift, keinen sicheren Anhaltspunkt für die Datierung besitzen, so stehen wir doch nicht an, ihn unter Bezug auf das Nr. 312, Z. 23 f. über den Druck der Postille Gesagte in die oben angegebene Zeit zu setzen. — Seidemann bei de W. VI, 604, Note 5 bemerkt zu diesem Briefe: „Wahrscheinlich war es dieser Brief, wenn nicht Nr. CLXXII [= Nr. 243 unserer Ausg.], der als Originalbrief Luther's an Spal. über die Lehre vom Fegfeuer für 400 Francs in Paris im J. 1852 versteigert

---

[a] aliquod 3.

wurde .... Bulletin du bibliophile Belge. Sér. II. T. I p. 146."

[2] Die Verhandlungen mit Lotther müssen zu keinem Resultat geführt haben, denn nicht er, sondern Grünenberg druckte März 1521 die lat. Postille; vgl. Erl.[2] 7, S. IX.

[3] Ps. 6, 6; 13, 4; 88, 4.

Nr. 322.

(Wittenberg.) 9. Juli 1520.

Luther an Spalatin.

Der Kurfürst hatte L.'n Briefe aus Rom, welche von der Luthern drohenden Gefahr Nachricht gaben, zugeschickt mit der Anfrage, was man antworten solle. Luther entzieht sich mit Bescheidenheit dieser Aufforderung, und erklärt, daß er weit entfernt sei zu verlangen, daß der Kurfürst sich seiner Sache annehme; er möge sich nur nicht als Vollzieher des ungerechten Urtheils, mit welchem man ihm drohete, gebrauchen lassen.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Jen. a. f. 89; — Drucke: **3.** Aurif. I, 270b; **4.** de Wette I, 461. — Deutsch: Wittenb. IX, 95b; Jen. I, 232; Altenb. I, 478; Leipz. XVII, 315; Walch XV, 1670. Wir geben den Text nach 1.

Suo optimo et charissimo[a] Georgio Spalatino, a sacris ducalibus, servo Christi, amico fideli.

Jhesus.

Salutem. Legi tacitus, mi Spalatine, literas istas Romanas[1], magno cum dolore, tantam videns in tantis ecclesiae verticibus hebetudinem et impietatem. Timeo eos conscientiae et veritatis luce sic confusos, ut nullius amplius esse queant judicii et sensus. Damnant mea, et simul fatentur ea esse ingenii et eruditionis, deinde nec lecta, nec legi petita sibi. Dominus nostri omnium misereatur.

---

[a] Erudito et pio 3. 4.

Ego sane quid Principi optimo consulere possum ad scribendum? Ideoque ad te potius scribo. Primum tu nosti, quam[b] justiore causa ego querularer, quam ipsi: testes sunt mei editi libelli, in quibus toties confiteor et queror, me in hanc rem nulla libidine venisse, sed per vim tractum esse. Deinde toties obtuli pacem et silentium. Ubi autem non rogo et extorquere conor informationem meliorem? Adhuc sic sum animatus, ut taceam, si tacere permittar, hoc est, si illi quoque compescantur.

Omnibus notum est, Eccium nulla alia causa me rapuisse in rem Pontificiam, quam ut me, nomen meum, omnia mea, denique Universitatem nostram in ludibrium poneret et conculcaret. Nunc, cum videant homini divinitus resisti, me gloriae insanae accusant. Quid ego gloriam quaeram miser, qui aliud non peto, quam ut privatus et latentissimus, deserto publico, agere sinerer?

Habeat officia mea, qui volet, exurat mea, qui volet: quid amplius faciam, rogo? Sed hoc simul dico, si non permittor ab officio docendi et ministerio verbi liber esse, certe liber ero in ministerio fungendo. Sat multis peccatis sum onustus, non addam etiam hoc irremissibile, ut in ministerium positus ministerio desim et reus inveniar impii silentii, neglectae veritatis, et tot millium animarum. Jactet ille Cardinalis[2], ecclesiam suam non egere defensione: cur ergo defendit?

Omnibus modis placet, ut Illustrissimus Princeps se prorsus alienum gerat a causa mea, sicut hucusque gessit, et me in publicum projiciat vel erudiendum vel convincendum: se vero, ut eruditorem agere non possit, ita nec judicem velle nec executorem, nisi producta et exposita sententia. Nec videre se, quomodo sine cognita causa, quam et ipsi ne verbo quidem tangunt, possit quenquam sive Turcam sive Judaeum plectere, nisi velint Romani,

---

[b] quod 3. 4.

ut ipsis hominibus plus obediat, quam Deo, et in eum grassetur, quem nesciat, nocensne an innocens sit, quod salva conscientia fieri non potest, nec ad talem conscientiam ullis praeceptis ne divinis quidem urgeri queat.

Plectant Sylvestrum, Eccium, Cajetanum et alios, qui pro gloria sua hanc Ecclesiae Romanae sine ulla causa moverunt tragoediam; ego sum extra noxam. Quicquid feci et facio, coactus facio, semper quiescere paratus, modo veritatem evangelicam non jubeant quiescere. Nihilque[c] a me non impetrabunt, imo oblata omnia sponte habebunt, si salutis viam christianis permittant esse liberam. Hoc unum peto ab illis vicissim, ac praeterea nihil: quid honestius peti potest? Non peto galerum[3], non aurum, non quicquid Roma hodie in pretio habet.

Aut si hoc non impetro, ministerio privent, et in angulo deserti sinant vivere et mori. Ego miser invitus doceo; simul tamen pro eo patior mala, cum caeteri et libenter doceant, et pro eo honorentur; prorsus non potest animus meus sic affectus vel minas timere, vel pollicitationes suspicere[d]. An quaerunt, ut metum vel spem violenter insculpam in animum, vel foris tantum simulem?

Habes quid sentiam. Caeterum spero Illustrissimum Principem ita scripturum, ut capita ista Romana intelligant, Germaniam fuisse hactenus non sua, sed Italorum ruditate per occultum Dei judicium oppressam. Vale, et recipe omnia clausa, sicut misisti. Altera Kiliani 1520.

Martinus Lutherus.

[1] Spal. ap. Menck. II, 601: Eodem die (näml. fer. VI. Octava St. Apostolor. Petri et Pauli = 6. Juli) Princeps meus Fridericus accepit literas ex Urbe, ut D. Raphaëlis Cardin. S. Georgii (Raphael Petrucci, Card. seit 1517, gestorben 1522, der jedoch in den Cardinalsverzeichnissen als tit. St. Susannae aufgeführt wird), ita Doct. Valentini a Tetleben (damals kurf. Agent in Rom) ἐν πράγματι τοῦ Μαρ-

---

[c] Nihil 3. 4. — [d] suscipere 3. 4.

τίνου Λουθήρου; vgl. auch CR. I, 208. — Der Brief des Cardinals (Original zu Weimar) datiert Romae 3. Apr. 1520. Die Antwort des Kurf. (Concept in Weimar) in opp. v. arg. II, 351 ist nicht ex Augusta, 5. Augusti 1518, sondern aus Lochau 10. Juli 1520 datiert (Knaake bei Köstlin[2] I, 789). Die Antwort an Teutleben in opp. v. arg. V, 7 ist gleichfalls falsch: Kalend. April. 1520 datiert, sie fällt, da darin (S. 8, Z. 16) die Oblatio sive Protestatio Lutheri (opp. v. arg. V, 4) erwähnt wird, erst in den August d. J., und mögen beide Briefe zusammen nach Rom gegangen sein (vgl. Köstl. I, 795 zu S. 365 und 366). — In der gleichen Sache schrieb später, am 3. Juli auch Urbanus de Serralonga (vgl. Nr. 98, Note 9) an den Kurfürsten; der Brief bei Cyprian, Nützl. Urk. II, 168.

[2] nämlich der Cardinal Raphael Petrucci.

[3] Cardinalshut.

Nr. 323.

Wittenberg. 10. Juli 1520.

Luther an Spalatin.

Von der Gehaltszulage für Melanchthon, der Bulle aus Rom, dem in Erfurt gedruckten Eccius dedolatus, von Pet. Aperbach als zu gewinnendem Lector des Plinius, von Dr. Wick. Sendet den Brief Sylv. v. Schauenbergs, von dessen Inhalt der Kurfürst in seinem Antwortschreiben an den Cardinal St. Georgii Einiges könne einfließen lassen. — Nachschrift: Noch etwas, das der Kurfürst seinem Antwortschreiben beifügen könne.

Original: **1.** (des Briefes) anhalt. Ges.=Arch.; **2.** (der Nachschrift) Cod. Gothan. A. 122. Bl. 16 (mit der Aufschrift von alter Hand: Haec schedula pertinet ad epistolam (de supplicatione pro Philippo), quae data est 10. Julii 1520); — handschriftlich: **3.** Cod. Dessav. A. Nr. 70 (bloß Brief); **4.** Cod. Jen. a. f. 90 (Brief), f. 13 (? Nachschrift); — Drucke: **5.** Aurif. I, 272^b (Brief); **6.** Buddeus p. 17 (Nachschrift, in's J. 1522 gesetzt); **7.** de Wette I, 465 (Brief), 464 (Nachschrift). — Deutsch: Walch XV, Anh. LXII (Brief) und XXI, 767 (Nachschrift).

Wir geben den Text nach 1 und 2.

Erudito et pio viro, D. Magistro Georgio Spalatino, a sacris principalibus, suo in Christo majori[a].

Jhesus.

Salutem. De supplicatione pro Philippo[1] facienda ipsemet scripsit ad te, mi Georgi, in qua non habeo quod pluribus agam. Caeterum paene opto venire famosam illam e Roma bullam in meam doctrinam ferocientem. Eccium dedolatum[2] Errfordiae excusum hodie me recepturum spero. De Petro Aperbacchio quid scribat Langus[3], vides. Ipse nosti hominem a puero, quanto sit ingenio. Forte Deus nobis occasionem eam[b] offert, quam nollem abjici, nec puto alium facile reperiri, qui ad Plinium aeque sit commodus. De Cortisano Doctore Viccio[4] non erat ullum periculum; nec admissurus sum quoslibet.

Mitto literas[5] Franci[c] Equitis Sylvestri Schauenbergensis[d] et nisi molestum esset, vellem in literis Principis id subindicari Cardinali S. Georgii[6], ut scirent, etiamsi me pellerent diris suis e Vittenberga, nihil effecturos, nisi ut rem pejorem e mala reddant, quandoquidem jam non in Boëmia, sed media quoque Germania sint, qui expulsum tueri possint et velint invitis ipsis contra omnia sua fulmina. Ubi periculum est, ne iis protectoribus tutus saevius in Romanenses sim grassaturus, quam si sub Principis imperio publicis militarem officiis docendi, id quod sine dubio, nisi Deus obsistat, futurum est; Principem vero, ut hactenus in multis suspexi, etiam irritatus, tunc certe non necesse erit suspicere. Itaque quae illis a me nondum sunt illata, nec meae modestiae, nec suae tyrannidi aut meritis, sed Principis nomini et autoritati, tum communi studiosorum Wittenbergensium causae sciant deberi. A me quidem, jacta mihi alea[7], contemptus est Romanus

---

[a] Suo optimo et charissimo, Domino Georgio Spalatino, a sacris ducalibus, servo Christi, amico fideli 5. 7. — [b] † nobis (alſo zweimal) 1. — [c] Francici 5. 7. — [d] 1: Schauenberge; 5. 7: Schauenberg.

furor et favor: nolo eis reconciliari nec communicare in perpetuum. Damnent exurantque mea, ego vicissim, nisi ignem habere nequeam, damnabo publice, que concremabo[8] jus pontificium totum, id est, lernam[9] illam haeresium, et finem habebit humilitatis exhibitae hactenusque frustratae observantia, qua nolo amplius inflari hostes evangelii.

Quanto magis epistolam Cardinalis Georgiani cogito, tanto magis eos contemno, quos mera ignavia et pessima conscientia video convulsos, velut extremo halitu simulare ferociam. Vi tentant suam ignorantiam tueri, sed metuunt, ne non, sicut heri et nudius tertius[10], feliciter succedat. Dominus autem, qui scit me esse teterrimum peccatorem, suam causam sive per me, sive per alium perficiet, quod non dubito. Vale. Vittenbergae, decima Julii 1520.

Martinus Luther, Aug.

Eingelegter Zettel.[e]

Quod si Princeps etiam hoc adjiciat: esse Lutheranam doctrinam sic propagatam et radicatam per Germaniam et ultra, ut nisi ratione et Scripturis eam Romani vincant, vi et censuris nihil aliud futurum timeri, quam ut Germania bis Boëmia[f] fiat. Sunt enim, quod ipsi sciunt, Germanorum ferocia ingenia, quae nisi capta sint Scripturis et ratione, non est vel multis Papis[g] irritare tutum, praesertim hoc tempore, ubi in Germania regnant literae et linguae, et sapere incipiunt laici. Itaque se, ut christianum decet Principem, praevenire et monere, ne quid temere tentent ullis freti viribus, nisi primum reddita ratione manifesta, ne tumultum contra se suscitent incomponibilem. Crederem haec indoctos illos et pavidos Romanistas vehementer concussura. Tamen judicium tuum esto in his et omnibus.[h]

---

[e] Dieser eingelegte Zettel ist von 6 und ihm folgend von 7 als Theil des Briefs Nr. 321 angesehen worden. — [f] Boema 6. 7. — [g] 6 und 7 haben: hier . . ., es fehlt aber nichts. — [h] † Vale 6. 7.

[1] vgl. Nr. 319; der Brief Mel.'s CR. I, 262 (vom Juli, nicht September).

[2] vgl. Nr. 281, Note 1.

[3] vgl. Nr. 319, Note 2; Mel. an Spalat. CR. I, 207. — Peter Eberbach, seit 1509 Petrejus genannt, Sohn eines Erfurter Arztes, 1497 zu Erfurt immatriculiert, 1508 Magister, brachte es bei seinen unstäten Studien trotz hoher Begabung zu keiner Lebensstellung. (Krause, Mutian's Briefe, S. 97, Anm. 1.)

[4] Johann v. Wyck, aus Münster stammend, Geburtsjahr unbekannt, war Sachwalter Reuchlin's in Rom gewesen, von wo er jetzt zurückkehrte; über sein Leben in den nächsten Jahren fehlt uns jede Kenntniß. 1528 wurde er Syndicus zu Bremen, als welcher er an wichtigen Stände-Verhandlungen theilnahm; bei Einführung der Reformation in Münster kehrte er dorthin zurück, verließ diese Stadt aber wieder, als die Wiedertäufer zur Herrschaft kamen. Auf dem Rückweg nach Bremen wurde er von den Bischöflichen im November 1533 gefangen genommen und im Kerker heimlich enthauptet. Vgl. sein Leben von Hasaeus in der Biblioth. Bremens. Cl. II. Fascic. I.; ferner Cornelius, Münster. Aufruhr I, 192 ff. 207; II, 146, 150; Uhlhorn, Regius 297.

[5] Nr. 313.

[6] vgl. Nr. 322, Note 1; in dem Brief des Cardinals an den Kurf. war schon die Bannbulle gegen Luther angedeutet, vgl. Seckend. I, 111. §. 71.

[7] vgl. Nr. 292, Note 3.

[8] Paul Amnicola (Bachmann, Abt zu Alten-Celle), Martin luther Wy es eyn man sey 2c. 1522, Bl. E: „Nu sage ich das vor Gotte 2c., daß ich, ehe Luther bebstliche Bucher vorbrennt, hab hören sagen, daß Luther sich beruhmbt bei etzlichen des Ordens, wo man öhm seine Bucher worde vorbrennen, wollt er weder bebstliche Bucher vorbrennen.“ (Burkhardt ad h. l.).

[9] vgl. Nr. 85, Note 2.

[10] Erasm. Adag. s. v.: Heri et nudius tertius, proverbialis hyperbole tempus admodum nuper actum significans.

Nr. 324.

(Zwickau.) 13. Juli 1520.

Thomas Münzer an Luther.

Auf Anregen des Rathes von Zwickau erbittet sich M., unter Darstellung dessen, was er gegen die Mönche daselbst gepredigt, auch was seine

Gegner, namentlich der Mönch Tiburtius von Weißenfels, gegen ihn vorbringe, Luther's Rath und Beistand, indem er sich erbietet, den Stellvertretern des Bischofs von Naumburg sich zu stellen und seine Predigten zur Beurtheilung zu übergeben.

Druck: 1. J. K. Seidemann, Thom. Münzer. 1842. S. 112, Beil. 6 (nach der im Hauptstaatsarchiv in Dresden befindlichen Handschrift Münzer's.)

[1]***Jesus tecum.***

Commisit mihi senatus, suavissime pater, tuis uti consiliis in causa adversus criminatores meos, qui tota die furibundi agitantur spiritu vertiginis, ut me nunc huc, nunc illuc trahant, imbribus magni maris aspersum. Coram privilegiorum suorum conservatore me citaverunt, ut cogant me revocare, quae non in monachos mendicantes, sed universos hypocritas protuli, qui omnes pro fragmine panis vivificant animas, quae non vivunt[2], et suis longis orationibus comedunt domos viduarum[3], non fidem in morientibus, sed insatiabilem avaritiam quaerentes. Hos dixi hucusque seduxisse ecclesiam Dei, sive sint monachi, sive sacerdotes; laicos dixi similiter reos, qui prorsus orationem et gemitum pro animarum pastoribus neglexerunt, unde merito Dominus ovibus caecis dedit speculatores caecos. Sic semper conjungo et monachos, sacerdotes et laicos esse in culpa, nullum excipio, nulli parco, omnes quandoque opportune importuneque moneo[4], ut resipiscant. Ego fateor plane, me dixisse in die Ascensionis Domini[5] de cavendis monstris galeas et fidei scuta[6] portantibus, significatione cerimoniarum, quibus tumultu molestissimo garriunt, se propugnasse ecclesiam alioqui dudum in nihilum redactam. Talibus insaniunt coram plebe clamoribus et me blasphemum in sanctos ordines querulabunda voce deplorant, dicunt me non geminam charitatem aedificare, sed destruere etc. Omnes insanias falsas aemulorum ego in exercitium dulcissimum fidei meae amplector, consolante evangelio[7]: Si sermonem meum receperunt, vestrum recipient etc. Si Christi sermonem perverterunt, et meum pervertunt. Scio verbum Domini inane non reverti[8], scio in omni loco

oculos Domini bonos et malos contemplari[9]*, qui nihil aliud, nisi quod suis pectoribus inseritur, spirant et judicant. Tu mihi in Domino Jesu patrocinium es; rogo, ne porrigas aures tuas obloquentibus me, non credas iis, qui me dixerunt inconstantem, mordacem et sexcentis nominibus aliis dehonestarunt. Non facio strepitus pollicis, omnia propter Christum meum sunt mihi gratissima, graviora certamina mihi restant, ego viriliter confido Deum singula destinare per tua et omnium christianorum consilia. Crux mea nondum integra, totus enim senatus*[10] *mihi adjutorio est et fere universa civitas, quae molestissimam avaritiam hypocritarum quasi a cunabulis novit, monuitque me, ut tuo suasu appellarem consilium futurum contra harpyas omnia dilaniantes. Senatus scripsit Principi Johanni, ne divinum verbum praedicantes molestent. Ipse senatus omnia paene verba, quae praedicaverim, auscultavit. Ego etiam obtuli me paratissimum vices Episcopi Nunburgensis gerentibus*[a][11] *ad reddendam rationem fidei meae, omnesque sermones meos obtuli eisdem, si quid in eis contra christianam modestiam reperirent, emendarem. Minores nec uno nec altero satiantur, omnium hominum opplent aures, ambulant in circuitu de domo in domum evolantes*[b] *contra inimicissimum hostem, dicunt se fame cruciari et emori. Si suggesseris, omnibus praesidibus respondebo; si appellandum sit, scribe; si eis assignanda sit disputatio, insinua; quodcunque suaseris, facturus in Domino. Ambae aures tuae tinnient in tam sonoris positionibus:*

Christus semel mortuus est, ne in nobis moriatur, neque suum sacramentum nobis in consolationem sit, nec suum exemplum in imitatione transformetur. In missarum officio consequimur, ne patiamur in hoc mundo.

Novi concionatores nihil aliud praedicant, nisi evangelium, sed pessime: per id contradicentes mandatis hominum, quae maxime sunt observanda. Multa sunt addenda evangelio.

Non est jugiter secundum evangelium vivendum.

---

[a] Orig.: gentrentibus. — [b] oder ejulantes; Orig.: eulantes.

Paupertas, si esset evangelica, non permitteret regibus etc. potiri divitiis mundi.

Si exemplum fidei dandum est in abrenuntiatione divitiarum a pastoribus animarum et religiosis, ut suis ovibus praesint verbo et exemplo, igitur etiam a principibus, regibus tanta est observanda paupertas, ut nihil habeant et sint mendicantes.

Non est praeceptum evangelii[12]*: Si quis te in unam maxillam percusserit, ut praebeas ei alteram. Est allegatio haereticorum, ut libere persequantur ecclesiam, ne nos brachium saeculare invocemus.*

Praedestinatio est res imaginaria, non debet poni in fidem, ut per eam nos certos sciamus, sed in opera, a quibus non est avertendus populus, ut ardeat candelas et virtuosissima opera faciat populus mihi semper charus Zwickaviensis a 24 annis.

Aeterna beatitudo non potest dici regnum fidei, quod intra nos est, cum ipsa sit solum in futura patria; hic sumus incertissimi de beatitudine nostra.

Hos articulos coram populo in sermone simul effudit.

Totis visceribus monui hunc Patrem Ordinis Minorum, Tyburtium de Weysenfels, ne tantos errores contra salutem animarum spargeret in populum, vel rationem suae fidei mihi et senatui redderet per solidas scripturas et genuinos earum sensus. Ipse, omni bellua crudelior, nec unum nec alterum dixit se facturum, sed me a toto ordine confidenter asseruit obruendum, ascendit currum furibundus athleta plenus maledictis. Ego furorem suum subsannavi, nihil pavitans, etiam si universa mendicantium cohors me citet, dilaniet vel mactet. Opus meum non ago, sed Domini. Non patiar, quousque spiritus unicus me animaverit, has naenias, has larvas hypocritarum, contrariabor incessabili gemitu et tuba verbi Dei, ne nomen Domini blasphemetur ab iis, qui maxime christiani videri velint, cum pedes eorum velocissimi[13] *sint, ut ipsi tumultum in populo Dei faciant et terram coelo misceant. Si suaseris cum sincerissimis fratribus meis, Doctore Grosen*[14] *et vices ejus gerente et graecae linguae praeceptore*[15] *reliquisque magistris, meis ad-*

jutoribus, scribam contra has positiones, ut discant adversarii crucis nomen Dei sanctificare et os blasphemum continere, ut lux consolationis nostrae luceat omnibus, qui in domo Domini sint[16]. *Quid in omnibus iis tibi christianum videtur, significa. Ex pristino periculo meo certissime credo, me segregatum in alia mundi certamina, qui me eripuit de stagno perniciosissimo, eruet me de manu bestiae et leonis*[17] *et draconis, ut non timeam, si ambulavero in medio umbrae mortis, quia Dominus mecum*[18], *tamque bellator fortis. Ipse dabit os et sapientiam, quibus non poterunt resistere*[19] *omnes adversarii nostri. Quid amplius desiderare debeam? In Christo vale, specimen et lucerna amicorum Dei. Datum in die Margarethae anno Domini 1520.*

Tomas Munczer
g . . . u . . . p evangelium.

[1] Wenn auch ohne Adresse, doch an Luther. Vielleicht mochte M. schon damals nothwendig finden, wozu er später 1523 dem Schösser zu Alstedt Hans Zeis öffentlich rieth: Laßt uns allzeit unsers Schreibens Copei behalten treulich. (Seidem. S. 8**.) — Münzer war Prediger an der Pfarrkirche zu St. Marien, wo er am Sonntag Rogate (13. Mai) 1520 seine erste Predigt hielt. Vgl. auch Nr. 307, Note 2.

[2] Ezech. 13, 19. — [3] Matth. 23, 14. — [4] 2 Tim. 4, 2.

[5] Ueber diese Himmelfahrtspredigt, worin er u. a. sagte: die Mönche hätten Mäuler, daß man wohl ein Pfund davon abschneiden könnte und behielten doch Mauls genug, vgl. Seidem. S. 6.

[6] Ephes. 6, 16 f. — [7] Joh. 15, 20. — [8] Jes. 55, 11. — [9] Spr. Sal. 15, 13.

[10] besonders der Bürgermeister Dr. Stuler; Seidem. S. 8.

[11] Nicol. Tilemann, Custos, Canonicus und Vicarius Citzensis noch 1525; vgl. Kappen's kl. Nachl. II, 469; Weller, Altes I, 731. 736; Schöttgen und Kreysig, dipl. Nachl. XI, 103. (Seidem. ad h. l.)

[12] Matth. 5, 39. — [13] Röm. 3, 15.

[14] Donatus Groß, (?) Naumburger Domherr, der bei dem Kurf. viel vermochte.

[15] d. i. Melanchthon. — [16] Matth. 5, 15 f. — [17] vgl. 2. Tim. 4, 17. — [18] Ps. 23, 4. — [19] Apstgsch. 6, 10.

Nr. 325.

(Wittenberg.) 14. Juli 1520.

Luther an Spalatin.

Klagt den Rector der Universität an, daß er bei dem Studentenaufruhr falsche Maßregeln ergriffen; will, daß dem Aufruhr mit Strenge gesteuert werde. Bitte um Rücksendung des Briefs von Schauenberg.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 71; **3.** Cod. Jen. a. f. 92; — Drucke: **4.** Aurif. I, 273[b]; **5.** de Wette I, 467. — Deutsch: Walch XXI, 702.

Wir geben den Text nach 1.

Erudito et bono viro, Magistro Georgio Spalatino, a sacris principalibus, suo in Domino majori.

Jhesus.

Salutem. Obsecro te, si quid vales apud Illustrissimum Principem, mi Spalatine, age, ut Princeps durissimas et acerbissimas Rectori nostro[1] scribat literas. Is enim prae insigni amentia sua heri omnes nos paene caedi et sanguini involvisset, homo insanus, concitans seditiones vulgi studentum[2] adversus senatum et innoxium populum, quas compescere debuit. Intereram concilio, ubi insaniebant toto Baccho; nihil dicebatur, nisi quod ferociam adolescentum magis accenderet. Urit me ista confusio Academiae nostrae, quae opprobrio tandem vertetur. D. Petrus Lupinus[3] optime locutus adversus seditionem, ita acceptus est a D. Thoma Eschaus[4], ut ego statim surgerem et abirem, Satanam videns huic praeesse concilio. Denique arma ferri adolescentibus permisisse dicitur, contra Principis mandatum.

Expedit minore numero hic studeri, quam his seditionibus patere. Quotquot boni sunt, damnant

hanc insaniam. Cras et in concione operam dabo, si quid compescere queam, Deo propitio. Nihil eorum est servatum, quae Princeps novissime decrevit; senes fuerunt insaniores juvenibus. Scio Satanae esse negotium, qui cum nusquam possit nocere verbo Dei apud nos redeunti, hac arte saltem ei infamiam quaerit; veruntamen contra nitendum est, quibus fieri potest studiis, ne praevaleat cum viris istis sanguinum.

Caeterum credo te literas omnes accepisse a me datas una cum Sylvestri Schawenbergensis[5], quas remitte legendas amicis. Vale, et pro me ora. Sabbatho post Margarethae 1520.

Martinus Luther, Aug.

[1] Peter Burkhard, Rector seit 20. Mai; vgl. über ihn Nr. 198, Note 9. Wahrscheinlich mit in Folge der hier berührten Verdrießlichkeiten verließ er nach Ablauf seines Rectorats Wittenberg und ging nach Ingolstadt zurück, wo wir ihn unter den Professoren finden, von welchen 1523 die 17 Artikel ausgingen, welche Luther's Lehre als ketzerisch verdammten, und gegen welche dieser 1524 seine Schrift: Wider das blinde und tolle Verdammniß der 17 Artikel (Erl. 29, 75) schrieb.

[2] Ueber den Anfang dieser Unruhen vgl. Nr. 274, Note 14. — Im Weimarer Archiv befindet sich ein Aktenfascikel: „Der Studentenufflauf wider Lucas Cranach den Mahler anno 1520". Ausführlicher dargestellt ist dieser Studentenaufruhr von Förstemann in den N. Mitthl. VIII, 2. S. 51; Köstlin, Luth.^{2} I, 339; Schuchardt, L. Cranach I, 71; Lindau, Cranach 138. — Wiederholte Reibungen zwischen Studenten und Bürgerschaft hatten ein kurf. Verbot des Waffentragens veranlaßt, an das sich aber besonders die Gesellen Cranach's nicht kehrten. Es fanden darüber Zusammenrottungen der Studenten statt, auf deren Seite einige Professoren, namentlich Juristen, besonders der Propst Hennig Göde und Wolfg. Stehlin (nicht: Reißenbusch, wie es bei Förstem. heißt), sowie auch die Barfüßermönche standen, auf deren Kirchhof die Studenten ihre Zusammenkünfte hielten. Außerdem scheint auch von Leipzig aus der Aufruhr geschürt worden zu sein. Nach der von Joh. v. Dolzig geführten Untersuchung wurde ein Theil der Studenten relegiert, ein anderer sollte durch die Universität gestraft werden. Ein von der Universität am 27. Juli an den Kurfürsten gerichtetes Schreiben (N. Mitth. S. 54) mit der Bitte, im Interesse der Frequenz der Universität alle weitere Untersuchung niederzuschlagen, welches neben Andern auch Bal-

thasar v. Promnitz (de Lessendorff, nobilis dioc. Vratislav., immatriculiert 11. Juni 1519, Alb. p. 83; 1539—1562 Bischof von Breslau) überbrachte, wurde abschlägig beschieden, vielmehr der Befehl zu strenger Untersuchung gegen die Anstifter des Aufruhrs aufrecht erhalten. Ueber den weiteren Verlauf der Untersuchung sind keine urkundlichen Nachrichten vorhanden; doch scheint die Spannung nicht so schnell sich gelegt zu haben. Noch am 6. August rechtfertigt sich Luther gegen Spalatin wegen seines Verhaltens. Auch die Sache mit Hans Schmal im Brief vom 10. März 1523 scheint sich auf diese Angelegenheit zu beziehen. — An dem nämlichen Tage, wie hier Luther an Spal., berichtete auch der Schösser von Wittenberg Gregor Bürger an den Kurfürsten nach Liebenwerda (N. Mitth. S. 61).

[3] vgl. Nr. 77, Note 6.

[4] Th. Eschaus oder Eschhausen (Alb. p. 2, Wintersem. 1502: Thomas Eshaus universitatis Notarius) war Professor der Medicin; 1524, 18. Novb., empfiehlt ihn Luther zur Stelle des abgehenden Stagmann; 1527 war er noch Hausarzt bei Luther (vgl. auch Kawerau, Jonasbr. I, 115); 1528 nennt ihn Agricola, Sprüchw. (ed. 1534, Bl. 6): Er Thomas Eschius, ein Mann von 90 Jahren, der Erznei Doctor zu Wittenberg, ein Kölnisch Mann.

[5] Nr. 313.

Nr. 326.

(Wittenberg.) 17. Juli 1520.

Luther an Spalatin.

L. hat gegen den Aufruhr gepredigt, aber keinen guten Eindruck damit gemacht; sieht denselben als sehr bedenklich an. Ueber Neuigkeiten aus Rom.

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. a. f. 92; — Drucke: 2. Aurif. I, 274b; 3. de Wette I, 468. — Deutsch: Walch XXI, 704.

Wir geben den Text nach 3.

Erudito et pio viro, Magistro Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae, suo in Christo charissimo.

Jhesus.

Salutem. Visionem illam Liranam[1], mi Spalatine, nihil aliud arbitramur esse, quam hanc

ipsam seditionem. Magnus vir crassum scilicet vulgus significat fere in omnibus prophetiis et visionibus. Habui heri[2] orationem e suggestu adversus seditionem ita temperatam, ut nulli parti affectus essem, absolute malum seditionis describerem, sive ea per cives sive studentes concitaretur, commendans potestatem magistratuum in hoc a Deo institutam, ne seditionibus omnia vastarentur. Deus bone, quantam mihi invidiam concitavi![3] Clamant me partes senatus egisse, et prodeunt tandem cogitationes cordium, quibus intelligi possit, qui vere et qui ficte nostram theologiam audierunt. Oportet enim hoc cribro paleas et triticum discerni. Ego belle video Satanam, qui cum Romae et apud exteros nihil videat sese promovere, hoc malum invenit, ut intus et pessime noceat.

Res fuit principio parva, sed ecce, quanto magis tractatur, tanto acrius corripit et acuit corda, quod proprie diabolici ingenii est, ut unde putes mederi, inde morbum ille augeat. Non ego eum timeo, sed metuo, ne Dominum aliqua ingratitudine vel vana gloria offenderimus, qui infensus permittat Satanam sic irrepere in medium filiorum Dei. Nec hoc adeo me movet, quam id quod futurum timeo, nempe ne indurati per Satanam et occupati, simus incorrigibiles, quo compleamus iniquitates nostras, et veniat ira Dei et percutiat nos aliqua insigni plaga in confusionem nostram, qui verbum Dei nobis oblatum non receperimus, aut non digne satis receperimus.

Hic vere multum timeo ac serio pavesco. Singulis annis hoc triennio insigne aliquod periculum passus sum: primo Augustae, secundo Lipsiae, nunc Vittenbergae. Opus itaque erit non prudentia nec armis, sed humili oratione, et forti fide, quibus obtineamus Christum pro nobis; alioquin vere actum est, si viribus nostris nixi fuerimus. Itaque ad orationem mecum confuge, ne ex scintilla ista incendium conflet spiritus Domini malus. Non sunt contemnenda parva, praesertim quae autore Satana exordium sumunt.

Remitto nova tua ex Urbe; ego ipse plura ex eo[4] praesens audivi, quam in hac scheda leguntur. Denique haec ipsa ex ore ejus Magister Islebensis[5] signavit, et Melchiori Lotther dedit; inde per te ad nos redeunt. Vale, et memor esto, oportere nos pro verbo pati. Quia enim jam securum me fecit Sylvester Schauenberg et Franciscus Siccingen ab hominum timore, succedere oportet daemonum quoque furorem; novissimus erit, cum mihi ipsi gravis ero. Sic est voluntas Dei. Die S. Alexii 1520.

Martinus Lutherus, August.

[1] Spalatin scheint davon geschrieben zu haben. Näheres darüber weiß ich nicht anzugeben.

[2] genauer: vorgestern, am 15. Juli.

[3] Ein von Leipzig gekommener Student äußerte nach der Predigt: „Wird der Mönch solcher Predigt mehr thun, wollt er einen Stein nehmen und den Mönch in der Kirchen auf den Kopf oder Platten schlagen"; und ein anderer: „Würde er dieser Predigt nicht abgehen, so wollten sie es mit ihm bald ein Ende machen." (Aussage des Thom. Feuerlein, Raths- und Bauherr zu Wittenberg; in N. Mitth. VIII, 2. S. 62.)

[4] Ist damit Dr. Viccius (Nr. 323, Note 4) gemeint?

[5] Agricola.

Nr. 327.

Wittenberg. 20. Juli 1520.

Luther an Wenceßl. Link in Nürnberg.

Uebersendet neue Schriften; von Alveld, dem Studentenaufruhr, dem Briefe Schauenberg's; von der Schrift an den christlichen Adel.

Drucke: **1.** Aurif. I, 275b; **2.** de Wette I, 470. — Deutsch: Walch XV, Anh. LXIV.
Wir geben den Text nach 2.

Reverendo viro, Wenceslao Linco, D. Theol., Magistro Nurmbergensi, Eremitae, praedicatori evangelico, suo in Domino.

Jhesus.

Salutem. Mitto iterum nugas meas[1], hypocritarum scandalum. Eccium dedolatum[2] ad te pervenisse arbitror. Lipsensis onager[3] fertur in me denuo rudere; sed videbimus. Fuit nuper apud nos prope schisma et seditio coorta[4], sed celeriter contritus est Satanas operante Christo.

Dedit ad me literas Sylvester de Schauenberg[5], Franciae nobilis, rogans, ne in Bohemiam aut alio, sed ad se confugiam, si dirae Romanenses praevaluerint, pollicitus tutelam eximiam centenorum nobilium equitum Franciae. Itaque contemptus est furor Romanus tandem et Germanis. Idem fecit Franciscus Siccingerus.

Ex Urbe ad Principem contra me scriptum est[6], sed frustra. Idem factum ex aula quadam magni in Germania. Editur noster libellus in Papam de reformanda ecclesia vernaculus ad universam nobilitatem Germaniae, qui summe offensurus est Romam, ductis in publicum impiis artibus et violentibus potestatibus ejus. Vale, et ora pro me. Vittenbergae, vigilia Praxedis 1520.

F. Martinus Lutherus.

[1] wohl die Nr. 319, Note 6 erwähnten Schriften.
[2] vgl. Nr. 323, Note 2.
[3] Alveld; über seine Schrift vgl. die folg. Nr.
[4] vgl. Nr. 325 f. — [5] Nr. 313. — [6] vgl. Nr. 322.

Nr. 328.

(Wittenberg.) 22. Juli 1520.

Luther an Spalatin.

Beklagt sich über Beschuldigungen, die man ihm wegen seiner Predigt über den Aufruhr gemacht, und denen Sp. Glauben beigemessen hatte; schreibt darüber an Dolzig und den Kurfürsten. Von einem neuen Buch Alveld's; von Agricola's und Melanchthon's Verehelichung.

Drucke: **1.** Aurif. I, 276; **2.** de Wette I, 471. — Deutsch: Walch XXI, 706.
Wir geben den Text nach 2.

Suo Georgio Spalatino, viro bono et docto, in Christo charissimo.

Salutem. Miror ita te in me saevire et aliis de me scribentibus adeo credere, mi Spalatine. Meus sermo ita habuit, ut non de praesenti, sed de futura fortuitaque aliqua seditione utramque partem informaret, quid quisque sequeretur. Nam praesentem ego apertis verbis declamavi esse puerilem quandam commotionem, quam jam tum extinctam sedatamque arbitrabar. Hujus testes esse oportet, quotquot verum dicere volent. Nullam partem, neutram causam neque tetigi neque indicavi vel una syllaba; imo dixi, me non causam, sed generaliter cujuscunque seditionis pericula dicturum. Tu nunc vide, an sim mentitus, hanc rem agi daemonum insidiis: nunc-quid faciam?

Scribo, sicut voluisti, Doltzio[1] et Principi. Satis mihi displicent quorundam ad te datae literae, quicquid sit culparum. Ego nostram partem in una re non possum tueri, quod vulgum commoverint; sed ignoscendum puto imprudentiae, praesertim agnoscentibus errorem. Ego in hunc usque diem

rem ut puerilem contempsi, contempturus, nisi tu ita tonares; sed vide, ne me frustra excites ad scribendum Principi, et in tali causa. Vale.

Lipsensis asinus in me novum rugitum blasphemiis refertum edidit de utraque specie communionis[2], editurus[3] et contra vernaculam meam de Papatu editionem. Vittenbergensis Magister Eislebius uxorem ducturit[4], ut fama est; Philippus nescio, quid famatur facturus. Vellem homini stipendium auctum, ne sit necesse eum alia sequi pro re familiari[5]. Anno 1520, die Mariae Magdalenae.

F. Martinus Lutherus, August.

[1] Der kurf. Marschall Johann von Dolzig, welcher am 16. mit einer Anzahl Fußvolks nach Wittenberg gekommen war, um den Aufstand zu stillen; vgl. auch Nr. 325, Note 2.

[2] Tractatus de communione Sub vtraque Specie quantum ad laicos, An ex sacris litteris elici possit, Christum hanc, vel praecepisse, vel praecipere debuisse, Et quid in re hac sentiendum pie sane, catholice sit, juxta veritatem evangelicam Nuper editus A Fratre Augustino Alueldiano Franciscano regularis observantie Sancte Crucis Sacri bibliorum Canonici Lectore. (7 Bg. in 4.) — Die ad Imperatorem summum Pontificem gerichtete Widmung datiert 1520 Nono Kalendarum Juliarum.

[3] Wohl die im August oder später erschienene Schrift: Ein Sermon: darinnen sich Bruder Augustinus von Alueldt. S. Francisci ordens: des so in Bruder Martinus Luther Augustiner ordens: vnder vil schmelichen namen gelestert, vnd geschent, beclaget, vnd wie Augustinus forder wyder Martinum (ȥu erkennen wie gesunt sein lere sey) ȥu schreyben wiln hat. Welcher durch yne von newem Corrigirt, vnd gerechtfertigt, deß ȥo von dem drucker ȥu vorn vorsehen, Auch mith eynem ȥu saȥ, eȥlichs dinges ȥo von Bruder Martinen Luther newlich von der messe (NB. Sermon von der Messe, ausgegeben 3. Aug., vgl. den Brief von diesem Tag] geschriben ist, ȥu trost vnd besserung des gemeynen einfaltigen volcks. (2³/₄ Bg. in 4.)

[4] Am 1. August meldet Mel. die Verlobung (CR. I, 209), am 10. Septb. fand die Hochzeitsfeier statt. Seine Frau war Else Moshauer (?) und starb 1554 in Berlin (vgl. Kawerau, Agricola, die einzelnen Stellen im Register). — Vgl. Tischrede Nr. 2158.

[5] vgl. Nr. 323.

Nr. 329.

Wittenberg. 30. Juli 1520.

Luther an Johann Thurzo, Bischof von Breslau[1].

Von dem nach Breslau reisenden Dominicus Schleupner aufgefordert, schreibt L. an den Bischof, um ihm in seiner Krankheit seine Theilnahme zu bezeugen und Trost einzusprechen. Da der Bischof schon am 2. August starb, erhielt er diesen Brief nicht mehr.

Handschriftlich: **1.** Cod. Goth. B. 20. fol. 25; — Drucke: **2.** Scultetus, Annal. eccles. bei von der Hardt, hist. litter. Reform. P. V. p. 33; **3.** Gerdes, hist. reform. P. II. Docum. Nr. II. p. 6; **4.** Unsch. Nachr. 1734. S. 713; **5.** Rosenberg, Schles. Rfgsch. 1767. S. 461; **6.** Strobel-Ranner, epp. Luth. 1814. S. 56; **7.** de Wette I, 470.

Wir geben den Text hauptsächlich nach 1; von Varianten nur die von 7.

Reverendissimo et amplissimo in Christo Patri ac Domino, Dno. Johanni[2], Episcopo Ecclesiae[a] Vratislaviensis[b], Domino suo gratioso ac patrono unice colendo.

Jhesus.

Sese commendat[c]. Quamquam ego, reverendissime Praesul, rationem meae parvitatis habens, ut ad omnes alios magnates, ita ad tuam magnitudinem praecipue timidus scribo: animum tamen erexit[d] venerabilis vir[e] Dominicus Schleupner[3], R. P. T. addictissimus, qui hinc pietate, qua in suum episcopum affectus est, solvit, visurus, quid rerum Dominus operetur in mortali corpusculo P. T. Noluit autem sine meis literis ire, persuadens me rem facturum non ingratam R. P. T. Ego sane fateor,

---

[a] Ecclesiae fehlt 7. — [b] Vratislaviensi 7. — [c] Sese commendat fehlt 7. — [d] traxit 1, aber von anderer Hand in erexit corrigiert. — [e] vir fehlt 7.

et me nonnihil, imo multum cum R. P. T. aegrescere, quod ecclesiae Dei compatior, cui proh dolor rari[f] dantur, qualem P. T. R. dedit episcopum, cum nunquam magis eguerit talibus. Caeterum confido, quod manus ejus percutiet et sanabit[4], atque qui R. P. T. tam insignibus ornavit dotibus, non deerit, ut det virtutem fortitudinemque omnia constanti, christiano, episcopalique animo ferendi et standi in omnes sanctas voluntates ejus. Si vita negabitur ecclesiae, prosit mors. Potens est autem tam ex vita, quam ex morte P. T. ecclesiam suam juvare, pro divitiis bonae voluntatis suae[g].

Non haec[h] scribo, quod necessarium arbitrer[i], animum tuum confortari in Domino (quamquam quis est tam fortis, qui non egeat vel minimi fratris solatio?), sed quod communia nobis omnia voluit et fecit is, qui pro nobis omnia factus jussit, ut alter alterius onera portaret[5], ne ullus suus fidelis solus viveret aut solus moreretur, sed in communione sanctorum securus per omnia ageret et pateretur. Itaque quantum nos contristat communis P. T. aegritudo, aut, si Dominus volet, etiam futura mors: tantum nos rursum laetificat, quod nec sola patitur, nec sola vivit anima tua, sed vivimus et patimur cum illa, et cum omnibus Christus Jhesus, medium cordis nostri, in quo sancte valeat R. P. T. et meae temeritati ignoscat. Literae enim priores P. T. R. animosum me fecerunt, cum sint magnae humilitatis et charitatis, ut eruditionem taceam, plenissimae, et inter sacra mea perpetuo monumento[k] servandae. Iterum valeat R. P. T. in Christo et me commendatum habeat. Vittenbergae 3. Cal. Aug. 1520.

T. R. P. filius

F. Martinus Luther, Aug.[l]

[1] Am 1. August schrieb auch Mel. an ihn, vgl. CR. I, 209.
[2] Ueber Joh. von Thurzo, aus einem edlen ungarischen

---

[f] raro 7. — [g] ejus 7. — [h] hoc 7. — [i] arbitror 1. — [k] monumenta 7. — [l] Die Unterschrift fehlt 1.

Geschlecht stammend, vgl. Nr. 299, Note 4. Er war schon längere Zeit krank, vgl. Nr. 299. 311.

[3] vgl. Nr. 274, Note 10. Aus Breslau ging er 1521 nach Leipzig; Predigten von ihm, 1522 in Leipzig zu St. Georg gehalten, von Poliander's Hand geschrieben, im Ms. auf der Stadtbibliothek in Königsberg i. Pr.; vgl. Cosack, Speratus S. 58. (Burkhardt ad h. l.)

[4] Hiob 5, 18. — [5] Gal. 6, 2.

Nr. 330.

Wittenberg. 30. Juli 1520.

Luther an Michael Wittiger, Domherr in Breslau.

Durch Schleupner aufgefordert schreibt L. und meldet, daß gegen ihn Vieles in Deutschland und Italien geschrieben werde, aber nur von dummen Menschen. Der Orden der Dominikaner schweige jetzt, seit ihnen Stillschweigen auferlegt sei; an ihre Stelle seien aber andere getreten, welche, wenn sie siegten, nur durch Roheit und Dummheit siegen könnten. Das Volk, das solchen Wölfen preisgegeben, sei zu bedauern.

Handschriftlich: 1. Cod. Goth. B. 20. f. 24b; — Drucke: 2. Schütze II, 32 (nach 1, aber mit argen Fehlern); 3. de Wette I, 474 (nach 2).

Wir geben den Text nach 1.

Frater M. Lutherus, Augustinianus, venerabili in Christo Domino Wittigero[1], Canonico Vratislav., suo in Domino majori.

S. Volebam nihil ad te scribere, vir integerrime, quando ipse Dominus Dominicus Schleupner, communis amicus, omnia praesens melius videtur narraturus. Quae apud nos sunt, omnia cognovit, sed voluit, ut vel unam lineam ducerem. Itaque facio, quod voluit. Scribuntur in me varii libelli in Germania et Itália, sed bene habet. Scribunt nonnisi asini asinissimi, suis se ipsos ineptiis[a] tradu-

[a] inceptis 2. 3.

centes. Ego vero corpore satis belle valeo et animo, nisi quod mallem minus me peccare. Et quotidie magis pecco, quod tibi tuisque orationibus conqueror. Ceterum factio Praedicatorum quievit, edito contra eos edicto[2], ne quis in me scribat. In locum eorum succedit populus Samariae[b], sacerdotes Bethaven[3], fratres de observantia S. Francisci. Hi si vincent, vincent ruditate et stoliditate nimia. Non memini me legisse stupidiora capita, qui nec sentiunt, an vincant, an vincantur. Miseram plebem his lupis expositam! Sed Dominus videat, in quo tu bene vale. Vittenbergae, 3. Calend. Augusti 1520.[c]

[1] Wittiger, schon 1515 canonicus eccles. colleg. Nissens. und Notar der bischöfl. Kanzlei, 4. April 1524 noch Abgeordneter des Neisser Capitels auf dem Convent der kathol. Geistlichkeit zu Breslau, 1526 von Schwenkfeld für seine Abendmahlslehre zu gewinnen gesucht, soll 1533 als Landpfarrer zur evangel. Kirche übergetreten sein, indem er das Abendmahl unter beiden Gestalten und ohne Beichte ausgetheilt, sei zuletzt erblindet und von einigen Ketzern in Breslau ernährt worden; vgl. Köstlin, Heß, l. c. S. 117 nach Kestner's Archiv. f. d. Gesch. des Bisthums Breslau 1858, I, 52.

[2] Von diesem Edict ist nichts bekannt. Vielleicht war es nur eine drohende satirische Schrift. (de Wette.)

[3] Zur Erklärung dieser Ausdrücke vgl. Luther's Schrift vom Mißbrauch der Messe, Erl. 28, 129 ff. — populus Samariae mit Bezug auf 2 Kön. 17, 28 f. — Mit dieser Lesart sind die Vermuthungen, welche man für den Episcopus Bavariae aufstellte: Eck (de W. ad h. l.), Bischof Ernst von Passau (Seidem. bei de W. VI, 636), Gabriel von Eib, Bisch. von Eichstädt (Burkhardt ad h. l.), hinfällig geworden.

---

[b] Episcopus Bavariae (!) 2. 3. — [c] † (als Unterschrift) T. Mart. Lutherus. 2. 3.

Nr. 331.

Wittenberg. 30. Juli 1520.

Luther an Joh. Heß in Breslau.

Klage über H.'s Schweigen.

Handschriftlich: 1. königl. Biblioth. in Berlin, Ms. theol. lat. 8°. 91. fol. 102; — Druck: 2. Fischer, Ref.-Gesch. der Mar.-Magdal.-Kirche in Breslau, S. 49.
Wir geben den Text nach 1.

Martinus Hesso suo S.

[1]S. Si silentium facit monachum et religiosum, tu, Hesse mi, factus es omnium monachissimus et religiosissimus. Sed et ego temperabo mihi a multiloquio, donec tu violato silentio tuo reddes nos certiores, quis sis factus, et leves nos suspicione, qua suspicamur, te nostri oblitum et literas nostras contemnere. Vale, ex Domino Dominico[2] petiturus, si quid scire volueris amplius. Vittenbergae 3. Calend. Augusti 1520.

Tuus frater Martinus Luther.

[1] Auf diesen Brief bezieht sich Mel. an Heß, 1. August, CR. I, 208.
[2] Schleupner, der diesen Brief, wie die vorhergehenden, überbrachte.

Nr. 332.

(Wittenberg.) (Juli oder August?) 1520[1].

Luther an Peter Mosellanus, Rector der Universität zu Leipzig.

Auf ein Schreiben Mosellan's, worin dieser seine Unzufriedenheit über die von Leipzig gegen Luther und die Universität Wittenberg ausgehenden Feindseligkeiten zu erkennen gegeben, versichert L., daß man nicht Gleiches mit Gleichem vergelten werde; beklagt sich aber über die Leipziger, besonders über die dem Rathe zugeeignete Schrift Alveld's.

Drucke: 1. Schütze II, 37 (aus der Börnerischen Sammlung zu Leipzig); 2. de Wette I, 538 (beide ohne Zeitangabe). — Ein Stück des Briefs (Z. 26—32) bei Seckendorff, lb. I. §. 42. add. II. mit der Notiz: Monachi Paulini (Lipsiae) conservant exemplum epistolae Lutheri.
Wir geben den Text nach 2.

Magnifico Lipsicae Academiae Rectori, Petro Mosellano, suo in Domino majori.

Non est, quod metuas, mi Petre charissime. Quamquam enim Lipsia tua abunde merita sit sui traductionem[a], quod passim patitur scholam nostram sic infamari libellis, nec vos excusat, quasi non sit vobis in monachos potestas, qui in vestram gratiam omnia moliantur; tamen non reddemus malum. Lipsiam oportuit nominare, quod ipse monachus[2] de ea in titulo vanissimo et superbissimo glorietur[3], deinde et senatui populoque Lipsiensi lingua vernacula eundem libellum dicarit[4]. Praeterea denuo excuditur apud vos, manente in eo nihilominus nostrae scholae contumelia et blasphemia, maxime vero optimi Principis nostri insignis convicii nota. Te rogo, quamdiu putas permittendum sit, ut nostra patientia abutantur vestri? Nihil tale a nobis factum est. Lipsiae semper ego timui, ne Academiae istae duae ex odio antiquo[5] tandem in arma ruerent: quod, nisi ego obstitissem, effecisset vel sola epistola Arnoldi[6] tui praedecessoris Rectoris, omnium, quas vidi, procacissima et praefractissima. Fateor, felicius est laedi, quam laedere, verum et difficilius. Vos laeditis, et non sentitis; nos laesos quoque jubetis, ne sentiamus. Haec sic tecum loquor, optime Petre, non quod ulla scintilla mihi perierit mei in te amoris: imo hoc ipso magis accendisti, quod te unum saltem ostendis, qui ista sentiat et odiat, sed, ut habeas, quo coram tuis de nobis respondere queas. Fama[b], res, vita, anima mea quaeritur per vestros, et miraculum censetur, si quid vel mutiam[c]. Tu optime vale, et persevera Petrus noster. 1520.

T. Mart. Luther.

[1] Wir setzen diesen Brief ungefähr in diese Zeit, weil Luther darin mit den Worten «denuo excuditur» wohl Bezug

[a] traditionem 1. — [b] Jam, Seckend. — [c] so nach Seck.; nuntiam 1; nuntiem 2, aber mit der Note: „Wahrsch. mutiam."

nimmt auf die Nr. 328, Note 3 angeführte Alveld'sche Schrift, von deren Druck er gehört haben konnte, oder auch auf die 2. Auflage der unten in Note 4 zu erwähnenden Schrift.

[2] Alveld.

[3] In der Schrift Super apostolica sede etc. (vgl. Nr. 296, Note 1) nennt sich Alv. Sacrique Bibliorum canonis publicum lectorem in conventu Lipsico.

[4] Eyn gar fruchtbar vnd nutzbarlich Buchleyn von dem babstlichen stule, vnd von sant Peter, vnd von den dye warhafftige schefflein Christi seynt, dy Christus vnßer herre, Petro beuolen hat, in seyne hute vnd regierung, gemacht durch Bruder Augustinum Aluedt [sic]. Sant Francisci ordens. tzu Leyptzk. (3 Bg. in 4.) — Gewidmet: Bürgermeister &c. zu Leipzig, auf Sanct Jorgentag (= 23. April) 1520. — Vgl. Nr. 302, Note 7.

[5] Die Verschiedenheit der ganzen Richtung, von der beide Universitäten beherrscht waren, erzeugte diesen Haß: Leipzig huldigte noch in seinen meisten Lehren der in leeren Formalismus ausgearteten aristotelischen Scholastik, während Wittenberg von vornherein zur humanistischen Richtung in Beziehung stand; vgl. Seifert, Ref. in Leipz. S. 17.

[6] Wüstenfelder, vgl. Nr. 194, Note 2; Mosellan war seit 1. Mai Rector.

Nr. 333.

Heidelberg. 2. August 1520.

Bucer an Luther.

Ueberschickt durch einen abreisenden Augustiner den Brief, in welchem er Otto Braunfels Luthern, sowie sich selbst den sächsischen Freunden empfiehlt.

Handschriftlich: **1.** Biblioth. in Basel, Cod. epistolar. autogr. Nr. 25. G. I. 25. fol. 16 (mit der Bemerkung: Ex decreto Regentiae τὸ αὐτόγραφον venditum 1841. Decbr.; mit Correcturen von Baum's Hand); **2.** Thes. Baum. I, 95 in Straßburg (nach 1); — Druck: **3.** Kolde, analect. Luth. p. 23 (mit dem Datum 5. August).

Wir geben den Text nach 1.

Christianissimo Theologo P. Martino Luthero, reverendo[a], suo amatissimo in Christo.

Salve plurimum[b], charissime pater. Quamquam plus satis erudiendo orbi occupatum te sciam, ut nefas sit, interpellari a privato sanctissima tua studia, attamen quod interfuturum te tuorum Synodo[1] arbitratus sum, et hic Pater, utriusque nostrum amantissimus, tui vero, ut par est, etiam[c] observantissimus, ad nos revertetur[d], amor tui me compulit, his quoque literis te salutare, licet non dubitem, proximas, quas Lypsia misi, tibi praesentatas, sperans, fore ut per hunc Patrem rescribas. Caeterum oro, non obliviscaris communis amici nostri Othonis Chartusiani[2], quem tuae charitati nuper commendavi. Duram servit servitutem, Pharaone quovis duriorem perferens tyrannum eum, qui pater ei esse debebat. Mirum in modum consolabitur, si inter filios eum[e] adnumeraveris, idque epistolio aliquo ad eum fueris testatus. Optime vale, optime pater, et de tuis lucubrationibus aliquid significa. Commendo quoque impendio[f] me Spalatino, integerrimo patrono meo, et Philippo, quem alteram spem Germaniae suspicio et veneror; prima siquidem in te sita est et Erasmo, cujus scio misereris, quod bonas horas male collocare cogitur, dum respondendum est Leo[3] monstro, si non Eccio nocentius, certe malevolentius, quamquam nescio, quid ille non velit ire pessum[g], sua sibi ut constet inanissima gloria. Iterum[h] etiam vale. Expectat enim me hic Pater omnino jam[i] itineri accinctus. Heidelbergae, d. jj. August.[k] MDXX.

Filius tuus Mart. Bucerus.

[1] Dem von Staupitz auf den 28. August berufenen Capitel zu Eisleben, vgl. Nr. 303, Note 2.
[2] Otto Braunfels, Sohn eines aus Braunfels bei Wetzlar

[a] statt Rev.: Patri 3. — [b] Salutem plurimum 3. — [c] etiam fehlt 3. — [d] revertetur fehlt 3. — [e] Deum 3. — [f] impense 3. — [g] Knaake in den Stud. u. Krit. 1884. S. 593 möchte hier lesen: quid ille molitur pessumum. — [h] nach der Correctur Baum's; das Ms. hat Caeterum. — [i] nach der Corr. Baum's; Ms.: omnis tā. — [k] st. jj hat 2: Non. IV. August., corrigiert aus Non. VII. Aug., welches unmögliche Datum Baum auch in seinem Capito und Butzer S. 114* hat; — 3 hat: Non. und datiert deshalb 5. August.

stammenden Küfers, geboren 1488 in Mainz, trat daselbst in den Karthäuserorden und lebte damals in der Karthause in Straßburg, welche er, von Hutten veranlaßt, verließ. Im Streit Hutten's mit Erasmus nahm er heftig für ersteren Partei. Er war auch Arzt und Wiederhersteller der wissenschaftlichen Botanik. 1530 wurde er Arzt in Basel, von da nach Bern berufen, starb er daselbst 1534. — Braunfels selbst schreibt an Rhenanus am 29. Aug. (Horawitz und Hartfelder, Briefw. des Rhen. 1886. S. 245): Tyrannus meus pessima convicia jactat in Erasmum, atque hunc passim infamat apud magnates Argentinenses. Der tyrannus war wahrscheinlich sein Vorgesetzter.

[8] vgl. Nr. 284, Note 6.

Nr. 334.

(Wittenberg.) 3. August 1520.

Luther an Johann Voigt, Augustiner in Magdeburg.

Sendet ihm seinen Sermon von der Messe und Melanchthon's Positiones; von den Schriften seiner Gegner; von dem ihm zugesagten Schutz Sickingen's 2c., so daß er keine Furcht hat, sondern die Schrift an den christlichen Adel herausgibt.

Drucke: 1. Aurif. II, 6; 2. de Wette I, 475. — Deutsch: Eisl. Ergänz.=Bd. I, 26b; Walch XXI, 710.
Wir geben den Text nach 2.

Joanni Voigt[1], Sacrae Theologiae Magistro, August. Eremitae Magdeburg., Seniori suo.

Jhesus.

Salutem. Ex quo nondum vos audio in registro mortuorum, credo vos adhuc vivere, et nondum ultimas ad me scripsisse literas. Sermonem de Missa[2] per vos mitto Reverendo Patri Provinciali[3], et positiones Melanchthonis[4], mirabiles valde, sed veraces. Scribit contra me Lipsensis asinus[5] multos libros, et quidam in Italia Cremonae[6] contra me

scripsit indoctissimus, sine nomine, credo ordinis Praedicatorum esse. Eccius dicitur adhuc nihil expedivisse in Urbe[7]. Franciscus Sickingus per Huttenum[8] promittit tutelam mihi contra omnes hostes. Idem facit Sylvester de Schauenberg[9], cum nobilibus Francicis, cujus literas pulchras habeo ad me. Nihil timemus amplius, sed jam edo librum vulgarem contra Papam de statu ecclesiae emendando[10]: hic Papam acerrime tracto, et quasi Antichristum. Orate Dominum pro me, ut prosit verbum meum ecclesiae suae. Valete. Die S. Stephani Inventionis 1520.

Frater Martinus Lutherus.

[1] vgl. Nr. 20, Note 3. — [2] Erl. 27, 139. — [3] Staupitz.

[4] Es sind die Thesen, welche Mel. am 1. August an Heß in Breslau schickte (CR. I, 219) und im CR. I. 126, aber fälschlich in den September 1519 gesetzt, abgedruckt sind.

[5] Alveld.

[6] Es ist dies eine bis jetzt noch unbekannte Schrift. Eine andere spätere Schrift, wohl von demselben Verfasser, einem Dominikaner in Cremona, der unter dem Namen F. J. Italus schrieb, wird unterm 20. November erwähnt werden.

[7] Dieses günstige Gerücht war falsch.

[8] vgl. Nr. 310. — [9] Nr. 313.

[10] An den christl. Adel, Erl. 21, 274.

Nr. 335.

(Wittenberg.) 5. August 1520[1].

Luther an Spalatin.

Hat längere Zeit nicht geschrieben, um den Erfolg seines Briefs vom 22. Juli, bezüglich der Studentenunruhen, abzuwarten. Ueber den Eindruck, den seine Schrift: An den christl. Adel, machen werde. Von Melanchthon's Gehaltsverbesserung.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 83; 3. Cod. Jen. a. f. 106; — Drucke: 4. Aurif. I, 281; 5. de Wette I, 484. — Deutsch: Walch XXI, 716.

Wir geben den Text nach 1.

Erudito et pio viro Georgio Spalatino, Magistro, Principis Saxoniae a sacris, suo in Christo amico.

Jhesus.

Salutem. Diu non scripsi, expectans, dum resideret in te, quem amici suscitaverunt tumultum. Nec satis placet Amsdorffii nimia in alteram partem affectio. Nunquam passi sunt studentes, qualia cives: id quod illi parum curant, sua tantum incommoda sentientes. Sed de iis satis. Omnes de meis conviciis loquuntur, sed illorum nemo rationem habet. Ego sane parum moveor, si mei nominis concidat autoritas. Si quaelibet increpatio convicium est, nemo prophetis criminantior est. Sed sic nostro saeculo sumus desueti audire veritatem contrariam nobis.

Lipsenses male vexat invidia, et sub persona Alveldii[2] ludunt suas tragoedias; dabit eis Dominus aliquando suam mercedem. Classicum[3] meum etsi nullis forte probabitur, mihi tamen probari necesse est, ad invadendam Antichristi Romani tyrannidem, totius orbis animas perdentem. Acutissimum est et vehementissimum, quo simul languidulos illos conviciatores, spero, faciam obstupescere. Alveldio non respondebitur[4], sed occasione ejus dabitur in lucem, quo magis viperae irritentur.

De stipendio Philippi[5] nihil scribo ad Principem, si tu non satis fueris. Quae antea in eam rem[a] scripsi, feci, ut homini nulla esset occasio migrandi unquam a nobis; si hoc fieri non potest, fiat Domini voluntas. Denique, ut uxore ducta diutius viveret, egi propter evangelii incrementum; si nec hoc fieri potest, fiat quod potest. Timeo eum hoc vitae genere non diu superstitem. Ego quod possum, pro verbo conor; forte indignus sum, qui promoveam aliquid. Vellem et ego, si Deo placeret, a docendo et praedicando absolvi; paene

[a] rem fehlt 4.

me taedium cepit, videns parum fructus et gratitudinis erga Deum nasci; forte culpa tota mea est. Vale et pro me ora. Die Nivis[b] Marianae 1520.
Martinus Lutherus, August.

[1] Aurif. und de W. setzen diesen Brief auf Die nativitatis Marianae = 8. Septb. Im Original steht jedoch Niũis, was nicht eine Abkürzung für nativitatis sein kann. Gemeint ist vielmehr das Festum Mariae ad nives = 5. August. Allein bei diesem Datum kann L. auch mit Recht schreiben: Diu non scripsi, da er seit dem 22. Juli keinen Brief an Spal. gesendet hatte, während bei 8. Septb. Schreiben vom 31. Aug. und 1. Septb. vorangehen. Auch inhaltlich schließt unser Brief sich eng an den vom 22. Juli an, und sonderbar wäre es doch, wenn L., ohne denselben Gegenstand wieder zu berühren, 6 Schreiben an Spal. hätte abgehen lassen, wie dieß bei der Datierung auf 8. Septb. der Fall wäre.

[2] vgl. Nr. 302, Note 8.

[3] Classicum, Kriegstrompete, hatte Lang in einem damals schon Luthern zugekommenen Briefe die Schrift An den christl. Adel genannt (vgl. Nr. 338), welchen Ausdruck Luther sich hier aneignet. Der Einwand Köstlin's dagegen, welcher darunter vielmehr die Schrift De captiv. Babylon. versteht (vgl. Köstl.[2] I, 365 und dazu die Note S. 795; S. 368), erledigt sich durch das geänderte Datum des Briefs. Vgl. übrigens auch ad invadendam Antichristi etc. mit Nr. 334, Z. 19.

[4] auf sein im Juli erschienenes Malagma optimum (vgl. Nr. 308, Note 7).

[5] vgl. Nr. 319. 328.

---

[b] Niũis 2; nativitatis 4. 5.

Nr. 336.

Wittenberg. 10. August 1520.

Luther an Spalatin.

Sendet zwei Bittschriften, die eines Vertriebenen und die jener öfter schon erwähnten Wittwe Landmann an Sp. zur Unterstützung.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 72; 3. Cod. Jen. a. f. 94; — Drucke: 4. Aurif. I, 277; 5. de Wette I, 476. — Deutsch: Walch XXI, 710.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino charissimo Magistro Georgio Spalatino, Christi servo.

Jhesus.

Salutem. Mitto hic, quod agas, mi Georgi, in salutem animae tuae: vir pauper est, qui multis intercessoribus a me obtinuit, ut hanc ejus supplicationem per te Principi conarer offerre; nolui quicquam immutare de ejus sermone, ne, si simplicitatem ejus mutarem, simul energiam tollerem. Cura ergo, ut officium christianum praestes, ne homo cum uxore et liberis tanto patiatur, spoliatus et vi pulsus ab omnibus suis. Res indignissima est, si ita comperta fuerit. Interim profugus est Vittenbergae in paupertate.

Mitto et Landmanninnae supplicationem, qua spero rei finem futurum, si Princeps acceptaverit. Vale in Domino. Vittenbergae, die S. Laurentii, 1520.

Martinus Luther, Aug.

Nr. 337.

Wittenberg. 14. August 1520.

Luther an Spalatin.

Bezweifelt, daß Eck schon in Meißen sei. Von der Zurückberufung des Hofpredigers in Lochau und dessen Ersetzung durch Franz Günther.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 73; 3. Cod. Jen. a. f. 94; — Drucke: 4. Aurif. I, 277b; 5. Kindervater, Nordhus. illustr. S. 85 (von Scripsisti an); 6. de Wette I, 477. — Deutsch: Walch XXI, 712.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino charissimo Georgio Spalatino, Magistro, Christi servo suoque patrono.

Jhesus.

Salutem. Nos Eccium Misnae[1] esse nullo pacto credimus, sed vel fabulis suis illi nos iterum tentant, vel Romae scripta sunt verba ad te missa. Quod ex eo liquere potest, quod scribit, se sperare moderandam esse bullam, quae Misnae moderari non posset.

Scripsisti olim saepius, ut parochum Lochanum[2] revocarem, et pro alio sacerdotio Principi commendarem; jam intervenit Magister Franciscus[3] Northusensis, idoneus satis, licet tibi aliquando asperior visus esset, quod facile debes oblivisci. Si adhuc ita res pendet, poteris mihi significare. Eloquens est et coram aula loqui verbum potens, et omnino qualem ego optarem Lochae esse et prope nos. Agitur enim, ut concionatura[a] ei apud exteros provideatur. Tu quam poteris responde citius, ac vale. Vittenbergae, vigilia Assumptionis, 1520.

Martinus Luther, Aug.

[1] Eck kam erst am 21. Septb. nach Meißen; Miltitz an Kurf., 3. Okt. (bei Cyprian I, 438): Eck hat ihm gesagt, „he hätt die bebestliche Bulle zu Meißen am 21. Tage Septembr., zu Mersburgk am 25., zu Brandenburgk am 29. publicieren und anschlagen lassen."

[2] Jakob Gropp, vgl. Nr. 262. 265.

[3] Franz Günther aus Nordhausen; vgl. Nr. 45, Note 4; Nr. 182, Einl.

---

[a] concionaturo 4—6.

Nr. 338.

Wittenberg. 18. August 1520.

Luther an Joh. Lang in Erfurt[1].

Ueber die Schrift an den christlichen Adel, wovon schon 4000 Exemplare verkauft sind. In Wittenberg ist man überzeugt, daß der Papst der Antichrist sei. Melanchthon heirathet die Katharina Krapp.

Handschriftlich: 1. Cod. Gothan. A. 399. fol. 129b; — Drucke: 2. Aurif. I, 278; 3. de Wette I, 477. — Deutsch: Walch XV, 1949.

Wir geben den Text nach 1.

Reverendo Patri[a] Johanni Lango, Theologo sincero, Augustin. Vicario medio Erfford., suo in Domino majori.

Jhesus.

Salutem. Sitne libellus meus, quem tu classicum vocas, mi Pater, tam atrox et ferox, ut videris et alii omnes. Libertate et impetu, fateor, plenus est, multis tamen placet, nec aulae nostrae penitus displicet[2]. Ego de me in his rebus nihil statuere possum: forte ego praecursor sum Philippi, cui exemplo Heliae viam parem in spiritu et virtute, conturbaturus[b] Israel et Achabitas[3]. Hoc unum habe, in mea manu non fuisse editionem ejus. Jam enim excusus multiplicatusque in 4000 exemplarium distrahebatur, nec tanti damni autorem esse licuit nostro Lotthero[c]. Oratione itaque opus erit, si quid peccatum est.

Nos hic persuasi sumus, papatum esse veri et germani illius Antichristi sedem, in cujus deceptionem et nequitiam ob salutem animarum nobis omnia licere arbitramur[4]. Ego pro me confiteor Papae a me nullam deberi obedientiam: nisi eam quam τῷ γνησίῳ ἀντιχρίστῳ debeo. Caetera tu cogita, nec temere nos judices: est quod nos in hac sententia concludat.

Philippo ducitur Catharina Krappin[5], quod me autore agi clamant: ego homini, si qua sunt, optima facio, nihil moratus universorum clamorem; Deus bene vortat. Odi ego ex corde hominem illum peccati et filium perditionis[6] cum universo suo im-

---

a Erudito et pio viro, Domino 2. 3. — b conturbatus 1. — c nostrum Lottherum 2. 3.

perio, quod aliud non nisi peccatum et hypocrisis alitur. Vale in Domino. Ex Vittenberga, 1520, die S. Agapiti.

Tuus F. Martinus Luther.

[1] vgl. damit den Brief Melanchthon's an Lang, CR. I, 210.
[2] Bald darauf empfing L. als Zeichen ungetrübter kurfürstlicher Gnade eine reiche Gabe Wildprets; vgl. an Spalatin, 1. Septb.
[3] vgl. 1 Kön. 18, 17.
[4] Ueber diese von katholischer Seite (aus Absichtlichkeit oder Ignoranz?) grob mißverstandene Stelle, wodurch ihr Sinn gerade in das Gegentheil verdreht wird, vgl. Wilh. Walther, Luth. im neuesten röm. Gericht, H. 2. S. 2 ff. (in den: Schriften des Vereins f. Refgsch. H. 13. 1886). Man übersetzt: „Wir halten dafür, daß uns zur Hintergehung und zum Verderben des Papstthums um des Heils der Seelen willen alles erlaubt ist"; während es doch nur heißen kann: „daß uns gegen die Trügerei und Schlechtigkeit desselben alles erlaubt ist" (nämlich was diese Schlechtigkeit an's Licht bringen kann, wäre es selbst ein so scharfes Schreiben wie Luther's Buch).
[5] Die Hochzeit fand am 27. November statt.
[6] 2. Thess. 2, 3.

Nr. 339.

(Wittenberg.) 19. August 1520.

Luther an Wencesl. Link in Nürnberg.

Entschuldigt sich wegen seiner heftigen Schreibart, die ihm nöthig erscheint und der wenigstens kein schlechter Beweggrund unterliege. Staupitz hat ihm brieflich die Herausgabe der Schrift an den christl. Adel abgerathen, ist aber damit zu spät gekommen.

Drucke: 1. Aurif. II, 6; 2. de Wette I, 479. — Deutsch: Walch XXI, 712.

Wir geben den Text nach 2.

Jhesus.

Salutem. Non hoc a me agitur, mi Pater, ut meis scriptis et libellis quaeram laudes et glorias.

Omnes ferme in me damnant mordacitatem, sed mihi idem sensus est, qui tibi, scilicet Deum forte hoc modo revelare hominum figmenta. Video enim ea, quae nostro saeculo quiete tractantur, mox cadere in oblivionem, nemine ea curante. Sed et uterus Rebeccae debet gestare discordes et sese invicem collidentes parvulos[1]. Praesens male judicat aetás, judicium melius posteritatis erit. Paulus etiam suos adversarios nunc canes, nunc concisionem, nunc vaniloquos, pseudooperarios, Satanae ministros, et id genus appellat, et in faciem parieti dealbato maledicit[2]. Quis prophetas non videt invehi acerbissime? Sed haec usitata sunt, ideo cessaverunt movere. Reverendus pater Vicarius[3] heri ex Erffordia mihi scripsit, rogans, ne ederem libellum de statu Christianorum emendando, nescio enim, quo nomine ei sit accusatus; sed tarde venit, jam edito libello. Tu fac, ut praesens eum mitiges. Quis scit, si spiritus me impetu suo moveat, cum certum sit, neque gloriae, neque pecuniae studio, sed nec voluptatis me ita ferri. De vindicta nihil dico, Dominus ignoscat; nec hoc a me agitur, ut seditionem moveam, sed ut concilio generali libertatem asseram. Vale in Domino. Dominica post Assumptionis[4] diem 1520.

Tuus Frater Martinus Lutherus.

[1] 1. Mos. 25, 22.

[2] vgl. Phil. 3, 2; Tit. 1, 10; 2. Cor. 11, 15; Apstgsch. 23, 3. — vgl. Nr. 273, Z. 106.

[3] Nicht Lang (wie Seidemann bei de W. VI, 537, Note 7 und 674 s. v. Lange, meint), sondern Staupitz, welchem durch den Ordensgeneral Gabriel Venetus eine ernste Weisung vom 15. März zugekommen war, sich zu bemühen, Luthern, der mit seinen Schriften so viel Aergerniß gebe und seinem Orden so große Schmach bereite, zurechtzubringen; vgl. Kolbe, Augustiner. S. 322. 327; Köstlin² I, 357.

[4] zu ergänzen Mariae.

Nr. 340.

Wittenberg. 23. August 1520.

Luther an Spalatin.

Von der Angelegenheit der Wittwe Landmann; von den Zusätzen zu der zweiten Auflage der Schrift an den christl. Adel; übersendet seine Oblatio, sowie den Brief an den Kaiser zur Verbesserung; Inhalt seines Schreibens an den Cardinal St. Crucis. — Nachschrift: Empfehlung Fr. Günther's.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 74; 3. Cod. Jen. a. f. 95; — Drucke: 4. Aurif. I, 279; 5. de Wette I, 480. — Deutsch: Walch XV, Anh. LVII.

Viro amico, D. Georgio Spalatino, servo Christi, suo in Domino.

Jhesus.

Salutem. Primum Landmanninnae viduae nihil respondetur, mi Spalatine, nisi dura (ut audio) improperia, ut nihil promoverit ista supplicatio: responde, si potes, quid agatur. Literas tuas Nurmbergam ferendas curavi. Additiones ad libellum addentur secundaria editione[1], quam Lottherus praesumit, quae et locupletabitur. Elogion et literas[2] ecce mitto corrigenda.

Argumentum literarum ad S. Crucem[3] tale est: quandoquidem ejus fama eximia est in orbe, rogare volui, ut causae componendae se faceret, qua posset industria, sequestrum: me quasvis[a] pacis conditiones etiam offerre, excepta palinodia et infamia haereseos et libertate docendi verbi, censuras autem et vim non timeri a me, quando jam in media Germania tutus esse queam; simul ut caveant, ne uno ex-

---

[a] quavis 4.

tincto multos suscitent; hostibus (Deo propitio) parem fore me et ingenio et eruditione. Vale et pro me ora. Vittenbergae, 1520 vigilia Barptolomaei.
Martinus Luther, Augustinensis.

Magistrum Franc. Guntherum tibi commendo, et has literas curabis Principi reddendas.

[1] Die zweite Auflage der Schrift an den christl. Adel erhielt mehrere Erweiterungen (Erl. 21, 316, Z. 15—317, 15; 351, Z. 12—355, 33; und 359, 40 — 360, 5), weshalb sie auch auf dem Titel den Zusatz hat: „Durch yhn selbs gemehret vnd corrigirt".

[2] Es sind dieß die nachher zusammen erschienenen Schriften: Ad Sereniss. Principem et Dominum Carolum V.... D. M. Lutheri Epistola. Et ejusdem D. M. Lutheri Oblatio sive protestatio. Wittenb. MDXX. (vgl. opp. v. arg. V, 1, woselbst jedoch chronologische Unrichtigkeiten); letztere Schrift, die Luther hier Elogion nennt, erschien auch deutsch, vgl. Erl.[2] 24, 11 (daselbst auch falsch in den Januar 1520 gesetzt).

[3] Bernhardin Carvajal, geb. zu Placencia in Spanien, Bischof von Carthagena rc., zuletzt von Ostia; seit 1493 Cardinal tit. S. Marcellini, dann St. Crucis; war als Gegner Julius II. die Seele des Concils von Pisa, weshalb ihn dieser auf dem Lateranconcil des Purpurs für unwürdig erklärte; Leo X. gab ihm aber 1513 denselben wieder; im Reuchlin'schen Streit, von Hochstraten bestochen, auf des Letzteren Seite; starb 16. Decb. 1522. (Vgl. Dictionnaire des Cardinaux, Par. 1857, s. v.; Friedländer, Beitr. z. Rfgsch. 20. 24. 36. 108 ff.)

Nr. 341.

(Wittenberg.) 24. August 1520.

Luther an Spalatin.

Sendet Franz Günther; über die mit dem vorigen Briefe geschickten Manuscripte.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 75; 3. Cod. Jen. a. f. 95; — Drucke: 4. Aurif. I, 279b; 5. Kindervater, Nordhus. illustr. S. 86. Nr. 2; 6. de Wette I, 481. — Deutsch: Walch XXI, 714.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Christo charissimo Domino Georgio Spalatino, Lochae Christi servo.

Jhesus.

S[alutem]. Mitto ad te Magistrum Franciscum Guntherum, mi Spalatine, paratum facere quae scribis; tu autem mone et instrue hominem latius. Est enim ignarus rei aulicae, docibilis tamen, quantum cognovi ingenium. Venisse ad te literas meas cum Elogio et aliis credo. Tu, quaeso, cura, ut diligenti lima expolias omnia. Eram enim nescio qua animi molestia pressus, dum scriberem illa. Monstrabo et aliis amicis, antequam evulgentur. Vale. 1520, die Barptolomaei.

Martinus Luther, August.

Nr. 342.

Eisleben. 29. August 1520.

Karl von Miltitz an Luther.

Bedauert, L.'n nicht auf dem Capitel in Eisleben getroffen zu haben; L. möge den Rath der ihm zugesandten Ordensbrüder befolgen, während Miltitz selbst vermeiden müsse, zu ihm zu kommen, um sich nicht den Verfolgungen von Luther's Freunden, die ihn für seinen Feind halten könnten, auszusetzen.

Original: 1. Cod. Gothan. A. 336. Nr. 11; — Druck: 2. Cyprian, Nützl. Urk. II, 177. — Deutsch: Walch XV, 928. Wir geben den Text nach 1.

Reverendo Patri ac doctissimo viro, Fratri Martino Luther, Theologiae Doctori etc., amico singulari.

Salve, Martine doctissime! Fui in Capitulo tui Ordinis, quod in Eysleben celebratum[a] [1]*, maxime, ut te,*

[a] celebratur 2.

sicut amicum, quem admodum diligo, viderem. Cum autem gratia mihi non dabatur, Fraternitati tuae scribere decrevi. Locutus sum Fratribus, ex potestate Sanctissimi Domini nostri Papae, in Capitulo, quod Fraternitati tuae minime oberit, sed maxime profuturum[2]. *Quare Fraternitatem tuam adhortor, nolit refragari Fratribus suis*[3], *qui Fraternitatem tuam visitaturi, et ipsis ac toti*[b] *Capitulo morem gerere et consilio eorum obsequi, quod spero Fraternitatem tuam nunquam poeniturum. Ipse venirem ad Fraternitatem tuam, nisi forsan insidiae ab amicis Fraternitatis tuae mihi ponerentur, qui crederent me inimicum Fraternitatis tuae; credo tamen non ex his partibus discedere, quam Fraternitatem tuam ut amicum unicum alloqui. Vale feliciter*[c]. *Ex oppidulo Eysleben, quarto Cal. Septembr. 1520.*

Tuus Carolus de Miltiz,
manu propria.

[1] vgl. Nr. 303, Note 2.
[2] Noch am 19. August hatte Miltitz dem Kurfürsten geschrieben, wenn er verhelfe, daß Luther's Buch an den Adel noch nicht zur Zeit ausgehe, so hoffe er: „ich will Doct. Martini Sachen zum Besten helfen bei bebestlicher Heilikeit antragen und ihn weder zu Gnaden brengen. Denn die Sache ist nicht so schwarz, als wir Pfaffen sie machen". (Cypr. I, 435).
[3] Ueber den Auftrag der an Luther abgeschickten Brüder (Staupitz, Link u. a.) vgl. den Brief an Spal. vom 11. Septb.

[b] toto 2. — [c] felix 2; bei 1: feli?.

Nr. 343.

Wittenberg. (30. August) 1520[1].

Luther an Kaiser Karl V.

Unter Darlegung der Veranlassung, wie er gegen seinen Willen in den Streit verwickelt und zur Herausgabe seiner Bücher bewogen worden sei, fleht er den Schutz des Kaisers an, so lange bis er durch Gründe besiegt sei oder gesiegt habe.

Von diesem Briefe gibt es 3 von einander stark abweichende Texte:

A. Urdruck: 1. Ad Serenissimū Principem : | Dñm Do. Carolum. V. | Rho. Caes Impe. | Aug. Hispaniarum 2c. Regē: | Archiducem Austrie 2c. | Doctoris Martini | Lutheri Epi- | stola. || Et Einsdem Doctoris Mar- | tini Lutheri Obla- | tio siue prote- | statio || Wittenberge. | D.M.XX. — Am Schluß: Finis. — 3 Bl. in 4., Text auch in deutscher Schrift. — Abdruck: 2. Burkhardt, L.'s Briefw. S. 25.

B. Drucke: 3. Opp. Luth. Viteb. II, 44; ihm folgend: 4. Aurif. I, 229; 5. Gerdesius, hist. ref. P. II. Docum. Nr. I, p. 3; 6. de Wette I, 392 (unterm 15. Januar 1520); 7. opp. v. arg. V, 2.

C. Drucke: 8. Joh. Brant, centum epp. clar. viror. Amsterd. 1702; ihm folgend: 9. Fabricius, centifol. Lutheran. p. 68; 10. Strobel-Ranner, epp. Luth. p. 58.

Deutsch: Wittenb. IX, 88; Jen. I, 220; Altenb. I, 342; Leipz. XVII, 291; Walch XV, 1636.

Wir geben den Text nach 1, die Varianten bezeichnen wir nach den Classen mit B und C, nur in besonderem Falle mit der Zahl.

[a]Gratiam et pacem a Domino nostro Jhesu Christo. Quod ego[b] Majestatem tuam serenissimam, Imper[ator] opt[ime] Carole, audeo litteris adire, nemo non optimo jure mirabitur. Pulex enim unus[2] regem regum omnium dominantium[c] compellare etiam praesumit[d]. Verum segnius[e] mirabitur, si magnitudinem[f] causae contempletur, quae cum veritas[g] et digna sit, et coelestis majestatis thronum accedere, non indigna erit[h], quae terrenum Principem conveniat. Deinde[i], quod terrenos[k] Principes, ut sunt imagines coelestis, ita decorum sit[l] hunc[m] imitari, ut et ipsi in altis habitent, humilia tamen respiciant in terra, et suscitent de terra inopem et de stercore erigant pauperem[3]: venio itaque inops

---

[a] † Jhesus BC. — [b] ego fehlt C. — [c] domnantium 1. — [d] statt Pulex etc.: Quid enim insolentius videri poterit [potest, C], quam regem regum et [ac, C] dominum dominantium in terris [in terris fehlt C] a vili et infimae sortis homuncione compellari? BC. — [e] minus BC. — [f] † non 1. — [g] veritatis 2. — [h] ft. si magnitudinem etc.: quisquis causae magnitudinem contemplatus, de evangelica veritate agi intellexerit, quae cum digna sit etiam coelestis maj. thr. acc., non indigna videri debet. BC. — [i] Accedit BC. — [k] terreni B. — [l] ita eos decet. B; ita decet. C. — [m] illum C.

et pauper ante pedes tuae Sereniss[imae] Regiae Majestatis prostratus, indignissimus, dignissimam tamen causam producturus.

Editi sunt a me nonnulli libelli[n], quibus multorum et magnorum mihi conflavi invidiam et indignationem, ubi duplici debui praesidio tutus esse. Primum, quod invitus in publicum veni, nec nisi aliorum vi et insidiis proditus[o] scripsi, quicquid scripsi, nihil unquam majoribus[p] votis expetens, quam ut in angulo meo laterem; deinde quod, testor[q] mea conscientia ac optimorum virorum judicio, non nisi evangelicam veritatem studui evulgare adversus superstitiosas humanae traditionis opiniones. Propter quam tertius jam finitur ferme annus, ex quo patior[r] sine fine iras, contumelias, pericula et quicquid[s] possunt mali excogitare. Frustra[t] veniam peto, frustra[u] silentium offero, frustra pacis conditiones propono, frustra erudiri meliora postulo: unum est, quod in me paratur, tantum ut extinguar cum universo evangelio.

Cum autem[v] omnia frustra tentarim, visum est tandem exemplo S.[w] Athanasii Imperatoriam Majestatem invocare, si forte Dominus dignetur per eam suae causae adesse. Quare Serenissimae Majestati tuae, Carole princeps regum terrae, suppliciter procumbens supplico[x]: dignetur non me, sed causam ipsam veritatis, ob quam tibi solam datum est gladium gestare[y], in vindictam malorum, laudem vero bonorum[4], sub umbram alarum tuarum[5] suscipere[z], et me in illa non amplius nec longius tueri, quam donec reddita ratione aut vicero aut victus fuero. Nolo defendi, si impius et haereticus inventus fuero. Unum peto, ne damnetur sive veritas sive falsitas inaudita et inconvulsa. Hoc enim regium et imperatorium tuum decet thronum, hoc tuum ornabit imperium, hoc tuum consecrabit posteris[a]

---

[n] a me libelli quidam C. — [o] prodiens B. — [p] ardentioribus BC. — [q] teste BC. — [r] ſt. Propter etc.: atque ob hanc jam in tertium usque annum patior C. — [s] † adversarii, B; mali, C. — [t] † interim BC. — [u] veniam etc. fehlt C. — [v] Jam cum, C. — [w] Divi, C. — [x] supplicio 3. — [y] gastare (!) 1. — [z] suscipe (!) 1. — [a] pastoris 1; postoris 2. —

seculum[b]: si non patiatur Majestas tua sacratiss[ima], ut impius conculcet et devoret justiorem se, et sit facies hominis, ut propheta[6] ait, quasi pisces maris et quasi reptilia non habentia ducem, dum fit[c] judicium et contradictio potentior[d]. Ita me commendo, ita confido, ita spero in tuam sacratiss[imam] Majestatem, quam Dominus Jhesus nobis servet et magnificet ad gloriam evangelii sui sempiternam, Amen. Datum Wittenbergae[e], anno Domini MDXX[f][7].

[1] Dieser bei A undatierte Brief hat bei B das Datum 15. Januar 1520, bei C 30. August 1520. Letzteres Datum kann allein richtig sein, wie sich schon aus Nr. 340 (vgl. Note 2) ergibt, wo L. den Brief Spalatin zur Correctur überschickt; vgl. auch Nr. 344. Auch konnte Luther im Januar 1520 noch nicht schreiben: tertius jam finitur ferme annus etc. (Z. 28). Vgl. auch Knaake in Zeitschr. f. luth. Theol. 1876, 342; Kolde, analect. S. 440; Köstlin[2] I, 795 zu S. 366. — Den Brief ließ Luther wahrscheinlich durch Sickingen, der damals in besonderer kaiserlicher Gunst stand (Ulmann, Sick. 162 f.), an seine Adresse gelangen (Kolde, Luther I, 268); wenigstens hat Sickingen, nach seinem Briefe an Luther vom 3. Nov., diesen Brief sammt dem „Erbieten" gelesen. (Köstl. a. a. O.) Das „Erbieten" erhielt der Kaiser zu Köln im November; damals auch den Brief? Das Schreiben ward später auf dem Reichstage zu Worms dem Kaiser nochmals präsentiert, von diesem aber zerrissen und ungelesen weggeworfen. Aleander sandte es an den Vicekanzler Julius von Medici. (Elter, Luth. und der Worms. Reichstg. 1886. S. 8 f.; vgl. auch Lämmer, monum. Vaticana p. 442.)

[2] vgl. 1. Sam. 24, 15; 26, 20. — [3] Ps. 113, 5—7. — [4] Röm. 3, 13 f. — [5] Ps. 17, 8. — [6] Habac. 1, 14.

[7] Die darauf folgende Oblatio s. opp. v. arg. V, 4.

---

[b] st. Hoc enim etc.: Christo fasces tot regnorum Serenissima Majestas tua debet. Is hoc reposcit gratiae, ut veritatem eadem Serenissima Majestas tua tueatur. Hoc potissimum Imperii tui ornamentum, hoc saeculi tui memorabile decus erit, C. — [c] sit 6. 7. — [d] potentiorum C. — [e] † die 15. Januarii, B; die penultima Augusti, C. — [f] † Serenissimae Majestatis tuae ac Regiae Imperatoriae [Imperatoriae ac Regiae, C] clientulus devotus [devotissimus, C], [† Fr., C] Martinus Lutherus [† Augustinianus, C]. BC, mit Ausnahme von 10.

Nr. 344.

(Wittenberg.) 31. August 1520.

Luther an Spalatin[1].

Ueber Aenderungen bezügl. der Vorlesungen; über Fr. Günther; sendet die gedruckte Oblatio und Briefe; von dem Druck der Schrift de captivitate babylon. — Nachschrift: Von Agricola's naher Hochzeit.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 76; **3.** Cod. Jen. a. f. 96; — Drucke: **4.** Aurif. I, 280; **5.** Kinderpater l. c. S. 87. Nr. 3; **6.** de Wette I, 482. — Deutsch: Walch XXI, 715. Wir geben den Text nach 1.

Viro bono et pio, Domino Magistro[a] Georgio Spalatino, a sacris P[rincipis] S[axoniae], suo in Domino[b].

Jhesus.

Salutem. De lectionibus mutandis alias scribemus, ubi sponsus[2] sponsam se habere assueverit. De parocho Lochensi Francisco[3] spero omnia felicia fore; modo tu sis institutor hominis, quod ad aulicos mores pertinet, placidus et facilis. Sororis suae opinionem istam pessimam non novimus, erit tamen separata.

Mitto Elogia[4] excusa, et literas ad Franciscum Siccingerum et ad Carolum Imperatorem[5]. De captivitate ecclesiae[6] parum excusum est, videbimus tamen. Vale in Domino. Vigilia Egidii 1520.

Martinus Lutherus, August.

Nuptiarum Eyslebensium dies est feria secunda proxima post nativitatis Mariae[7]; tu cura ergo promissa fideliter.

---

a Erudito pioque viro, Domino 4–6. — b † charissimo 4–6.

[1] Spalatin war am 27. August mit dem Kurfürsten von Lochau nach Köln gereist, wo sie am 25. September ankamen und am 29. November nach Lochau zurückkehrten; Spal. ap. Menck. II, 602 ff.

[2] Melanchthon. — [3] Franz Günther.

[4] vgl. Nr. 340, Note 2. — [5] vgl. Nr. 343 und Note 1 dazu.

[6] De Captivitate Babylonica ecclesiae praeludium D. M. Lutheri, in opp. v. arg. V, 16.

[7] d. i. 10. September.

Nr. 345.

(Wittenberg.) 1. September 1520.

Luther an Spalatin.

Dank an den Kurfürsten für Wildpret; von der bevorstehenden Ankunft Staupitzens und Links; von Miltitzens Brief; von den auf dem Convent in Eisleben beschlossenen Versetzungen.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 77; 3. Cod. Jen. a. f. 96; — Drucke: 4. Aurif. I, 280b; 5. de Wette I, 483. — Deutsch: Walch XV, Anh. XXXIX.

Wir geben den Text nach 1.

Optimo viro, D. Magistro Georgio Spalatino etc., suo in Christo patrono.

Jhesus.

Salutem. Primum omnium vide, mi Spalatine, ut pro me gratias agas Illustrissimo Principi, qui me ferinis saginat, cum sim monachus. Caeterum hodie veniet R. P. Staupitius, et cum eo novus successor ejus M. Venceslaus[1]. Heri enim nostri redierunt[2]. Carolus Miltitius scripsit ad me has literas[3], qui in consessu Patrum publico orationem habuit, Italica pronuntiatione vestitam, petens consilium super me compescendo. Frustra enim rosam a se allatam videt, id quod et verbis obscure indi-

cavit. Patres respondisse ferunt, sese nihil habere mecum, nec consilium nosse. De qua tamen re plenius hodie audiemus. Comites[4] eundem tractarunt magnifice.

Mitto literas ex Antwerpia datas à Priore[5] loci ejusdem, ut videas, de me quid agatur. Langus noster (quod miror) Dresdensis Prior fit[6], Melchior Mirisch[7] Gundensis[8]: nescio an spiritu fortitudinis acti sint, adeo turbata sunt omnia ad novum regnum novi Vicarii. Literas a Patre Jacobo Vogt[9] accepisse te credo. Vale. Prima Septembris 1520.

F. Martinus Luther, August.

¹ Link.

² 1520 Sonntag, Montag und Dienstag nach Bartholomäi haben die Mönche Augustinerordens Generalcapitel gehalten im Kloster zu St. Annen. (Handschr. Eisleber Chronik, bei Krumhaar, Mansfeld S. 66.)

³ Nr. 342. — ⁴ Die Grafen von Mansfeld.

⁵ Jakob Probst; vgl. Nr. 223, Note 10.

⁶ Dieß war nur ein leeres Gerücht.

⁷ Alb. p. 22: Frater Melchior Myritsch dreisnen. cursor sacre theologie ordinis heremitar. (inscrib. 1. Mai 1507); am 6. Aug. 1512 zu Köln inscribiert (vgl. Krafft in den Mitth. des Berg. Gesch.-V. VI, 253); war bis dahin in Dresden; durch seine Versetzung nach den Niederlanden suchte man daselbst den sächsischen Einfluß noch weiter zu stärken, doch blieb er nicht lange daselbst, da wir ihn 1522 als Prior von Magdeburg finden; vgl. Kolde, Augustinercongr. S. 362. 382).

⁸ Gundensis = Gandensis, von Gent (vgl. Kolde, August. S. 362; Köstlin² I, 796 zu S. 399; — Wiesner, Heinr. v. Zütphen. Berl. 1854. S. 21 meint von Gouda, in Südholland).

⁹ vgl. Nr. 28, Note 3.

Nr. 346.

Freiburg. 1. September 1520.

Ulrich Zasius an Luther[1].

Bekennt sich zu Luther's Lehren über den Ablaß, Buße und Beichte, zu seinen Schriften über die zehen Gebote und den Galaterbrief, und bezeugt

den Beifall, den diese Schriften bei den Gelehrten fänden; er selbst wolle lieber im äußersten Elend leben, als Luther's Werke entbehren; er nimmt jedoch daran Anstoß, daß Luther die Autorität des apostolischen Stuhls bezweifle. Empfehlung eines von Joh. v. Schönau nach Wittenberg gesandten Jünglings. Gruß an Spalatin und Melanchthon.

Drucke: **1.** Centuria Epistolarum Theologicarum ad Johannem Schwebelium ... ab Anno Christi 1519 usque ad Annum 1540 ... Ex Typographia Bipontina per Casp. Wittelium. MDXCVII. p. 10. Nr. 5; **2.** Sculteti annal. p. 34; **3.** Udalrici Zasii, JC. Friburg. quondam celeberrimi Epistolae ad viros aetatis suae doctissimos, ... edidit ... Jos. Ant. Rieggerus, Ulmae 1774, p. 394.

Wir geben den Text nach 3.

Si animi mei affectum, Martine, theologorum Phoenix (lubet ultra epistolare filum mollius scribere), si, inquam, affectum declarare tibi pergam, nihil secius, quam Sardos venales[2] *exhibeo, ita in te omnia mea, non dico afficiuntur, sed vel ardent: didici abs te, si quid boni in me sit (quod vel nihil, vel exiguum est), omnia prorsus accepta referre Deo. Indulgentiarum vim, quam a trecentis et amplius annis nemo deprehendit, ita mihi clare depinxisti, ut non solus ego, sed ipsissimi Romanistae in ordinem redactas esse, confiteri cogantur. De poenitentiae, de confessionis veritate, de decem praeceptorum spiritali medulla, quid poterat tuis opusculis esse vel verius vel fundatius? Taceo minutiora. Et una a te epistola ad Galatas tradita praesentibus et posteris utilis esse poterit: in qua tu loca abstrusa clarissime elucidas, ut non aliter quam fide, non ex operibus legis justificemur, et quod lex peccatum potius augeat, quam adimat, nec aliter impleatur lex, nisi destruatur; multaque id genus et rara et insignia, et ut verbo dicam, unus es, qui doctus et integer theologus dici merearis. Te sequuntur passim docti omnes, ex te pendet jam non quota pars christiani orbis*[3]. *Suntque, quod ausim ex veritate dicere, ex doctissimis, qui eam sortem nullo argento commutarent, quod te non legissent. Equidem cuperem potius, extrema laborare inopia, quam tua non vidisse. Quo tamen nomine non est, quod tibi*

glorieris, sed Deo (hoc enim tu ipse doces), qui ex te salutem nostram operatur.

Sed, si aequo pateris animo, vereor, esse in te, quae desiderentur[4]. *Amore enim victoriae Eckianae (quem certe subtrivisse videris) nimium*[a] *sedis Apostolicae auctoritatem attenuare quibusdam judicaris, quos tamen, licet nec approbem, nec improbem, quando id genus controversiae non est mihi satis perspectum, habeo tamen vel ego, de quibus nonnihil subsistam. Tot enim aetates, quae*[b] *summam Pontifici Romano potentiam praerogarunt, et sanctos viros convellere, nisi fortissimis agatur rationibus, non est tutum, et esset in jure nostro, si ulla tibi ejus esset auctoritas, haec ratio invicta. Quae enim diutissime sunt justa visa, nefas putamus, everti contendere. Sed tamen dubito, non affirmo, tuam clariorem expectaturus elucidationem. Si ita tibi sedeat:* [c]*hominem exiguum, auditorem tuum ea nota digneris; sin minus, tamen brevissimis ad me literis scribito, ut intelligam te meis nugis non offendi, qui alioqui omnia tua tanquam veritatis oraculum amplector, et me eis, prout Deus dederit, confirmo. Vale.*

Plura scripturum nuntius praepedit, qui jam itineri intentus negat diutius praestolari posse. Alio tamen tempore plura. Praesentium exhibitorem, juvenem integrum, devotum, doctum et tui amantissimum, fac ex humanitate complectare. Famulus Joannis de Schoenaw[5] *fuit, viri nobilis, devotissimi, et qui totus ex tuis pendet praescriptis, assiduus et lector et imitator tuarum praeceptionum, qui etiam a decem annis Taulero studuit, qui et ductu praestantissimi theologi Brisgoici fovetur; Brisgoici*[6] *inquam, cui nihil post sacras literas nisi Lutherana sapiunt. Illic te juvenis ille colere didicit.*

Mi dulcissime Martine, nolito moveri: ex sinceritate purissimi amoris ad te scribo, veritus, ne pulcherrimae tuae doctrinae hac odiosa et exotica concertatione, quam forte sustinere non possis, dehonestetur.

Vale, decus christiani orbis. Georgium Spalatinum,

---

[a] nimiumque 1. — [b] quo 1. — [c] † si 1.

virum cum doctrina humanissimum, salvum jube, cui scripsissem, nisi nuntius festinasset, sed proxime scribam. Melanthona, hominem rarae eruditionis, omnes animae meae vires, saluta. Ex Friburgo, Calendis Septembribus. Anno MDXX.

[1] Riegger bestreitet mit Unrecht die Aechtheit dieses Briefs: Zasius lasse sich hier gegen seine sonstigen Grundsätze in theologische Angelegenheiten ein, und bezeichne den gut katholisch gebliebenen Brisgoicus als Luther's Verehrer. Aber sowohl des Zasius wie des Brisg. Gesinnung entsprach damals der im Briefe sich zeigenden, wie hinsichtlich des Zasius aus anderen, auch von Riegger unbeanstandeten Briefen, besonders an Zwingli, hinsichtlich des Brisgoicus aber schon aus der von uns Nr. 244, Note 64, angeführten Stelle hervorgeht. Sodann daß Z. an Luth. schreiben wollte, spricht er gegen Bonif. Amerbach aus (13. Juli 1519, Zasii epp. Nr. 5); daß er aber geschrieben hat, geht aus einem Briefe seines Schülers Franz Frosch v. J. 1520 hervor, worin es zum Schluß heißt: Epistolam quam pollicebaris, ad Martinum datam, Eppendorfius videre ex animo cupit. Vgl. gegen Riegger: Ranke, deutsche Gesch.^{5} I, 307; Döllinger, Ref. I, 176; Vierordt, bad. Rfgsch. 120; Stintzing S. 320. — Ulrich Zäsi, Zasius, geb. 1461 zu Constanz, um 1494 Stadtschreiber in Freiburg, 1496 lateinischer Schulmeister daselbst und seit 1506 Legum ordinarius an der dortigen Universität bis zu seinem Tode am 24. Novb. 1525. Einer der bedeutendsten Juristen war er durch seinen Verkehr mit den Humanisten im Anfang der Reformation günstig geneigt, „gehörte aber zu der alten Schule, deren reformatorisches Wirken seine Grenze gefunden hatte an dem festen Walle der Autorität, welcher die Gebilde der mittelalterlichen Welt schirmte und auch ihm unverletzlich und heilig galt", und entfremdete sich deßhalb bald der Reformation (so schreibt schon Beat. Rhenanus an Bonif. Amerbach am 8. Novb. 1520: Scis, quam antehac Lutherio faverit Zasius. Nunc nonnihil immutatus est, quod monuerit Lutherius praestare sacerdotes uxoribus quam scortis esse copulatos; Horawitz, Briefw. des B. Rhen. S. 251), ohne jedoch dadurch der Ehre zu entgehen, in den Index libror. prohibitor. zu kommen, wohl deßhalb, weil die gelehrten Verfasser desselben seine Apologia contra Eckium (vgl. Nr. 237, Note 9), eine rein juristische Schrift, für eine lutherische hielten. Vgl. bes. R. Stintzing, Ulr. Zasius, Bas. 1857; H. Reusch, der Index der verbot. Bücher. Bd. I (1883) S. 364.

[2] Erasm. Adag. s. v.: De negotio infinitae prolixitatis atque inexplicabili. Tiberius Sempronius Gracchus, cum altero consulatu Sardiniam domuisset, tantum ex ea

captivorum abduxit, ut longa venditione res in proverbium abierit.

[3] Aehnlich schon am 13. December 1519 an Mutian, bei Krause, Briefw. Mutians, Nr. 631.

[4] Auch darüber spricht sich L. ähnlich gegen Mutian aus, l. c.

[5] Joh. v. Schönau, aus einem alten Geschlechte im badischen Wiesenthal, galt bereits vor Luther's Auftreten für einen der wärmsten Theilnehmer an dem Schicksal der Kirche; Wimpheling widmete ihm 1509 seine deutsche Ausgabe der Ermahnung Mirandola's zum christl. Leben, Jak. Other 1510 eine Sammlung von Predigten Geiler's v. Kaiserberg („dem edlen und vesten Junker Hans v. Schönau, wohnhaft zu Freiburg"); vgl. Vierordt, bad. Rfgsch. 118.

[6] vgl. Note 1.

Nr. 347.

Wittenberg. 11. September 1520.

Luther an Spalatin.

Ueber das Ergebniß der Verhandlung mit den von Miltitz abgesandten Staupitz und Link, daß er nämlich bereit sei, einen Brief an den Papst zu schreiben, worin er erkläre, daß er niemals die Person des Papstes habe angreifen wollen. Von einem Briefe Hutten's. Der Erzbischof von Mainz habe Hutten's und stillschweigend auch L.'s Bücher verboten. L. will sich Hutten anschließen. Von Agricola's Hochzeit. Erklärung einer neutestamentlichen Stelle.

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. a. f. 97; — Drucke: 2. Aurif. I, 282; 3. de Wette I, 486. — Deutsch: Walch XV, Anh. XIII.

Wir geben den Text nach 3.

Eruditissimo et integro viro, Magistro Georgio Spalatino, a sacris Principalibus etc., suo in Domino majori.

Jhesus.

Salutem. Literas tuas ex Aldenburgo[1] datas heri accepi, mi Spalatine, sed posteriores ex Buttstet[2]

prius acceperam. Nihil actum est de me in Eisleben[3], nisi quod Carolus Miltitius consilio petito a Patribus tandem obtinuit, ut R. P. Staupitius et novellus Vicarius Wenceslaus ad me profecturi orarent me, ut literas privatim ad Romanum Pontificem scriberem, contestans, nihil me in personam suam unquam fuisse molitum, sperans hoc consilio rem bene habituram[4].

Etsi hoc apud me nihil facit, nec apud Patres, tamen mos geretur homini, forte per hoc suae quoque causae consulturo. Scribam itaque id quod res est, nihil unquam in me fuisse, quod in personam Pontificis raperetur: quid enim et facilius et verius scribere possum? Caeterum sedem ipsam et ne atrocius tractem inter scribendum, cavendum erit mihi; aspergetur tamen sale suo.

Hutten literas[5] ad me dedit ingenti spiritu aestuantes in Romanum Pontificem, scribens se jam et literis et armis in tyrannidem sacerdotalem ruere; motus, quod Pontifex sicas et venenum ei intentarit, ac Episcopo Moguntino mandarit, captum et vinctum Romam mittere[6]. O dignam (inquit) caeco Pontifice dementiam! Videbis exemplar, ubi recepero ab Henrico Stromero; is enim petivit videre.

Malorum causae accedit, quod Episcopus Moguntinus per conciones mandavit, Hutteni nomine expresso, libros ejus contra Romanum Pontificem neque legi neque emi sub excommunicationis sententia, adjecto in fine, eandem sententiam de similibus libris, ubi meos occulte taxat[7]. Verum si et me ita nominatim tractaverit, jungam Hutteno et meum spiritum, ita me excusaturus, ut Episcopum Moguntinum non sim laetificaturus; forte finem tyrannidi suae ipsi sibi accelerant hoc consilio.

Ad me redeo. Non fuerunt sex Doctores apud me, sed duo tantum Vicarii Staupitz et Wenceslaus cum aliquot fratribus. Quibus omnibus causa mea non displicet, displicet autem Romanensibus.

Nuptias Eisleben magnifice ornavit Illustriss.

Princeps cervo donato, quare gratias pro nobis agas magnificas.

Illud quod petis ex Evangelio[8]: «omni habenti dabitur et abundabit, non habenti autem auferetur et illud, quod habet» (seu ut alius Evangelista[9] dicit: «quod videtur habere»), arbitror ab Augustino recte tractatum: esse scilicet hoc generale quoddam epiphonema, quo Dominus doceat, eis, qui sunt in gratia et donis acceptis recte utuntur, assidue augescere, etiam acceptis iis, quae in alios dispergenda erant, contra decrescere assidue, qui abutuntur. Spiritus enim dona quieta esse non possunt. Aut enim lucro, aut damno sunt possessori, cum sint res vivae: id quod in corporalibus non fit. Sic in Apocalypsi[10] dicitur: «tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam». Ita Judaeis ablatum est regnum auferturque quotidie, et datum est daturque genti facienti fructus ejus, ut idem Dominus[11] dixit. Idem negotii quoque assidue inter quoslibet pios et impios agitur, et semper Hebraei spoliant Aegyptios[12], et alius aedificat, alius inhabitat: sicut in lege Mosi praedixit[13].

Tu haec boni consule, et vale in Domino. Cura autem, ne et Principi nostro pateat accessus passim, ne et ipsum petat veneno aliquis. Nihil non tentabunt Romanenses, nec potest satis Huttenus me monere, adeo mihi de veneno timet. Vittenbergae, undecima Septembris 1520.

Martinus Lutherus.

[1] Der Kurfürst war demnach von Lochau über Altenburg u. s. w. nach Köln gereist, der Brief Spalatin's folglich nach dem 27. August geschrieben (vgl. Nr. 344, Note 1).

[2] Buttstädt, nördl. von Weimar. — [3] vgl. Nr. 345, Note 2.

[4] Miltitz an den Kurf., Leipzig 3. Oktob. (Cypr., Urk. I, 438): „Als mir E. Ch. Gn. zu Gotha in meinem Abschied ein Brief geben an Fabian v. Feylsch's [d. d. Gotha, 10. Septb.; gedruckt in Ztschr. f. thüring. Gesch. I, 1854. S. 173], von Stund, als ich ken Erfurt bin kommen, hab ich ihm mit eigener Botschaft zugeschickt; bin aber zu Erfurt swach worden und 7 Tage alldo vorharren müssen. In sulcher Zeit ist der nawe Vicarius, Doct. Wentzeslaus kommen und mich besucht,

och gefraget, ob mir D. Stawpitz Schrift sei zukommen, D. Martinum belangend, saget ich: Nehn; welchs sein Wird erschragk, hätt gern gesehen, daß ich sulchen Brief emphangen hätte, dieweilen ich bei E. Ch. Gn. wäre gewest, uf daß E. Ch. Gn. hätt mügen D. Martini Gemüth und der geschickten Väter Fleiß vorsteihn; hat och nicht unterlassen, mich zu unterrichten, was sie gehandelt und beschlossen, daß D. Martinus gutwilligk ist, in aller Demuth an bebestliche Heilikeit zu schreiben und sich erzeigen als ein gehorsamer Sohn, welchs ich dann mit großen Freuden erfahren."

[5] Fehlender Brief, nicht Nr. 310, wie Einige meinen, dessen Inhalt ein ganz anderer als der hier angegebene ist und in dem auch die von Luther citierten Worte nicht vorkommen. — Aehnliches schreibt Hutten an Capito, d. d. Gelnhausen, VI. Id. Aug. (Ztschr. f. hist. Theol. 1855, S. 627), und an den Erzbischof selbst, ex Ebernburgo, Idib. Sept. (Böcking, opp. Hutt. I, 400.)

[6] Das päpstl. Breve an den Erzbischof vom 12. Juli (Böcking, I, 363) enthält davon nichts, es heißt darin bloß: Hortamur circumspectionem tuam, . . . ut interponere auctoritatem tuam efficereque velis, ut talium compressa temeritate, quae in hanc sanctam sedem iniquis animis efferuntur, aut ad modestiam se convertant, aut ea in maledicos severitatis tuae indicia edantur, quae et ipsos et ceteros possint a tanta petulantia coercere. — Es braucht jedoch deßhalb noch nicht (wie Kampschulte, Erfurt II, 82 meint) „der ganze päpstliche Anschlag auf Hutten's Freiheit und Leben nur auf Hutten's Aussage zu beruhen", auch nicht „vorerst bloßes Gerücht" gewesen zu sein (was Strauß, Hutten[2] 343 als möglich erscheinen läßt), da der mit den Mainzer Verhältnissen durch Capito, jetzt des Kurfürsten Rath, wohlbekannte Hedio am 15. Okt. aus Mainz an Zwingli schreibt (Zw. opp. VII, 148): Latitat Huttenus, cui a Romanensibus paratum fuit venenum, subornati qui caperent, vinctum Romam ducentes aut trucidarent. Es konnte neben dem officiellen Aktenstück recht wohl noch ein mündlicher Auftrag da sein.

[7] In der von Capito entworfenen (vgl. Hennes, Albr. von Brandenb. 1858. S. 113) Antwort des Erzbischofs an den Papst heißt es (Böck. I, 364): Deinde cavi, ne quis ejusmodi contumeliosa et in diminutionem auctoritatis sanctae sedis Romanae scripta venderet aut emeret sub meis dioecesibus. Quo edicto simul complexus sum Lutherana, tametsi ea superiore anno studiosissime prohibuerim.

[8] Matth. 13, 12; 25, 29. — [9] Luc. 8, 18. — [10] 3, 11. [11] Matth. 21, 43. — [12] 2 Mos. 12, 36. — [13] 5 Mos. 28, 30.

Nr. 348.

Wittenberg. 28. September 1520.

Luther an Günther v. Bünau, Domherr in Merseburg.

Berichtigt die über eine Wittenberger Disputation verbreiteten falschen Nachrichten. Von der Ankunft Eck's mit der Bulle und Luther's gutem Muth dagegen.

Handschriftlich: 1. Cod. Gothan. (nach Neudecker im Theol. Lit.-Bl. 1857. Sp. 612, woselbst die Varianten zu de Wette verzeichnet sind); — Drucke: 2. Unsch. Nachr. 1708. S. 465; 3. Strobel-Ranner p. 61; 4. de Wette I, 487. Wir geben den Text nach 4.

Pio et erudito viro, Dno. Gunthero de Bunau[1], Canonico Mersburgensis E., suo in Domino patrono et majori[a].

Salutem. Ingentis tuae in me fidei, vir optime, literas cum gaudio et miraculo legi. Quid enim non mentitur virulentus[b] ille serpens antiquus[2]? De disputatione sic habet. Praesidebat Carlstadius[3], ego cum caeteris more solito arguebam. Erat tum quaestio: an Christus in passione etiam reluctatus fuisset voluntati Patris? petivit enim auferri calicem, quod utique est nolle et reluctari. Deinde profert argumentum, ut nolens possit dici odiens et rebellis. Quae ut negabantur, ita nec probabantur. Nihil enim assertum est, sed tantum[c] controversum familiariter. Quanta, quaeso, solemus dicere argumentantes etiam in sententias catholicas? Nonne etiam articulos fidei solemus impugnare? Quid ergo insaniunt illi homines[d] mendaciis suis, dicentes, me

---

[a] † M. Lutherus Doctor 1. — [b] virulens 1. — [c] tantummodo 1. — [d] nach 1; 4: hodie.

asseruisse, cum argumentandi ritu oppugnarem duntaxat, nihil asserens, imo palam confitens, me non intelligere omnia mysteria passionis Christi? Nescio, an simul illud Apostoli tractaverimus: «eum, qui non novit peccatum, fecit peccatum».[4] et alia quaedam, quae Christo peccatum, maledictum, desperationem tribuunt, qualia solet Paulus et prophetae, quae cum nondum capiamus, justum est, ut nihil adseramus. Ego plane de ista materia dolorum Christi nihil unquam publice disputavi, sic[e] nec scio praeter[f] id argumenti, quod supra dixi. Si quis aliud de me dixerit, poteris constanter eum mendacii arguere teste vel toto auditorio nostro. Desinant itaque virulenti argumentantem criminari, aut suum Thomam, qui omnia christiana impugnat arguendo pro et contra, prius damnent. An volent nos capere, ne liceat disputandi ritu et discendi[g] gratia[h] articulos fidei impugnare? Pudet me per ista commenta nihili vel te unum sic commoveri. Sed habes factum et mentem meam.

De Eccio nihil adhuc scio, nisi venisse[5] eum barbatum, bullatum, nummatum[6]. Det Dominus, ut unus sit articulorum damnatorum: saccum Mendicantium nullam esse, optandum. Ridebo et ego bullam sive ampullam. Mitto Marferium[7]. Dominus conservet te in aeternum, Amen. Mi carissime Gunthere, vale. Vittenbergae, die Wenceslai 1520.

Martinus Lutherus Augustinianus.[i]

[1] Ein Günther v. Bünau auf Elsterberg war 1523 mit Visitator in Meißen und Voigtland (König, geneal. Adels-Hist. I, 137; vgl. Tischr. Nr. 2228); ob derselbe wie der Brief-Adressat?

[2] Offb. Joh. 12, 9.

[3] vgl. Jäger, Carlst. S. 136. 139. Die hier in der Disputation verhandelte Frage behandelt Carlstadt auch in einem Brief an Spalatin vom 6. April 1520 bei Olearius, scrin. p. 69. Ueber ähnliche Disputationssätze vgl. Seidemann, Münzer S. 11.

---

[e] sicut 1. — [f] propter 1. — [g] dicendi 1. — [h] † etiam 1. — [i] Unterschrift fehlt 4.

[4] 2 Cor. 5, 21. — [5] vgl. Nr. 337, Note 1. — [6] vgl. Nr. 310, Note 4.

[7] Marforius ist der Name der großen verstümmelten Marmorstatue eines Flußgottes im Hofe des Capitols in Rom, an welche allerlei Satiren angeheftet zu werden pflegten, und der dann auch in diesen Satiren als Person auftritt. Die von Luther geschickte Schrift ist vielleicht die s. a. et l. erschienene (die ich allerdings nur dem Titel nach kenne): Pasquillus Marranus exul, lectori salutem.... Auf der Rückseite: Contenta. Epistola Pasquilli Romani ad Marforium Romanum. Responsio Marforii Romani ad Pasq. Supplicatio non minus lepida quam necessaria ejusdem Pasquilli ad S. D. N. papam. Decretum Papae super supplicatione Pasq. Epistola Publii Maironis ad Alveldianum Franciscum Romanistam. 10 Bl. in 8. — Burkhardt ad h. l. verweist auf Pasquillorum Tomi II, Eleutheropoli [Basel?] 1523, welcher p. 296 einen Dialog Pasquilli et Marforii enthalte. — Die Erklärung dieser Stelle durch Schmidt in Ulm bei de Wette III, Nachtrag: Ich lasse Rom fahren, was geht mich Rom an? ist eine verfehlte; ebenso scheint der Vorschlag de Wette's a. a. O., dafür Barfotum zu lesen (was alsdann Alveld wäre), nicht zutreffend.

Nr. 349.

Wittenberg. 1. Oktober 1520.

Luther an Conrad Saum in Brackenheim.

L. freut sich, daß S. der reinen Lehre anhange und ermahnt ihn zur Standhaftigkeit und zum Gottvertrauen, auch gegenüber dem, was Eck mit seiner päpstlichen Bulle dagegen vornehmen werde.

Drucke: 1. Aurif. I, 285; 2. de Wette I, 489. — Deutsch: Walch XXI, 717.

Wir geben den Text nach 2.

Frater Martinus Lutherus Augustin. ad Conradum Saum [1], concionatorem in Brackenheim.

Salutem. Insigni te mihi elogio commendavit hic Magister Heilingen [2], Conrade, pietate et eruditione perspecta, nec parum me laetificavit, quod

tuo cordi constanter insidere testabatur puram illam et sinceram Christi doctrinam, cui strenue resistunt sophistae armis et insidiis, et quibus modis possunt, ministrante Satana, quem harum in eis turbarum esse ducem, quis non videt?

Non enim est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed contra spirituales nequitias, in coelestibus harum tenebrarum rectores[3]. Constantes ergo simus, et vicissim nostri quoque ducis audiamus classicum, quo insonat: estote fortes in bello, et pugnate cum antiquo serpente[4], et accipietis regnum aeternum. Neque enim nobiscum pugnat Satan iste, sed cum Christo, qui pugnat in nobis, qui major est quam is, qui in mundo est[5]. Nova bella eligit sibi Dominus, ait Debora, Judicum VII.[6], et nos quoque non nostra, sed Domini bella bellamus. Confortare ergo, et esto robustus; si Deus pro nobis, quis contra nos?[7]

Dices, quid ista? Nempe quod futurum est, ut audias Eccio Legato Romanum Pontificem durissima Bulla[8] in Lutherum libellosque ejus esse grassatum, ac omnes, qui adhaerent et sequuntur. Agit modo Lipsiae[9] miserum hoc Satanae organum, bullam suam ebuccinans ingenti pompa et gloria. Ego quid futurum sit, adhuc ignoro, nec ut sciam, sollicitus sum, certus quod is, qui in coelo sedet, omnium curam gerens, ab aeterno praevidit hujus rei ortum, progressum et finem, quem expecto; quocunque sors ceciderit, me non movebit, quia non nisi ipsius optima voluntate cadet, quocunque cadet, qui ut errare non potest, ita placere nulli non debet. Nolite ergo solliciti esse; scit Pater vester, quibus indigeatis, antequam rogetis eum[10], folium arboris non cadit in terram sine ejus voluntate[11]: quanto minus nos nusquam cademus, nisi quo ille nos volet cadere.

His visum est te adhortari mecum, ut, si spiritus potestatem habens ascenderit super te, locum tuum non dimittas, sed teneas quod habes, ne alius

accipiat coronam tuam[12]. Parum est, nos pro verbo mori aut perire, cum ipsum incarnatum pro nobis prius mortuum sit, resurgemus cum eo, cum quo perimus, et qui transivimus, quo ipsum transivit, simul eo etiam perveniemus, quo ipsum pervenit, et cum eo manebimus in aeternum. Vide itaque, ne vocationem tuam tam sanctam vilem habeas, sed gratus in ea per omne malum perseveres. Veniet et non tardabit, qui eruet nos ab omni malo[13]. Vale in Domino Jhesu Christo, qui confortet et servet spiritum et intelligentiam nostram, Amen. Vittenbergae, Calendis Octobris, 1520.

Martinus Lutherus.

[1] Conrad Sam (mundartlich Som, Saum), geboren 1483, damals Prediger in dem württembergischen Städtchen Brackenheim bei Heilbronn, gehörte mit zu den Ersten, welche Vertreter der neuen Lehre im Württembergischen waren, und wurde wegen derselben schon so angefochten, daß er, wie sich aus unserm Brief ergibt, an Wegzug dachte; doch hielt er sich dort bis 1524, wo er auf die Denunciation des eifersüchtigen Pfarrers von Brackenheim, Hans Rotbart, beim Stuttgarter Regiment entlassen wurde. Er kam nach Ulm, wo er die Reformation, und zwar in Zwingli'scher Richtung, durchführen half. Er starb am 20. Juni 1533. „Der Tod überhob ihn rechtzeitig den für ihn drückenden Nachgiebigkeiten gegen Wittenberg, welche die nächsten Jahre brachten." Vgl. Keim's Artikel über Sam in Herzog's R.-E.[1] XX, 670; Schnurrer, Erläut. der Würt. Kirchen-, Ref.- und Gelehrten-Gesch. 1798. S. 24.

[2] Nach Keim a. a. O. S. 670 und Schnurrer S. 27 ist dieß Magister Johannes Geyling aus Ilsfeld bei Brackenheim, später ein bekannter Name der süddeutschen Reformation; vgl. über ihn Fischlin, memoria theologor. Wirtemb. p. 1; Strobel, Miscell. III, 173.

[3] Ephes. 6, 12. — [4] Offb. Joh. 12, 9. — [5] 1 Joh. 4, 4.

[6] ? vielmehr 5, 8. — [7] Röm. 8, 31.

[8] Vgl. darüber im Allgemeinen: J. B. Riederer, Beytrag zu den Ref.-Urkunden ꝛc. Altorf 1762; auch u. d. T.: Geschichte der durch Publication der päpstl. Bulle ꝛc. erregten Händel. 1776.

[9] Ueber die Aufnahme, welche Eck in Leipzig fand vgl. Nr. 350.

[10] Matth. 6, 8. — [11] vgl. Matth. 10, 29. — [12] Offb. Joh. 3, 11. — [13] Hebr. 10, 37; 2 Tim. 4, 18.

Nr. 350.

(Wittenberg.) 3. Oktober 1520.

Luther an Spalatin.

Will den Miltitzen versprochenen Brief an den Papst nunmehr nicht schreiben, weil Eck mit der Bulle in Leipzig angekommen; läßt es dahingestellt, ob er den Kurfürsten bitten solle, ein kaiserliches Edict für ihn und seine Bücher zu erlangen. Nachrichten aus Venedig. Von der Schrift de captivit. Babyl., sowie einer Carlstadt'schen Schrift. Von Eck's Aufnahme in Leipzig, dem Erzbischof von Mainz und Matth. Adrianus.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 78; **3.** Cod. Helmst. 108. f. 306 in Wolfenbüttel; **4.** Cod. Goth. 399. f. 131b; **5.** Cod. Jen. a. f. 99; — Drucke: **6.** Aurif. I, 283b; **7.** de Wette I, 491. — Deutsch: Walch XV, Anh. XL.
Wir geben den Text nach 1.

Erudito et pio viro, D. Georgio Spalatino, Christi servo, suo in Domino amico[a].

Jhesus.

Salutem. Multas ex te literas accepi, mi Spalatine, mirorque nondum ad te pervenisse eas[1], quibus respondi tuis ex Buttstet datis. Nihil enim aliud posteriores, quam illae, petierunt, scilicet de missis Patribus ad me ex Eysleben; sed adhuc spero interim ad te venisse. Carolus enim petiit, ut privatim Romano Pontifici scriberem[2], expurgans, non esse personam suam a me taxatam. Id nondum feci, jam non facturus, postquam Eccius Lipsiae bullas ac diras in me paratas habere auditus est. Abhuc ignoratum, quid moliatur.

Multis visum est, ut Principem nostrum rogarem, quo edictum imperiale mihi impetraret, ne

---

[a] Eruditissimo et integro viro, Magistro Georgio Spalatino, a sacris Principalibus, suo in Domino majori 6. 7.

quis nisi Scriptura convictum damnaret, aut libellos meos inhiberet. Tu videris, an sit consultum; ego segnius id curo, quod indigne feram libellos meos adeo multiplicari, optemque eos in universum semel concidere, quod sint confusanei et impoliti, quamquam res ipsas cupiam omnibus esse cognitas. Sed non omnes aurum e luto colligere possunt, nec est opus, cum abundent literae meliores et sacri libri. Hoc magis cuperem, si vivos libros[b], hoc est, concionatores possemus vel multiplicare, vel tutos facere, qui eadem vulgo traderent: de qua re mitto tibi ea, quae ex Italia mihi missa sunt.

Si Princeps noster hic vellet, credo, vix queat sese magis dignum opus facere. Si enim Italiae quoque vulgus ea caperet, robustius forte nostra causa staret. Quis scit, an illos Deus suscitet, et Principem nostrum hoc nomine nobis servet, ut per eum suo verbo cooperetur? Vide ergo, quid hic queas pro Christi causa promovere. Is, qui e Venetiis scribit, frater est Lazari Spengler[3], qui e Nurmberga ad me misit exemplar istud.

Liber de captivitate Ecclesiae sabbato[4] exibit, et ad te mittetur. Carlostadius et ipse jacta alea in Pontificem Rom. cornua sumit[5]. Hac hora mihi refertur, Eccium Lipsiae et male tutum et contemptum haberi, multisque diplomatibus passim affixis irrideri, longeque aliam faciem et mentem Lipsiae eum invenire, quam sperasset[6]; non est enim, qualis ante annum. Denique hospitio[7] mutato in monasterio Praedicatorum divertitur;. jactatur palam, eum non evasurum insidias, nec reversurum Ingolstadium[8]. Nollem eum occidi, quamquam optem ejus consilia irrita fieri. Dominus faciat, quod bonum est in oculis suis.

Nova apud nos nulla, nisi bellum Prussinum[9]. Episcopus Moguntinus libellos Hutteni, et qui contra Papam editi, publice mandat inhiberi[10], provoca-

---

[b] vivi libri 1. 2. 4.

turus malum in caput suum. Huttenus ingenti spiritu accingitur in Rom. Pontificem armis et ingenio rem tentans. Adrianus noster, nescio qua furia raptus, in me graviter insanit[11], forte occasionem quaerens discedendi. Nihil homini feci: conciones meas insectatur, paratus me docere evangelium, qui Mosen suum non intelligit. Varie interpretamur ejus vesaniam; sed sine, tempus haec revelabit. Vale in Domino. Vigilia Francisci 1520.

Mart. Luther, August.

[1] Nr. 347. — [2] ib. Note 4.

[3] Scheurl, Briefb. II, 60: illius [Lazari] frater Georgius, adfinis meus, Venetus mercator ingeniosus. Er starb 21. März 1529. Laz. Spengler widmete ihm seine Schrift: Ein kurzer Begriff, wie sich ein wahrhafter Christ in allem seinem Wesen und Wandel gegen Gott und seinem Nächsten halten soll. 1525. (Panzer, Annal. II, 408.) Vgl. über ihn Hausdorf, Laz. Spengler. S. 566. — Ueber die durch den Mönch Andrea di Ferrara im J. 1520 hervorgerufene evangelische Bewegung in Venedig vgl. (Thomas) Luther und die Ref.-Bewegung in Deutschland in Auszügen aus Marino Sanuto's Diarien, 1883. S. 4 f.; ferner den Brief des Burkhard Schenk v. Tautenburg, eines adeligen thüring. Mönchs, an Spalatin aus Venedig vom 19. Septb. 1520: Legi, quae de Domino Martino Luther petiisti, et certe bona fama viri diu apud nos fuit, dicunt autem: caveat sibi a Pontifice. Ante duos menses decem libri de suis apportati et statim venditi fuerunt etc. (über die Einführung lutherischer Bücher nach Italien vgl. Nr. 149, Note 8); vgl. Seckend. lb. I. §. 74. add.

[4] d. i. 6. Oktober.

[5] Carlstadt, von den Seinigen, besonders seiner Mutter bedrängt, sich dem Papst zu unterwerfen, ließ am 11. Oktob. das an seine Mutter und Verwandte gerichtete „Missive von der allerhöchsten Tugend der Gelassenheit" ausgehen, das uns zeigt, „welches Zagen und welche Angst er in sich niederkämpfen mußte und welche Märtyrerbegeisterung in diesem Ringen des Geistes sich in ihm entzündete, und uns zugleich die inneren religiösen Motive seines offenen Bruches mit der päpstlichen Hierarchie erkennen läßt" (Jäger S. 131). Es folgten dann schnell seine anderen Schriften „Bedingung" ꝛc., noch vor dem näheren Bekanntwerden der Bulle, „Von Bepstlicher heylickeit", vom 17. Oktober, unmittelbar nach dem Bekanntwerden derselben u. s. w. Auch stellte er Conclusiones decem auf, abgedruckt bei Gerdes, scrin. antiq. I, 1, 39, unter welchen

eine lautete: Sequitur ergo, quod Leo X. excommunicare non potest. Vgl. Jäger S. 131—170.

[6] Miltitz an den Kurf., aus Leipzig 3. Oktober (Cyprian I, 438): „Nicht angesehen das Geleit und seine Bulle haben gute fromme Kinder itzo die Michaelis an 10 Orten angeschlagen ... und dorneben gebraut, daß Eckius hat mußen in's Kloster zun Paulern fliegen, und darf sich nicht schauen lassen; hat sulchs Herr Cäsar Pflugk geklaget, hat Herr Cäsar dem Rector [Mosellan] geboten, ein Mandat lassen wider sulche ausgehen, die Eckium diesermaßen plagen, welches geschehen ..., hat nichts geholfen. Sie haben ein Lied von ihm gemacht und singens uf der Gassen. He ist hoch bekommert, der Muth und das Pochen ist ihm geleget, man schribt ihm alle Tage Finzbriff (Feindsbriefe?] in Kloster und sagen ihm Leibes und Gutes ab. Es sind och über 50 Studenten von Wittenbergk do, die sich unnütz machen uf ihn; hat och als heut lassen ein Buchlein wider Dr. Martinum ausgehen“... [nämlich: Des heilgen Concilii zu Costentz, der heylgen Christenheit, vnd hochlöblichen keysers Sigmunds, vn̄ auch des Teutschen Adels entschuldigung, das in Bruder Martin Luder, mit vnwarheit, auffgelegt, Sie haben Joannem Huß, vnd Hieronymū von Prag wider Babstlich Christlich, Keyserlich geleidt vnd eydt verbrandt, Johann von Eck Doctor; datirt Leipzig, an Sanct Michaelstag. 7 Bl.]. Vgl. auch, was ein Wittenberger Student an Myconius in Luzern über Eck in Leipzig schreibt, Brief des Myc. an Zwingli vom 8. Novb. (Zw. opp. VII, 153).

[7] Er soll in dem Eckhause der Ritterstraße und Grimmaischen Straße, dem Mauricianum gegenüber, gewohnt haben; Seifert, Ref. in Leipz. 65.

[8] Er entfloh endlich Nachts aus Leipzig nach Freiberg.

[9] Der Krieg des Deutschordens-Hochmeisters Albrecht gegen den König von Polen, welchem er den vom Thorner Frieden erforderten Lehnseid verweigerte.

[10] vgl. Nr. 347.

[11] Matth. Adrianus hielt es mit Eck; Seidemann, Beitr. I, 39.

Nr. 351.

(Wittenberg.) (6. Oktober 1520)[1].

Luther an Hermann Tulich[2].

Widmet ihm die Schrift De captivitate Babylonica ecclesiae.

Wir verweisen für diese Schrift auf opp. v. arg. V, 16 unserer Ausgabe.

---

[1] Das Datum ergibt sich aus Nr. 350, Z. 38.

[2] Herm. Tulich, geboren zu Steinheim bei Paderborn, Corrector in Melchior Lotter's Druckerei in Leipzig, mit dessen ältestem Sohne er 1519 nach Wittenberg übersiedelte, wurde 1525 mit Agricola an die neugegründete Schule zu Eisleben berufen, das er aber bald wieder verließ und darauf sich wieder in Wittenberg aufhielt, bis er 1532 Rektor in Lüneburg wurde, wo er 1540 starb. Vgl. Krumhaar, Mansfeld, S. 194; Hülse in den Magdeburg. Geschbl. 1880. S. 45; Seifert, Ref. in Lpz. S. 136.

Nr. 352.

Wittenberg. (11.) Oktober 1520[1].

Luther an Spalatin.

Die Bulle ist angekommen; L. will sie, als eine erdichtete, in einer Schrift angreifen; ist sonst gutes Muthes, da die Bulle und Eck überall verachtet werden. Ist im Begriff nach Lichtenberg zu der Unterredung mit Miltitz zu reisen.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 79; **3.** Cod. Jen. a. f. 100; — Drucke: **4.** Aurif. I, 286^{b}; **5.** de Wette I, 494. — Deutsch: Walch XV, Anh. XLI.

Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino charissimo Georgio Spalatino, viro pio et erudito, a sacris principalibus Saxoniae, in aula imperatoria agenti.

Jhesus.

Salutem. Venit tandem bulla ista Romana per Eccium allata, de qua nostri scribunt ad Principem plura[2]. Ego eam contemno, et jam invado tanquam impiam et mendacem omnibusque modis

Eccianam. Vides in ea damnari Christum ipsum, deinde nihil afferri causae, tandem me vocari non ad audientiam, sed ad palinodiam, ut scias eos plenos esse furore, caecitate et amentia, qui nihil videant neque cogitent. Agam tamen adhuc presso nomine Papae, tanquam in effictam et mentitam bullam, quamquam credo veram et propriam esse eorum[3]. O utinam Carolus[4] vir esset, et pro Christo hos Satanas aggrederetur.

Ego sane mihi nil metuo; fiat, quod voluntas Dei volet. Nec quid Principi faciendum sit, scio, nisi quod dissimulari mihi hic optimum videtur. Nam et Lipsiae et ubique tam bulla quam Eccius contemptissimi sunt, unde hoc suspicor, ne autoritatem sibi acquirat nimia forte nostra cura aut sollicitudine, quae in se ipsa facile corruens quiescet. Mitto exemplar ejus, ut videas monstra Romana. Quae si dominentur, actum est de fide et ecclesia.

Gaudeo tamen toto corde mihi pro optima causa inferri mala, neque dignus sum tam sancta vexatione. Jam multo liberior sum, certus tandem factus, Papam esse Antichristum et Satanae sedem manifeste inventum[a]. Tantum servet Deus suos, ne seducantur ejus impiissima specie. Erasmus scribit aulam Imperatoris esse mendicotyrannis[5] occupatam, ut nulla in Carolo spes esse possit; nec mirum: nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus[6].

Ego hac hora Lichtenbergam vado, Carolo Miltitio iterum mei copiam facturus, sicut Princeps ordinavit[7], quamquam invito Praeceptore, nescio quanta metuente[8]. Vale, et ora pro me. Ego appellationem meam innovabo[9], et consilio nostrorum agam, quae agenda sunt, quamquam mallem Bullae processum ire in me, sed aliorum quoque ratio habenda est. Vittembergae, 1520, die 13. Octobris.

Martinus Luther, August.

---

[a] inventam 4. 5.

[1] Das Datum im Original ist 13. Oktober, aber falsch, denn die Ankunft Luther's in Lichtenberg am 11. Oktober steht anderweitig fest. Reißenbusch an Fab. v. Feilitsch, 13. Oktob. (bei Cyprian I, 444): „Heint in der Nacht ... hat mir mein Procurator von Lichtenberg geschrieben, wie Dr. Martinus am Dornstag [d. i. 11.] umb 4 Uhr Nachmittag einkommen, und hat Philippum Melanchthon, einen Bruder seines Ordens, einen Edelmann und 4 Reisige bei sich gehabt. Dabei bericht mich mein Diener, daß darüber nit ferne von dannen 30 Pferd wartend gewesen sind. Folgend umb 6 Uhre sei Er Carol mit 4 Pferden auch kommen."

[2] Eck hatte die Bulle mit einer Zuschrift (s. dieselbe Jen. I, 315; Walch XV, 1874) am 3. Okt. dem Rector der Universität, Dr. Pet. Burkard, überschickt, dieser aber sie nicht publiciert, weil sie ihm nicht förmlich, sondern heimlich zugekommen war. Burkard an Laz. Spengler, aus Wittenberg 29. Oktob. (bei Riederer l. c. S. 69): „Mir hat Doctor Eck als Rectori auch diebisch und mit bubischen Listen der Bull eine (= eine Bulle] beigebracht, hab bei den Juristen in Rath funden, solichs der Universität nit zu publicieren, aber des nächsten Tag ein Boten abgefertigt zu unserm gnädigen Herrn dem Kurfürsten, und deß noch ... kein Antwurt entpfangen, aber guter Hoffnung, unser gn. Herr der Kurfürst werd in der Sach kein Fleiß sparen." Der Kurfürst erhielt die Zuschrift der Universität in Köln, und antwortete am 18. Novemb. aus Homberg in Hessen ausweichend (sein Schreiben an den Rector bei Walch XV, 1875). — Am 16. Okt. kam das erste gedruckte Exemplar nach Wittenberg; Carlstadt, von päpstl. Heiligkeit, datiert 17. Okt. (bei Jäger, S. 162): D. Eck hat ein Bullen zu Rom ausgebracht und drucken lassen, wie ich gestern gesehen hab &c.

[3] vgl. Luther's Schrift: Von den neuen Eckischen Bullen und Lügen (Erl.[2] 24, 17). — Burkard an Spengler (l. c.): „Wir halten Dr. Ecken für ein Bueben, als er ist, haben darfür, daß babstliche Heilikeit nit darvon wisse, oder aber auf sein unruhig Ansuchen zu solicher Ausschreibung gereizt; neutrum keinem frummen Mann gebühren will. Wie hart sy [= sich] aber Dr. Martinus davor fürcht, habt ihr respective ein guete Antwurt, wie er die Wulle exponiert hat absolute und respective, darin die lauter bitter Wahrheit so ganz an den Tag gelegt, daß ich darfür halt, ein Kind mocht merken, mit was Muthwill mit ihm und uns allen gehandelt."

[4] d. i. der Kaiser. — [5] d. i. Bettelmönchen. — [6] Ps. 146, 3.

[7] Schon am 10. Septb. schrieb der Kurfürst aus Gotha an Fabian v. Feilitsch (Droysen in der Ztschr. des V. f. thüring. Gsch. I, 174): Miltitz habe gebeten, „daß wir dir schreiben wollten, sich dahin zu richten, damit Doctor Martinus jegen ein Meil Wegs oder zwo von Witenberg zu ihme

käme, [illegible]
zu reden [illegible]
wieder[illegible]
sein [illegible]
Dr. [illegible]
begehren [illegible]
gein [illegible]
zu H. [illegible]
wollt. — [illegible]
S. 175: [illegible]
bergen. [illegible]
gemeß [illegible]
tinus [illegible]
wollt. [illegible]
schreiben: [illegible]
dann [illegible]
schickt. [illegible]
gegen [illegible]
[illegible]
[illegible]
bin [illegible]
daß [illegible]
ten [illegible]

[illegible]

de [illegible]
theol. [illegible]
[illegible]
Praes[illegible]
Kanzler [illegible]
aufs [illegible]
in seinem [illegible]
... ich [illegible]
bleiben. [illegible]
gegnet. [illegible]
Spiel [illegible]
mocht, daß [illegible]
dachtes [illegible]
Procurators [illegible]
Eingang [illegible]
Mandat [illegible]
Pieffer [illegible]
es mir aus [illegible]
Tag gen [illegible]
Feuer. [illegible]
die römischen [illegible]
Derhalben ich [illegible]
solle mich armen [illegible]
ich des Pap[illegible]
Ander, wollt ich [illegible]

handeln; aber wer diesen zu Handen kombt, der möchte viel lieber unter den Türken sein."

[9] Er that dieß am 17. November; vgl. opp. v. arg. V, 119; Erl.[2] 24, 31.

Nr. 353.

Lichtenberg. (12. Oktober) 1520[1].

Luther an Spalatin.

L. berichtet von der mit Miltitz getroffenen Uebereinkunft, wonach er an den Papst einen Brief schreibe, den er einer kleinen Schrift vorsetze.

Original: 1. anhalt. Ges.=Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 45; 3. Cod. Jen. a. f. 70; — Drucke: 4. Aurif. I, 230[b] (Stellung des Briefs, als ob er die Antonii = 17. Januar datiert wäre); 5. de Wette I, 496 (am 12. oder 13. Oktob.). — Deutsch: Walch XV, 933.

Wir geben den Text nach 1.

Viro pio et erudito, Domino Georgio Spalatino, a sacris ducalibus Saxoniae, suo in Christo amico.

Jhesus.

Salutem. Convenimus Lichtenbergae, mi Spalatine, D. Carolus Miltitius et ego, quantumque ex eo audio, magna spe statuimus, ut ego ad summum Pontificem epistolam edam utraque lingua, praefixam parvulo alicui opusculo[2], in qua narrem historiam meam, et quam[a] non unquam personam ejus appetierim, totum pondus in Eccium versurus[3].

Quae omnia cum ita vere se habeant, facile facio, et quam possum humillime offerram silentium, modo caeteri quoque sileant, ut nihil videar omittere, quod in me ad pacem quoquo modo facere possit, desiderandum: id quod semper facere paratus fui,

---

[a] quod 4. 5.

quod non ignoras. Parabo itaque haec ante omnia propediem; si eveniet, quod speramus, bene factum est; sin aliud erit, id quoque bonum erit, quia Domino placitum erit. Vale[b]. Lichtenbergae Antonianae, 1520.

Martinus Luther[c].

[1] Das Datum dieses Briefes ergibt sich aus der Mittheilung Reißenbusch's an Feilitsch vom 13. Oktob. (s. Nr. 352, Note 1): „Folgend ist gestern Dr. Martinus umb 1 Uhre Nachmittag weggefahren“.

[2] vgl. Nr. 354.

[3] Auch von Miltitz haben wir einen Bericht über diese Zusammenkunft, an den Kurfürsten geschrieben, d. d. Eylenbergk, Sonntag nach Maximiliani (= 14. Okt.), bei Cypr. I, 449: „[Luther] ist erbietigk, an Bebstl. Heil. in aller Demuth zu schreiben, in Latein und Deutzsch, und Seiner Heil. ein Büchlein dedicieren, in dem Anfangkschreiben ein Epistel, darinnen Seiner Hei. anzeigen, was ihn zu schreiben vorursacht und woher es kommen ist, und wer solchen Irrthumb gefordert und gestatt, und wers der heiligen Kirchen zu Nachtheil so fleißig geprediget, disputieret und geschrieben hat, und was durch mich Fleiß geschehen &c. .... Das Büchlein wird ausgehen in 12 Tagen, und wird das Datum haben: am 6. September, gleich 10 Tag nach - - [dem die Gesandtschaft aus] Eysleben ergangen .... Auf daß aber niemand möcht sagen, Eckius mit seinem Anhangk hätt ihnen solches zu schreiben an Bebst. Hei. mit seiner Bulle darzu gedrungen, welche Bulle am 21. Septb. ist publicieret worden, so ist dieß Büchlein 15 Tag dafür, ehe man etwas von der Bulle gewußt, ausgangen; wird auch die Disputation zu Leipzigk und meines genädigen Herrn von Merßburgks Fleiß, das zu vorhindern, anzeigen mit einer schönen narrativa, wird auch den Papst für sein Person tröstlich loben .... Dr. Martinus hat auch Dno. Spalatino unsere Handlung und Beschluß zum Theil geschrieben, welchen Brief ich E. Ch. Gn. itzund mitschick.“

---

[b] Vale fehlt 4. 5. — [c] † Augustinianus 4. 5.

Nr. 354.

Wittenberg. (nach 13. Oktober 1520)[1].

Luther an Leo X.

Schreibt der Verabredung mit Miltitz gemäß (vgl. Nr. 353) den Brief an den Papst, welchen er der Schrift de libertate christiana voranstellt. Der Brief erschien, ebenfalls der Verabredung gemäß, in beiden Sprachen, lateinisch und, von Luther selbst übersetzt, deutsch.

Wir verweisen für den lateinischen Text auf opp. v. arg. IV, 210, für den deutschen auf Erl. 53, 41, Nr. 19, woselbst an beiden Orten auch die Angaben über die Urdrucke und den Standort in den Ausgaben sich befinden.

---

